ACTA

APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XIV — VOLUMEN XIV

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXII

Annus XIV - Vol. XIV 5 Ianuarii 1922 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS^PRO ECCLESIA SSMAE TRINITATIS CAESARISBURGI EX DIOECESI CONSTANTIENSI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Prope a litore maris in gallica civitate Gaesarisburgi, intra Constantiensis dioecesis fines, ecclesia Sanctissimae Trinitati dicata exsistit, quae inter ceteras eiusdem urbis ecclesias veluti mater ac princeps habetur atque honoratur. Iam vero refert ad Nos venerabilis frater Ioseph Guérard, Episcopus Constantiensis, eandem sacram aedem, iam a saeculo quinto exstructam, sed ob temporis ac bellorum iniurias pluries labefactatam et dirutam, tandem saeculo decimo quinto instauratam vel potius iterum, ampliore forma, exaedificatam fuisse, ac successu temporis bonae artis operibus sive depictis sive sculptis pulchrisque altaribus exornatam. Eadem vero ecclesia postea sacra supellectili locupletata est, et quidem non ea tantum quae ad divinum cultum necessaria videretur, sed etiam quae, copia et pretio, ad ornamentum et decus sacrorum rituum conferret; pluresque in ipsa sacerdotes, quibus archipresbyter praeest, qua decet dignitate, sacra agunt sollemnia aliasque per annum religiosas supplicationes, quibus populares, optimates, magistratus, militaresque duces frequentissimi intersunt. Nil mirum propterea si in eodem templo plures quoque piae sodalitates, indulgentiis privilegiisque ditatae, sint canonice erectae et floreant, quas inter confraternitas Ssmi Sacramenti et sodalitas Tertii Ordinis Sancti Francisci non uno nomine sunt memoratu dignae. Neque

denique praetermittendum est, apud ecclesiam istam Caesarisburgensem, Sanctissimae Trinitati dicatam, cum Beatum Thomam Helyas, e provincia ipsa oriundum, iuvenes diu studioseque ad religiosam vitam, pietatem bonosque mores instituisse, tum, ineunte saeculo decimonono, congregationem Sororum a Misericordia, quarum princeps domus in antiqua Ssmi Salvatoris urbe* vulgo ***Le Vicomte*** nuncupata, nunc exstat, originem suam duxisse, cum Beata Maria Magdalena Postel, ipsius Congregationis fundatrix, aliquibus sibi sodalibus adiectis, primo ibidem religiosa vota emiserit. Quapropter cum Nos, quo templi ipsius decus augeatur, enixe rogati simus, ut eidem sacrae aedi dignitatem, titulum et privilegia Basilicae minoris impertiri dignaremur, Nos votis hisce adnuendum ultro libenterque existimavimus. Qua re, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, motu proprio ac de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, memoratum templum Caesarisburgense, Ssmae Trinitati dicatum, dignitate ac titulo Basilicae minoris perpetuum in modum, honestamus, cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, indultis, quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus sortiri atque obtinere illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die u mensis decembris anno MÜMXXI, Pontificatus Nostri octavo.

P. C Alfe. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLAE

. I • .

AD R. P. D. PETRUM PISANI, ARCHIEPISCOPUM TIT. CONSTANTIBUS EM, DELEGATUM APOSTOLICUM IN INDIIS ORIENTALIBUS: NONNULLA PATERNE ADMONENS IN ECCLESIAE UTILITATEM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Libenter quidem egregios amoris atque obsequii sensus accepimus quibus Nos Indiae catholici e Madraspolitano conventu, in Deiparae honorem habito, ineunte hoc anno prosecuti sunt; eisdemque gratulamur vehementer quod ipse coetus in sollemnem cessit christianae fidei ac pietatis erga immaculatam Virginem significationem. Iamvero ut rei fructus permaneat, et obsignetur quodammodo promissio coëuntium, qui. quidem ad aram sacram polliciti sunt se, Episcoporum ductu, servaturos esse proposita inita, opportunum Nos hic ducimus viam ostendere quam catholicus quisque tum singillatim tum socialiter religiose sequi debeat. Haec via seu norma, uti constat ex Evangelio, ex apostolicis litteris scriptisque sanctorum Patrum, posita est in obedientia fidelium pastoribus legitimis iuxta illud: « oboedite praepositis vestris et subiacete eis ». Etenim Episcopi in sui regendis dioecesibus nullo prorsus modo ex subditorum arbitrio pendent, neque ulli alii in agendis rebus quam Sedi Apostolicae rationem reddere debent, cum soli Petro dictum sit: «Pasce agnos meos, pasce oves meas ». Quapropter officium est tum cleri tum fidelium improbare non modo in se ipsis sed etiam in aliis eum, qui invaluit, ***independentiae*** spiritum; id enim occasionem praebet religionis nostrae adversaros zizania in vinea Domini disseminando Caveant igitur ne in Episcoporum decreta inquirant, cum ea suis sententiis non respondent, neve ipsa percenseant aut parvipendant quoquo modo, privatim vel publice, verbis vel scriptis, uti iam Litteris Nostris encyclicis ***Ad Beatissimi Apostolorum*** admonuimus: « Nemo privatus, vel « libris diariis ve vulgandis vel sermonibus publice habendis, se in Eccle- « sia pro magistro gerat. Norunt omnes cui sit a Deo magisterium Eccle- « siae datum ». Ecclesia est plebs sacerdoti adunata et pastori suo grex adhaerens. Ex quo sequitur cum Ecclesia ñon esse qui cum Episcopo

non sit. Secus enim agentes sacerdotes vel laici, acatholicos, quos inter versantur, imitarentur, scandalum eisdem et ansam praestando ut a verae Ecclesiae sinu remoti permaneant. Operam potius navent suo Episcopo, reverenter eidem obsequendo; neque - etsi integrum cuique est ad Apostolicam Sedem iusta de causa provocare - praetexant, ut se ab Ordinarii auctoritate et iussis subducant, velle se praescriptiones sequi ab eadem Apostolica Sede vel ab aliis Episcopis pro sua cuiusque dioecesi fortasse latas. Quod si interdum quasdam suas animadversiones vel optata Ordinario referre censerent, obsequenter id faciant, atque dumtaxat ob veritatis triumphum maiusque Ecclesiae bonum, numquam vero imponendo vel minitando, aut, quod peius esset, civiles auctoritates, ecclesiasticis negotiis prorsus extraneas, adeundo. Verumtamen iurisdictio Episcoporum non modo in iis exercetur quae ad religiosas et ecclesiasticas res pertinent, sed in ceteris etiam quaestionibus cuiusvis naturae, quae directe vel indirecte cum Ecclesiae sanctae emolumento animarumque salute coniunguntur. Itaque Episcopi tripliei sua potestate utentes, ***magisterii*** scilicet, ***ministerii*** atque ***regiminis,*** tueri debent et auctoritative moderari quae sequuntur : tum ***administrationes ecclesiasticas,*** quamvis in iis regundis laudabili opera utantur sacerdotum vel laicorum, cum Episcopus renuntiatus sit in canonibus sacris tutor natus cuiuslibet pii operis vel fundationis : tum ***catholicam iuventutis educationem,*** quae quidem numquam a religiosa institutione seiungenda est; cum enim Servator Dominus de se loquens professus sit « unus est magister vester, Christus », Christus vero in persona Episcoporum vivat ac doceat, iuxta illud « qui vos audit me audit », ipsorum est legitimas ferre normas quas magistri catholici perdiligenter sequantur in iis quae ad scholas catholicas et ad clericorum conformationem in Seminariis maioribus vel minoribus spectant: tum denique ***necessitudines*** seu ***relationes fidelium cum acatholicis in vita civili,*** iudicando si usus et consuetudo cum quibusdam coetibus vel adhaesio quibusdam philanthropicis consociationibus, quae neutrales seu areligiosas se esse dictitent, grave periculum praebeant, in aliquo casu vel regione, a recta fide deficiendi. Praeterea in eo qui praeest non solum persona hominis sed* quavis ratione posthabita, Deus ipse conspiciendus est qui nos alloquitur, admonet, moderatur, iuxta illum Scripturae locum : « tamquam Deo exhortante per nos » (II ***Cor.,*** v, 20). Omnes profecto exoptant, etiam in religiosis rebus, se ab iis gubernari qui sint eiusdem nationis; in quo quidem improbandi non sunt illi Indiae catholici qui ab indigenis Pastoribus se regi vellent. Huic optato numquam sane adversata est Ecclesia, quandoquidem in ea non est « Gen-

« tuis et Iudaeus, circumcisio et praeputium, barbarus et Scytha, servus « et liber », neque est ***acceptio personarum :*** idque luculenter ex eo liquet quod Pontifices Maximi summam curam semper adhibuerunt ut clerus indigena cotidie magis in sanctimonia doctrinaque proficeret. Verum Ecclesiae tantum est decernere tempus quando eidem optato satisfieri conveniat; Ecclesiae, inquimus, quae singularium dioecesium utilitatibus tamquam e specula invigilane, iam antiquitus missionales miserat, qui per asperrima quaeque itinerum, miseriarum, persecutionum, christianum nomen regionibus istis inferrent. Quisquis igitur, rerum eventus precipitando, iudicium Romae quomodocumque, voce scriptisve, praevenire contendit, contumacem simul et inobsequentem se praebet erga Iesu Christi Vicarium, quasi Eidem non sit -curae de filiorum Indiae salute atque prosperitate. Sed inter alia quae in Mariali conventu acta sunt, illud etiam constitutum esse comperimus ut opera missionariorum in convertendis ethnicis ad Christi fidem in dies promoveretur. Ad hanc rem, uti pluries ediximus, nihil est Nobis optatius quam praedicando Evangelio non modo europaei sacerdotes, verum etiam indigena clerus det operam, cum ipsius maxime, prae ceteris, munus sit populares suos infideles* ad Ecclesiae amplexum vocare et perducere, ut illa verba decessoris Nostri f. r. Leonis XIII quantocius felicem habeant exitum: « Filii tui, India, administri tibi salutis ». Meminerint Indi omnes quantum valeret ad ethnicorum conversionem, priscis illis Ecclesiae temporibus, christianorum exemplum qui tamquam fratres inter se diligebant. Hos igitur ipsi sequantur, et, dissidiis compositis, ita et concordia inter se coniugantur et legitimae auctoritati subsint, ut in pace et caritate Christi semper permaneant ***cor unum et anima una;*** quae vitae ratio plurimum quidem conferet ad ethnicorum conversionem. Nec omittant pastoralia Episcoporum munia (nimis quantum iam gravia), allevare, seque gratos praestare erga tam strenuos inclytorum Ordinum et Congregationum alumnos, qui vitam viresque pro Indiae emolumento impendunt. Quod si fecerint, sciant magnum se Nobis quoque solatium allaturos: peculiari enim amore Indos prosequimur; inter ipsos quodammodo per Delegatum Nostrum versamur; nihilque faciemus reliqui ut, quavis soluta quaestione et tranquillatis animis, India christianis omnibus Asiae communitatibus in exemplum praefulgeat. Atque interea validissimam opem magnae Dei Matris implorantes, quae in Mariali conventu ***Patrona Indiae*** renuntiata est, ac fore confisi ut « Qui incepit « in vobis opus bonum, ipse perficiat, confirmet solidetque », in auspicium donorum caelestium itemque ut praecipuae benevolentiae Nostrae signum, tibi, venerabilis frater, Episcopis omnibus istius regionis, uni-

versoque clero ac populo unicuique eorum concredito, apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis octobris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. PAULUM MANNA, SEMINARII DUGBNTANI « A SACRO CORDE IESU » MISSIONIBUS EXTERIS PROVEHENDIS MODERATORI : DE HOC NOVO MISSIONALI INSTITUTO VEHEMENTER GRATULATUR.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem.—- Libenter admodum certiores facti sumus a dilecto filio Nostro Cardinali Praefecto S. C. de Propaganda Fide, Seminarium, augusto Cordi iesu dicatum, Dücentae, Avérsanae dioecesis in Campania, munificentia pientissimi canonici Aloisii Grassia, nuper defuncti, esse conditum, eo quidem consilio ut missiones sacrae apud infideles promoverentur; in hoc enim salutarem fructum perspicimus ex encyclicis Litteris ***Maximum illud*** proficiscentem, quae quidem feliciter, propitio Deo, in dies nova capiunt incrementa. Profecto exoptandum erat ut etiam in inferiore Italia missionale institutum excitaretur, iis non absimile quae in aliis septentrionalis Italiae urbibus iam florent: quapropter valde nunc de Ducéntana domo gratulamur, utpote quae plurimos Evangelii praecones, divino nutu, per inferiorem italiam suscitatila sit. Huius spei certe non fallet eventus, si Üpiscopi earum regionum simul cum clero, nobis obsequentes, non modo missionales vocationes foverint, sed etiam bonos omnes hortati erunt ut rem precibus ac stipe adiuvent. Ceterum omnes norunt quam munifice conferre soleat meridionalis Italiae populus ad ea omnia quae ad magnificentiarn sacri cultus pertineat; sed quomodo melius Deus coli potest quam ipsius Dei regnum per terrarum orbem propagando? Iamvero non pauci fuerunt ex Italia meridionali qui, hoc in campo, de christiana civilique re bene meriti sunt; in primisque ille Dei famulus Matthaeus Ripa, qui anno MDCCXXIV pium opus ***a Sacra Familia Iesu Christi*** seu ***Collegium Sitíense*** Neapoli constituit; is enim multis peragrans Caelestis Imperii regionibus, nonnullos bonae spei adolescentes illinc abduxit, ut iidem rite a pietate litterisque instructi, populares

suos deinceps ad christianam fidem converterent. Non defuit autem Deus sanctis viri coeptis; opportuna enim catholicorum ope, Collegium Sinense diu quidem eximios missionales Ecclesiae suppeditavit, ex quibus adhuc nonnulli supersunt. Meminerint qui sunt ex inferiore Italia, plurimos sane populares suos in variis Ordinibus Institutisque dedisse operam sacris missionibus, et aliquos, vel recens, suum sanguinem pro Fide effudisse. Recte factorum memor quae a maioribus acta sunt, meridionalis Italiae clerus populusque par sit huic tempori missionalis incrementi, id Seminarium considerans non modo ad Aversanam dioecesim, sed ad omnem meridionalem Italiam pertinens. Quo autem generali emolumento, non particulari dumtaxat, id opus haberetur, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ut suam propriam hanc institutionem accepit, atque, se advigilante, eam tradidit regendam Mediolanensi Exterarum Missionum Societati, utpote quae, cum plurimos sotlertesque Evangelii praecones Ecclesiae praebuerit, et quandam habet apostolatus sacri traditionem, et spem certam felicis exitus. Velint igitur Episcopi omnes ex inferiore Italia ***Seminarium a Sacro Corde Iesu Missionibus Exteris provehendis,*** peculiari suo prosequi patrocinio, quandoquidem tantum universae Ecclesiae bonum cum ea re coniungitur. Nos vero quam vehementissime largitati bonorum omnium hoc opus commendantes, id fore pro certo habemus ut, auspice magna Dei Matre, patronis autem Iosepho et Francisco Xaverio, plurimum valitura sit haec nova institutio ad regnum Iesu Domini amplificandum, eoque maiores allatura utilitates quo graviora sunt missionum damna et contraria acatholicorum conata. Tuque, dilecte fili, perge alacriter, uti facis, saluberrimum id opus urgere; nec enim certe Episcoporum adiumenta, quorum Nos diligentiam pr<$be novimus, defutura tibi erunt, neque, multo minus, ipsius Domini auxilia cuius quidem gloriam tantopere promovere tu niteris. Atque in caelestium munerum auspicium itemque ut peculiaris benevolentiae Nostrae pignus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, et iis omnibus qui quoquo modo rem iüverint, in primisque venerabili fratri Septimio Caracciolo, Episcopo Aversano, cunctoque clero ac populo ipsius dioecesis, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vir mensis novembris **MCMXxi,** Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

iii

AD R. P. D. AMADEUM C AS ABONA EPISCOPUM CLAVARENSIUMI OCCASIONE DIOECESANAE SYNODI NONNULLA INCULCAT CLERO NOSTRA AETATE NECESSARIA.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Non ab re, post perlustratati! primum dioecesim, propositum suscepisti celebrandi dioecesanam Synodum. Quamquam enim, ut nuntias, Clavarensis Ecclesia ea commendatur pietate ac disciplina, de quibus laetari in Domino liceat, Synodi eiusdem celebrationem cum recens promulgatus Codex iuris canonici, tum alia non pauca suadent.

Habes tu quidem, venerabilis frater, in quo ubere cum fructu eia bores. De clero enim ac de populo, de fide ac de moribus de cognatisque rebus plurimis tibi in Synodo agendum erit. Quid in unaquaque re praecipiendum vetandumve sit, tu videris. Nos in hoc maxime consilium velimus versetur et opera tua, ut quotquot istic in sortem Domini vocati sunt, sentientes quid nova postulent tempora, ***laborent, opus faciant evangelistae, ministerium suum impleant*** non sacrorum tantum perfunctione munerum. Sufficere id forte poterat cum domestico magisterio atque exemplo quisque fidelium vitam exigebat ad omnem virtutis legem. Nunc, versis in deteriora moribus, hoc maxime opus, hic labor eorum qui sacro funguntur munere, prodire in populum in eoque salutariter versari: omni qua licet ope tueri veritatem et ad virtutem invitare atque allicere: in iuvenilem aetatem, tot circumventarn insidiis, praecipuas quasdam curas conferre: uti sapienter iis societatum atque operum adiumentis eaque multiplici caritatis industria, quibus exph> ratum est sacerdotale ministerium fructuosius fieri et obtinere latius. Recte utentibus ***omnia cooperantur in bonum.***

Quoad vero bona omina, quae tibi libet sumere a tempore peragendae Synodi, agnoscimus in iis pietatem in Nos tuam; quam repen^ dentes suavissima pietatis vice, caelestium conciliatricem munerum, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, omnique tuo clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xiv novembris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. D. ALOISIUM FERRI, EPISCOPUM MONTIS ALTI: DE QUADRIGENTESIMO SIXTI V NATALI CELEBRANDO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Consilium a Montealtensibus tuis, te duce, initum, singulari solemnitate propediem quadringentesimum Sixti V natalem agendi, Nos equidem laudamus magnopere et probamus. Nam, quando hoc est in mores nostros inductum, ut summorum hominum qui olim fuerint, memoria certis temporum intervallis celebretur, profecto non est hic praetereunda, quem tum animi atque ingenii magnitudine, tum rerum gestarum gloria consentiunt omnes et Pontificem et Principem praestantissimum fuisse. Qui, ut hoc fastigium dignitatis attigit, atque ex hac tamquam specula circumspexit quo loco res esset christiana et publica, incredibili alacritate visus est incumbere ad omnia, quaecumque oporteret, ordinanda: in quo quidem insignem et prudentiam et celeritatem adhibuit, ut mirabile sit, tam multa tamque magna eum tam brevi spatio audaciter suscepta perfecisse feliciter. Isque cum in iudiciis. administrandis specimen severitatis iustitiaeque esset, iis temporibus accommodatissimum, tamen nullum miseri aram genus patiebatur esse, cui non largiter pro copia succurreret; hodieque exstant beneficentiae liberalitatisque eius monumenta. Ad ceteras autem eiusdem laudes ille quasi cumulus accedit, quod bonarum artium atque humanitatis com moda et ornamenta magnificentissime promovit: quo nomine multum Sixto V sui splendoris haec ipsa alma Urbs in primis debet. Itaque tal;s tantique viri a vobis honestari memoriam, a quo maxime ista civitas nobilitata sit, omnino aequum est et consentaneum. Idem autem Nobis pergratum accidit, utpote quod valde opportunum videatur, non modo quia immortalia Romani Pontificatus erga humanam societatem promerita egregie in hoc Pontifice illustrantur, sed etiam quia in hac tam late fusa animorum vel ignavia vel contumacia, cum fere iacet maiestas legum reique publicae auctoritas, aliquid ad roborandam vulgo vel iuris vel officii conscientiam putamus tam clara iustitiae, constantiae severaeque disciplinae exempla posse valere, siquidem in bono lumine collocentur. - Nos igitur, quae vos tanto nomini perpetuum in modum honorando instituere cogitatis, ea libenter, quoad licet, iam nunc parti-

cipamus: tibi autem hoc ultro tribuimus, ut proximo die anniversario natalis Sixti V, post solemne sacrum, populo, ex Nostra auctoritate, benedicas et plenariam peccatorum veniam largiare, usitatis condicionibus lucrandam. Auspicem vero caelestium munerum ac testem benevolentiae Nostrae, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, ceterisque qui ex isto ***comitatu*** seu consilio sunt, et clero populoque tuo peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die ix mensis decembris MGMxxr, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACEA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

NOVUM COLLEGIUM MISSIONUM A SANCTO ALEXIO DE FALCUNERIIS O. S. M. IN URBE ERIGITUR.

Quo abundantius idoneos ministros sacris missionibus apud exteras gentes suppeditare valeat, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, cuius potissimum est, pro suo munere, Summi Pontificis studio dilatandae Fidei, nuperrime litteris encyclicis quoque manifestato, obsecundare, in sententiam venit novum Missionum Collegium in hac alma Urbe erigendi, in quo delecti alumni ad sacras expeditiones peragendas, praesertim apud Africae atque Americae gentes, iuxta normam adnexorum statutorum instituerentur.

ipsius autem Collegii, a S. Alexio de Falcuneriis nuncupandi, sedes figenda pro nunc ad Sancti Nicolai Tolentinatis, apud religiosos Ordinis Servorum Mariae visa est, in meliores aptioresque aedes proxime transferenda.

Hanc vero Sacri Consilii sententiam Ssmus D. N. Benedictus div. Provid. Pp. XV in audientia diei 24 labentis mensis ianuarii, infrascripto S. Congregationis Secretario impertita, approbare ratamque habere dignatus est, ac praesens decretum, quo Collegium praedictum erigitur atque constituitur cum omnibus iuribus ac privilegiis similibus institutis concessis, confici iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, 25 ianuarii 1921, in festo conversionis sancti Pauli Apostoli.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, ***Praefectus.***

L. S.

C. Laurenti, ***/Secretarius,***

SACBA CONGREGATIO RITUUM

1

PISTORIEN.

CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVO DEI ANDREAE FRANCHI, EPISCOPO PISTORIENSIUM, ORDINIS PRAEDICATORUM, BEATO NUNCUPATO.

Inter Episcopos qui saeculo xiv Ecclesiam Pistoriensem gubernarunt, doctrina et vitae sanctitate refulsit Andreas Franchi, decus quoque et ornamentum Ordinis Praedicatorum. Quapropter Pistorienses cives eorumque rectores, ac praesertim illius Ecclesiae praesules, ad Causam beatificationis Servi Dei promovendam, pluries vota deprompserunt atque manus admoverunt. Verum communia vota exsecutioni demandanda curavit Episcopus Pistoriensis Andreas Santi fe. re., qui, anno 1911, Processu ordinaria auctoritate absoluto, de confirmatione cultus immemorialis Servi Dei sententiam favorabilem pronuntiavit, actis processualibus ad sacrorum rituum Congregationem transmissis pro ipsorum Apostolica confirmatione. - Antequam de ordine et forma iudicii atque de exitu Causae fiat sermo, aliquid innuere liceat de ortu, vita et obitu, necnon de fama sanctitatis et de cultu ecclesiastico ipsius Famuli Dei. Hic, Pistoriensi in urbe, ex clara progenie de Franchis vel de Bocagnis ortus anno 1335, et a piis parentibus recte institutus, inde a pueritia futurae virtutis et vocationis religiosae praebuit indicia. Adolescens hanc vivendi rationem amplexatus in Ordine Fratrum Praedicatorum, patre ab initio contradicente, habitum religiosum induit in Conventu Pistoriensi Sancti Dominici, die 25 martii anno 1351. Inter alumnos pietate et ingenio praestans, doctoratus gradus Romae summa cum laude assequutus est. Sacerdotio auctus, e Superiorum iussu, variis in scholis docendi munere mirifice ac fructuose fungitur, simulque sacro ministerio, potissimum praedicationis evangelicae ex instituto sui Ordinis, incumbit cum animarum solatio et profectu. Omnem laudem et gloriam non sibi, sed unice Deo referebat bonorum omnium auctori et largitori, apud quem assidua oratione instabat, plures diu noctuque transiens horas ad pedes sanctissimi Crucifixi. Beatissimam Virginem

Mariam cum Iesu infante ac sanctos Magos peculiari devotione coluit, et Oratorium confratrum nobilium Pistoriensium, sub invocatione ipsorum sanctorum erectum, amplificavit sacrisque redemptionis mysteriis decorari iussit. Episcopo Pistoriensi, Ioanni de Vincentiis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, vita functo, clero et populo enixe postulante et Summo Pontifice benigne confirmante, suffectus est Frater Andreas Franchi, sacerdos Ordinis Praedicatorum, qui in virtute obedientiae grave episcopatus onus cum metu et tremore suscepit. Qua vero ratione Episcopus Andreas se gesserit in pastorali officio exercendo sufficiat recolere quae de prototypo pastore sanctus Bernardus Abbas scripsit Beato Eugenio Papae III, praesertim in libro IV, versus finem: «De « cetero, considera oportere te esse formam iustitiae, sanctimoniae specu« lum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, Fidei defensorem », etc. Quod confirmatur ex iis quae de ipso Andrea tradidit sanctus Antoninus, Archiepiscopus Florentinus, Servo Dei aequalis: « Prorsus miranda res, « et quasi incredibile negocium, nisi oculis nostris vidissemus; multi « enim et magni et obdurati peccatores tunc conversi sunt ad poeni« tentiam, quos Deus ad se vocavit anno sequenti, peste grassante.... « Innumerae paces ex mortiferis et diutinis inimicitiis in diversis locis « confectae sunt, confessiones et communiones frequentatae. Mira hospi« talitas ubique, et benigna susceptio; a communitatibus providebatur « de victu etiam mille hominibus sine pretio ». - Mensae autem episcopalis reditus Dei Famulus ita distribuit ut maiorem partem impenderet pauperibus piisque operibus subveniendis, divini cultus decori sacrisque functionibus provehendis, atque sacellis construendis et ornandis, et reliquam partem minimam reservaret pro suis necessitatibus vitaeque conservatione. Insuper palatium episcopale, quod a fundamentis excitaverat, diversorium erat peregrinorum quibus ipse victum quoque ministrabat ac pedes humiliter lavabat. Quod ita placuit Christo Domino, ut Servo suo, uti fertur, tribueret seipsum recipere sibique inservire sub specie pauperis. - Exactis viginti tribus annis ab episcopatu suscepto, anno 1400, ob rationabiles et iustas causas, de Superiorum consensu, pastorale officium sponte dimisit et in coenobium Sancti Dominici libentius rediit. Tum, orationi rerumque caelestium contemplationi, prout ipse erat inclinatus, liberius totum se dedit; atque supernis donis et charismatibus donatus fuit. Brevi post lethali morbo vexatus est, quem patientissime tulit, eoque ingravescente, Sacramentis Ecclesiae refectus, obdormivit in Domino die 26 maii 1401. In signum et testimonium existimationis et venerationis tum clerus tum populus ad iusta funebria confluxit, Sacrum solemniter peragente ipso Episcopo Matthaeo de Dia-

mantibiis, qui Andreae episcopatum renuntianti in dioecesis regimine successerat, adstantibus sodalibus una cum Magistro generali Ordinis Fratrum Praedicatorum. Corpus autem Servi Dei in ecclesiam Sancti Dominici delatum ibique repositum fuit in sepulcro quod paraverat eius frater Bartholomaeus, protonotarius apostolicus et Ecclesiae Pratensi praepositus. Una cum fama sanctitatis statim ab obitu, aequali gradu progressus est cultus publicus et ecclesiasticus Andreae exhibitus, quem ad hanc usque aetatem absque interruptione viguisse ac vigere asserunt et probant Causae actores. Studiose enim colligunt et proferunt argumenta ad rem pertinentia: ex kalendariis in quibus Servus Dei cum aliis Beatis et sanctis Ordinis Praedicatorum adnotatur, ex titulo Beati ore et scripto passim eidem tributo, ex reliquiis, imaginibus, numismatibus publicae venerationi expositis vel fidelibus ad pietatem fovendam distributis. Ipsi actores tradunt quod in praefata ecclesia Pistoriensi Sancti Dominici, ubi corpus asservatur, quotannis die 26 vel 27 mensis maii, festum celebratur Servi Dei, et ad eius corpus exstant tabellae votivae, lampades accensae, aliaque dona oblata in gratiarum actione; atque in ipsa ecclesia floret pia Congregatio sub nomine Beati Andreae instituta, a Romanis Pontificibus recognita et privilegiis ditata. - Hisce aliisque argumentis et documentis, una cum testimonio historiographorum, eorum praesertim qui ab anno 1634 ad annum nostrum de Beato Andrea scripserunt, accurate perpensis, Episcopus Pistoriensis et Pratensis de cultu immemoriali seu casu excepto affirmativam protulit sententiam; atque acta processualia, anno 1911 absoluta, statim Romam ad sacrorum rituum Congregationem transmisit. Quum vero, ob rationes extrínsecas, nobilis haec Causa usque ad hos postremos annos moram passa sit, Rmus P. Ludovicus Fanfani, Ordinis Praedicatorum postulator generalis, a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XV petiit atque obtinuit, per decretum sacrae rituum Congregationis, die 26 aprilis 1920, ut, attentis peculiaribus adiunctis expositis, eadem Causa de cultu immemoriali seu casu excepto agatur apud sacram rituum Congregationem, ad normam veteris iuris, cum dispensatione a recentioribus decretis datis diebus 11 novembris 1912 et 31 ianuarii 1913, confirmatis per Codicem iuris canonici, titulo XXV, « de Processu Servorum Dei « per viam cultus seu casus excepti ». Quae cum ita sint, rogante praelaudato Postulatore generali, vota quoque depromente universi Ordinis Sancti Dominici, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Victorius Amadeus Ranuzzi de Bianchi, huius Causae Ponens seu Relator, in ordinario sacrorum rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanas aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An sententia lata ab***

lllmo et Rmo Dno Episcopo Pistoriensi et Pratensi super cultu ab immemorabili tempore exhibito praefato Servo Dei, seu super casu excepto a decretis sa. me. urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur? Et sacra rituum Congregatio, post relationem Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus accurate perpensis rescribendum censuit: ***Affirmative, seu confirmandam esse sententiam:*** die 15 novembris 1921.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habuit et confirmavit die 23 eisdem mense et anno.

£g A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. G. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

Il

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI LEONARDI MÜRIALDO, SACERDOTIS ET FUNDATORIS PIAE SOCIETATIS A SANCTO IOSEPH.

Augustae Taurinorum, die 26 octobris anno 1828, a piis honestisque coniugibus Leonardo Murialdo ac Teresia Rho, natus est Dei Famulus, eique die sequenti per baptismum regenerato in parochiali Sancti Dalmatii ecclesia, nomina Leonardus, Ioannes Baptista, Donatus ac Maria imposita sunt. Octo annos agens, Savonam ductus, apud Scholarum Piarum Patres, qui peculiarem curam circa puerorum eruditionem profitentur, institutus est. Ingenio praestans, obedientia promptus, pietate fervens, Sacramentis recipiendis assiduus, conlegii alumnis praeclara reliquit exempla. A matre in patriam revocatus ac pio et docto sacerdoti Pullini traditus, in huius disciplina, plures doctrinae ac virtutis effecit progressus. Audito sermone de poenis inferni, primum se nomen dare cogitavit Ordini Franciscali Capulatorum, sed, probati viri ecclesiastici consilio suscepto, in clerum saecularem se adscribere voluit

atque, redeunte eius die natali 26 octobris anno 1845, in ecclesia Sanctae Clarae clericalem habitum, a confessario benedictum, libenter induit. In regio athenaeo Taurinensi variis disciplinis addiscendis sedulo incubuit, sed praecipue in Seminario eiusdem civitatis studiis theologicis et Sacrae Scripturae egregiam sane operam navavit, adeo ut in Academiam Solarianam fuerit adscitus et, facto periculo, unanimi doctorum suffragio, laurea theologica meruit decorari atque doctor theologus renuntiari. - Clero Sanctae Mariae adlectus, servato pristino vivendi more, magno fervore et diligenti praeparatione per omnium Ordinum gradus ascendens, ad presbyteratum evectus est, die 21 septembris anni 1851. Sacerdotio vix inito, eius pietas et caritas uberes dederunt fructus per eruditionem puerorum et adolescentium in oratorio ab Angelo tutelari nuncupato et in altero Sancti Aloisii a Ven. Ioanne Bosco condito, quo rogante et comite Rua, anno 1857, Sodalibus Salesianis iucundo animo et ferventi studio se obtulit in laborum et operum socium. - In conlegio etiam Sociarum Iesu et in Instituto parvulorum opificum sacerdotali ministerio salutariter functus est. - Anno 1865, una cum parentibus, Parisios se contulit, ubi, in Seminario Sancti Sulpitii degens, sacras disciplinas ab eximiis professoribus plenius hausit, tum in ipso Seminario tum in Athenaeo, simulque praebuit publica et optima ingenii sui specimina. - Anno post, Taurinum reversus, conlegii artificum regimen tenuit, quo tempore ipse eleemosynas a divitibus atque stipem extra ecclesiae ianuam quaeritare non erubuit ad ipsum conlegium alieno aere gravatum sublevandum. Insuper totus erat alumnis religiose instituendis, quos diligenti praeparatione excitabat ad Sacramenta rite ac devote recipienda, bonosque mores custodiendos ac tutandos. Urbanitate, patientia, sedulitate ipse sibi alliciebat pueros et adultos, pluresque errantes ad rectam viam bonamque frugem reduxisse fertur. Ex eius discipulis non pauci religiosa Instituta ingressi sunt et circiter octoginta sacerdotio aucti. - Neque illius caritas defuit nosocomiis, carceribus aliisque institutis misericordiae operibus addictis, in aegrotorum, captivorum aliorumque egentium levamen et corporis animaeque salutem. Catholicis consociationibus provehendis, tum in Gallia tum in Italia, plures coetus habiti sunt, quibus ipse religionis et patriae incensus amore adstitit, atque in commune bonum, utilem operam dedit mutuaque vice recepit. Inter quos digne commemoratur conventus ille Pedemontanae regionis, apud Montem Vicum, anno 1880, in quo de suis operibus retulit, ceterosque ad similia et maiora excitavit. - Comitatui et Operi Sancti Caroli Borromaei nomine ac patrocinio insignito, vulgo ***La buona stampa,*** ad ephemerides aliaque scripta

religioni catholicae consona excitanda, imprimenda, evulganda, Leonardus, ab Archiepiscopo Cardinali Alimonda praepositus, pretiosam tulit opem. - Quod Leonardus olim dixerat: « Opus quod nos Superiores et « assistentes agimus, vinculi religiosi merito augeamus », hoc ipse perfecit per se et per selectos iuvenes et viros assistentes. Praehabito enim consilio et incitamento quorumdam sacerdotum et tam Episcopi Albensis quam Archiepiscopi Taurinensis, novam Congregationem religiosam instituendam curavit. Haec Societas, a Sancto Ioseph nuncupata, inaugurata fuit anno 1873, die 19 martii, ipsi castissimo Beatae Mariae Virginis Sponso sacra, eademque die Leonardus primus professionem emisit iuxta regulas in similibus Institutis probatas. Deinceps, die 14 februarii anni 1875, ab Archiepiscopo Taurinensi approbata et successive, anno 1890, decreto laudis honorata, anno demum 1904 die 1 augusti, cum votis simplicibus constituta, confirmationem Apostolicam obtinuit. Piae Societati iure pontificio recognitae, Cardinalis Protector assignatus est, et munus Superioris, cunctis suffragiis, Leonardo delatum, quod ipse, etsi reluctans, tamen sodalibus et, praepositis enixe instantibus, cum merito humilitatis et obedientiae suscepit. Auctis eiusdem Societatis alumnis, domibus iam fundatis et florentibus aliae permultae intra et extra Italiam accesserunt «um vario titulo nuncupatae, nempe Oratoria, Patronatus, Conlegia, Orphanotrofia, Scholae Apostolicae aut Agricolae, iuxta peculiarem finem proprium. - Humilis Dei Servus ab ipso nomine fundatoris declinavit, unice intentus ad Superioris munia recte peragenda in gloriam sui Domini et in omne bonum suorum alumnorum prohevendum. Romani Pontificis et Ecclesiae catholicae iuribus et doctrinis addictissimus, sanctorum Patrum ac Doctorum, speciatim sancti Alfonsi Mariae de Ligorio, sequens vestigia, perniciosos errores, potissimum iansenistarum, validissime impugnavit, paratus ad omnia, usque ad mortem, pro iustitia et libertate Ecclesiae adserenda ac tuenda. - Aegritudine, qua Leonardus diu afflictabatur, mense martio anni 1900 ingravescente, et die vigesimasexta in peius vertente, Sacramentis Ecclesiae devotissime receptis, inter filios et sodales suos, orantes et moerentes, quos sanctis verbis hortatus fuerat et paterno amore benedixerat, homo Dei piissimam animam exhalavit die trigesima eiusdem mensis et anni. Defuncti corpus biduo mansit expositum in cubiculo, confluente, in signum aestimationis et venerationis, multitudine civium ; postea, in duplici arca inclusum et in ecclesiam Sanctae Barbarae delatum, funere solemniter peracto, in sepulcretum deductum fuit et, in conditorio familiae depositum, in pace quiescit. - Interim, fama sanctitatis quam Dei Famulus vivens adeptus fuerat, post obitum

magis clara et diffusa, causam dedit ut super ea in ecclesiastica Curia Taurinensi, ordinaria auctoritate, institueretur Processus Informativus, cuius acta, vix absoluta, statim Romam ad sacrorum rituum Congregationem transmissa sunt. Instante autem Rmo Dno Camillo Panizzardi, Piae Societatis a Sancto Ioseph procuratore generali et huius Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon Capitulorum, et parochorum Taurinensium atque Ordinum et Congregationum regularium, piarum Sodalitatum atque illustrium virorum ac mulierum, quum, servato iuris ordine, atque scriptis Servi Dei revisis, nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Theodorus Valfré di Bonzo, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?*** Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: ***Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit;*** die 15 novembris 1921.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Leonardi Murialdo, sacerdotis, fundatoris Piae Societatis Sancti Ioseph; die 23 eisdem mense et anno.

^ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B, ***C. Praefectus.***

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

III

PHILADELPHIEN. SEU BUDVIGEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOANNIS NEPOMUCENI NEUMANN, EPISCOPI PHILADELPHIENSIS, E CONGREGATIONE SANCTISSIMI REDEMPTORIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quod praeclara haec super heroicis venerabilis Servi Dei Ioannis Neponmceni Neumann virtutibus Causa, quae perdifficilis visa fuerat solutionis, quaeque idcirco omnem fere spem progrediendi ad ulteriora deponere fuerat coacta, intermissum resumere potuerit actorum cursum eoque subinde adduci, ut optatum sortita iam fuerit exitum, hoc intrinsecae suimet bonitati acceptum in primis ipsa debet referre, postmodum autem Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV.

Qui inde a primo, quem, post promulgatum decretum super heroicis virtutibus venerabilis Servi Dei Ioannis Baptistae a Burgundia, habuit, sermone, et alias deinceps, prout opportune monebat locus, in causis nominatim item super virtutibus venerabilium Servorum Dei Antonii Mariae Gianelli et Marcellini Iosephi Benedicti Champagnat, quid sit, in quo christianorum virtutum consistere debeat heroicitas, Angelici Doctoris maxime innixus doctrina, et Benedicti XIV, sacri huius fori magistri, Suique in Bononiensi sede et in Petri cathedra, immortalis memoriae Praedecessoris, fretus auctoritate, e proposito est persecutus; ex eisque, quibus heroica virtus coalescit, elementis, quodnam praecipuum sit habendum adeo, ut sine illo nulla dari possit heroicitas, enucleavit posuitque in aperto; illudque in una dumtaxat situm sit oportet fideli, iugi et constanti proprii status munerum et officiorum perfunctione. Quumque praefato potissimum ex capite ista, quae super heroicis pariter virtutibus, abhinc decennium et ultra, inita fuit disceptatio, in non paucas inciderit difficultates dissentientesque experta fuerit amplissimos sacri huius Ordinis suffragatores, optime se gessit

egregius, quem causa nacta fuit, Patronus, cum quae, tam claro tamque excelso admoto et praelucente lumine, commonstrata sibi fuerat, eam animo magno, confidenti et alacri ingressus est viam. Haec namque, dum in altera praeparatoria Congregatione ad ulteriora pandidit aditum, in postremo, quod proxime subsecutum est, certamine peperit victoriam; quandoquidem quae duo, sive circa probationum instructum sive circa totius Causae summam, praestanda erant, haec praestitisse dicendi sunt actores.

Sane, quae in medium proferuntur probationes, dotibus a iure requisitis esse praeditas, clare, distincte et explanate iidem ostendere, suo praeeunte sedulo experrectoque Patrono, connisi fuerunt actores, quippe qui oblatam sibi nullam siverunt elabi occasionem, quin caute patienterque, semel iterumque adnotarent, facta, quae paulo ante describenda curaverant, ab oculatis enarrari testibus, eisque auritos quandoque accedere nec non documenta, sicut nempe statuunt iubentque conditae leges. Hac via et ratione iustum atque legitimum causae praesto esse iuridicum fundamentum, planum facere dum sategerunt illi, insimul ad heroicarum virtutum, de quibus in praesentiarum agitur, necessariam accurandam probationem animum viresque suas converterunt. Quo autem facilius quis posset aequo iustaque pretio singula aestimare facta, quae iudicialibus consignata sunt tabulis, hoc aptissimum ipsis visum est consilium, illudque propterea exsecuti constanter fuerunt; videlicet res a Dei Famulo gestas sic distribuere, ut unicuique vitae stadio variisque ab eodem susceptis et adimpletis muneribus officiisque propria responderet peculiaris quaedam factorum series. Quod quidem quantum contulerit ad rectum de heroicitate virtutum exercendum iudicium, exinde dignoscere fas est fermeque dimetiri, quod scilicet nece s-sitate quadam factum sit, ut, nonnisi habita ratione circumstantiarum, iudicium ipsum, prout eiusdem fert flagitatque natura, instituere datum fuerit atque absolvere. Ex eadem insuper inita servataque disceptationis methodo illud etiam percommode contigit, ut perspicuum quoque fieret, quae quotque in christianae perfectionis itinere, quod mature admodum venerabilis Ioannes Nepomucenus arnpuerat, de die in diem, de virtute in virtutem fecerit ille progressiones; in ista enim animi comparatione, qua quis movetur ad perfecte agendum, omnem ¡manifestó se prodere heroicam virtutem, communiter theologi docent atque sacrorum canonum interpretes; accommodateque suadent haec celebris Rosignolii verba: ***Ratio conservandae virtutis est eius perpetuus usus et exercitatio ; est enim virtus talentum illud evangelicum, quod nullo modo otiosum relinqui permittit Deus. Quare, ut obeantur virtutum officia, summopere***

vigilandum est, omnisque, quae offertur, occasio, avide arripienda ; siquidem in virtutis curriculo qui non pergit^ regreditur (apud Benedict. XIV, lib. III, cap. XXI, num. 11).

Ita, allatis iterum et prope probeque inspectis Famuli Dei actioni-, bus et operibus, eorumque agnita praesertim et congrua statuta aestimatione, iuxta criteria a Benedicto XIV aliisque scriptoribus in hac peculiari rerum disciplina peritissimus, tradita, nedum, contra atque prima fronte videri potuit, planam et expeditam sese perhibuit causae huius diiudicatio, verum et, quibus eadem intus pollebat et pollet, emerserunt apertamque in lucem prodierunt praestantia atque dignitas. Quamobrem, huc quum deductus sit sermo, benemerentissimae Congregationi Sanctissimi Redemptoris licet gratulari, utpote quae, recentior potius quum esset aetate, praeter Parentem legiferum Ecclesiaeque Doctorem, virum nomine et sanctitate celeberriinum, Alfonsum Mariam de Ligorio, duobus quoque suis gloriatur alumnis, quibus supremi Sanctorum iam decreti sunt honores, sanctis nimirum Gerardo Maiella et Clemente Maria Hofbauer, aliisque non paucis ex eadem legiferi Patris disciplina profectis eiusque spiritu imbutis et eruditis, quorum penes sacram rituum Congregationem beatificationis agitantur Causae, eosque inter venerabilis exstat atque eminet Ioannes Nepomucenus Neumann, cuius de heroicis virtutibus, plures ante annos, institutae quaestioni strenue invicteque decertantes, bene adiuvante Deo, evicerunt actores, ut tandem finem imponeret generalis, quae, die vigesima nona superioris mensis, coram Sanctissimo Domino nostro coacta fuit Congregatio. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, Causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium: ***An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis venerabilis Servi Dei Ioannis Nepomuceni Neumann, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores ordine protulerunt sententias, quibus tamen laeto intentoque animo auditis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremum Suum iudicium de more prorogandum duxit, cunctosque, qui aderant, est adhortatus, ut interea Secum funderent preces, ad supernum promerendam auxilium, quod caelestis consilii Eum efficeret compotem. Quumque postmodum mentem Suam patefacere statuisset, hodiernam elegit diem Dominicam tertiam Adventus, quae a recurrente Missae introitu nomen habet ***Gaudete.*** Eapropter, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Por-

tuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum Causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: ***Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, venerabilis Servi Dei Ioannis Nepomuceni Neumann, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.***

Hoc decretum publici iuris fieri, et in acta sacrorum rituum Congregationis referri mandavit tertio idus décembres anno MCMXXI.

)$(A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Praefectus.

L. ©' S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA OFFICIORUM

COMMISSIO PONTIFICIA DE EE BIBLICA

DECLARATIO

DE ADDITIONE VARIARUM LECTIONUM IN EDITIONIBUS VERSIONIS VULGATAE NOVI ET VETERIS TESTAMENTI.

In Praefatione ad Lectorem editionis Clementinae versionis Vulgatae Sacrarum Scripturarum legitur:

« Porro in hac editione nihil non canonicum nullae ad marginem « concordantiae (quae posthac inibi apponi non prohibentur) nullae notae, « nullae variae lectiones, nullae denique praefationes... Sed sicut Apo- « stolica Sedes industriam eorum non damnat, qui concordantias loco- « rum, varias lectiones, praefationes S. Hieronymi et alia id genus in « aliis editionibus inseruerunt; ita quoque non prohibet, quin, alio « genere characteris, in hac ipsa Vaticana editione eiusmodi adiumenta « pro studiosorum commoditate atque utilitate in posterum adiiciantur; « ita tamen, ut lectiones variae ad marginem ipsius textus minime adno- « tentur ».

Quum autem sint qui putent ultimis hisce verbis prohiberi additionem variarum lectionum non solum in margine laterali, verum etiam in inferiore seu ad calcem textus, quaesitum est a Pontificia Commissione Biblica: utrum liceat in editionibus versionis Vulgatae tam Novi quam Veteris Testamenti lectiones varias aliave huiusmodi studiosorum adiumenta ad calcem textus adiicere?

Re examinata, Pontificia Commissio Biblica respondit:

Affirmative.

Quam resolutionem Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV in audientia diei 17 novembris 1921 adprobare dignatus est.

f Henricus Laurentius Janssens, O. S. B., Ep. Bethsaiden.

Consultor ab Actis.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI DA TENERSI NELL'ANNO

1.-27 ***gennaio.*** Congregazione Ordinaria.

2. - ***31*** ***»*** Congregazione terza Preparatoria sopra le virtù della Venerabile Serva di Dio Maddalena di Canossa.

3. - ***14*** ***febbraio.*** **Congregazione Generale** sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Teresa Verzeri.

4. - ***7*** ***marzo.*** Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della Venerabile Serva di Dio Suor Teresa del Bambin Gesù.

5. - ***21*** Congregazione Ordinaria.

6. - ***4*** ***aprile.*** Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del Venerabile Servo di Dio Roberto Card. Bellarmino.

7. - ***2*** ***maggio.*** Congregazione Preparatoria sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Maria Eufrasia Pelletier.

16 ***»*** **Congregazione Generale** sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard.

9. ***30*** ***»*** Congregazione Ordinaria.

10. ***13*** ***ghigno.*** Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Fr. Mariano da Rocca Casale.

11. ***20*** ***»*** Congregazione Ordinaria Particolare.

12. ***27*** ***»*** **Congregazione Generale** sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret.

13. ***4*** ***luglio.*** Congregazione Ordinaria.

14. ***18*** ***»*** Congregazione Preparatoria sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Michele Garicoïts.

15. ***8*** ***agosto.*** Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù della Venerabile Serva di Dio Bernarda Soubirous.

16. ***24*** ***ottobre.*** Congregazione Antipreparatoria sopra **i** miracoli del Venerabile Servo di Dio Andrea Uberto Fournet.

17. ***14*** ***novembre*** Congregazione Ordinaria.

18. ***21*** ***»*** Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del Venerabile Servo di Dio Antonio Maria Gianelli.

19. - ***29*** **Congregazione Generale** sopra le virtù del Ven. Servo di di Dìo Fr. Francesco da Camporosso.

12 ***dicembre.*** Congregazione Ordinaria Particolare.

21. - ***19*** ***»*** Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Fratel Benilde.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, in data 29 dicembre 1921, il Santo Padre si è degnato di nominare Mons. Carlo Cremonesi, Arcivescovo titolare eletto di Nicomedia, ***Suo Elemosmiere Segreto.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

12 novembre 1921. Monsig. Antonio Chimenti, della diocesi di San Sepolcro.

24 » » Monsig. Tommaso Halabia, Procuratore del Patriarcato Siro d'Antiochia in Roma.

28 » » Monsig. Ignazio Seipel, dell'archidiocesi di Vienna.

3 dicembre » Monsig. Vincenzo Damiani, dell'archidiocesi di Manfredonia.

Prelati Domestici di S. S.

16 mareo 1921. Monsig. Giovanni Squeri, della diocesi di Piacenza.

20 ottobre » Monsig. Giovanni F. Noll, della diocesi di Fort-Wayne.

28 » » Monsig. Giovanni C. Thompson, della diocesi di Harrisburg.

» » » Monsig. Adam Christ, della medesima diocesi.

» » » Monsig. Luigi Meuwese, della medesima diocesi.

29 » » Monsig. Andrea Arcoverde Albuquerque Cavalcanti, della archidiocesi di Rio Janeiro.

5 novembre » Monsig. Emanuele Maria Camargo, della diocesi di Bogota.

» » » Monsig. Giuseppe Eusebio Diaz, della medesima diocesi.

10 » Monsig. Nicola Daleggio, della diocesi di Sira.

11 Monsig. Antonio Piegay, della diocesi di Alexandria (***U. S. A.).***

24 » Monsig. Francesco Raimondo Da Cunha Pedrosa, dell'archidiocesi di Olinda e Recife.

» Monsig. Ludovico Lazzaro Perrachot, delia diocesi di Monaco (Principato).

25 » Monsig. Francesco P. Mac Manus, della diocesi di Des Moines.

27 Monsig. Alfredo Emesto Petit, della diocesi di Nancy.

29 Monsig. Antonio Rocchetti, dell'archidiocesi di Fermo.

30 Monsig. Edoardo d Alton, dell'archidiocesi di iguana.

Monsig. Tommaso Macken, della medesima archidiocesi.

6 dicembre » Monsig. Pasquale Balsamo, dell'archidiocesi di Napoli.

6 dicembre 1921. Monsig. Giovanni Hagan, Rettore del Collegio Irlandese, in Roma.
7 » » Monsig. Antonio Okolo-Kulak, dèll'archidiocesi di Mohilew.
10 » » Monsig. Edoardo Leone Lancette, dèll'archidiocesi di Parigi.
» » » Monsig. Ludovico Prunel, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Ernesto Rey m ann, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Arsenio Rimbault, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Oronzo Durante, della diocesi di Lecce.
» » » Monsig. Francesco Saverio Greco, della medesima diocesi.

ONORIFICENZK

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 novembre 1921. Al sig. Giorgio Alting von Geusan, del Regno di Olanda.
10 dicembre » Al sig. Carlo Houëtte, dèll'archidiocesi di Parigi.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

*25 novembre 1921.** Al sig. generale Agha Petros.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 giugno 1921. Al sig. prof. Enrico Lalou, della archidiocesi di Parigi.
3 agosto » Al sig. dott. Giuseppe Antolin del Cueto, della diocesi di Avana.
19 ottobre » Al sig. marchese Vittorio Quesada di San Sebastiano, della archidiocesi di Cagliari.
5 novembre » Al sig. Nicola Santovetti, della diocesi di Frascati.
25 » » Al sig. Rodolfo Ferrari, della diocesi di Como.
» » » Al sig. barone Alberto Trocchi, della diocesi di Civita Castellana.
5 dicembre » Al sig. Giuseppe Barca, della diocesi di Bergamo.
10 » » Al sig. Federico Lemailre, dèll'archidiocesi di Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

18 novembre 1921. Al sig. Roberto Guglielmo Rodgers, del Vicariato Apostolico della Birmania Settentrionale.
*21 » ** » Al sig. Salvatore Camera d'Afflitto, dell'archid. di Napoli.
» » » Al sig. Costantino Fargiallah, del Patriarcato di Cilicia degli Armeni.

21 novembre 1921. Al sig. dott. Baldassare Melconian, del medesimo patriarcato.
» » » Al sig. dott. Teodoro Hovaghimian, del medesimo patriarcato.
22 » » Al sig. Teofilo Klem, della diocesi di Strasburgo.
23 » » Al sig. Deodato Bücher, della diocesi di Coirà.
26 » » Al sig. Francesco Ludovico Giovanni Lourijsen, della diocesi di Harlem.
» » » Al sig. Enrico Reijners, della archidiocesi di Utrecht.
1 dicembre » Al sig. Nicola Coelati-Rama, della diocesi di Mantova.
10 » » Al sig. Enrico Edmondo Lesage, dell'archidiocesi di Parigi.
16 » » Al sig. Giovanni Lijnkamp, della diocesi di Harlem.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 ottobre 1921. Al sig. Pietro Caminha, della diocesi di Pelotas.
25 novembre » Al sig. Rustem Nedjib.
6 dicembre » Al sig. architetto Raffaele Mazzetti, di Roma.
» » » Al sig. Francesco Saverio Rubenbauer, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.
» » » Al sig. Filippo Cosmelli, di Roma.
» » » Al sig. Romolo Finocchi, di Roma.
11 & » » Al sig. cav. Giuseppe Gonnella, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 novembre 1921. Al sig. Alessandro Roesle-Boesch, della diocesi di Coirà.
6 dicembre » Al sig. Attilio Pellegrini, di Roma.
» » » Al sig. Umberto Randanini, di Roma.
» » » Al sig. Saverio Tagliapietra, di Roma.
16 » » Al sig. Enrico Van Heeswijk, della diocesi di Harlem.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

Il- ottobre 1921. Monsig. Giacomo Herr, della diocesi di Limburgo.
21 novembre » Monsig. Giuseppe Tisò, della diocesi di Nitria.
» » » Monsig. Giuseppe Vallero, dell'archidiocesi di Torino.

22 novembre 1921.	Monsig. Filippo Maniero, dèll'archidiocesi di Genova.
29 » »	Monsig. Raffaele Alvarez, dèll'archidiocesi di Guatemala.
3 dicembre »	Monsig. Vitantonio Chiantera, della diocesi di Monopoli.
» » »	Monsig. Adriano Dienes, della diocesi di Cassdvia.
» » »	Monsig. Vito Lattanzi, dèll'archidiocesi di Bari.
7 » »	Monsig. Antonio Pizzirani, dèll'archidiocesi di Bologna.
15 » »	Monsig. Nicola Margiotta, dèll'archidiocesi di Taranto.
» » »	Monsig. Gioacchino Sansonetti, della diocesi di Lecce.
» » »	Monsig. Paolo Furia, di Roma.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

30 novembre 1921.	Il sig. Carlo J. Munich, dèll'archidiocesi di Westminster.
14 dicembre »	Il sig. marchese Benedetto Arditi, della diocesi di Ugento.
15 » »	Il sig. Michele Valeriano Finat, della diocesi di Malaga.
19 » »	Il sig. visconte Felice d'Arjuzon, dèll'archidiocesi di Parigi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

21 novembre 1921.	Monsig. Giovanni Postényi, della diocesi di Nitria.
28 » »	Monsig. Bartolomeo Tucci, della diocesi di Penne e Atri.
29 » »	Monsig. Guglielmo Frings, dèll'archidiocesi di Colonia.
6 ***dicembre*** »	Monsig. Alessandro Castagnino, della diocesi di Chiavari.

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

23 dicembre 1921.	Monsig. Raffaele Pisapia, della diocesi di Cava e Sarno.
» » »	Monsig. Salvatore Atonna, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

8 luglio 1921.	Monsig. Carlo D'Amour, Arcivescovo di Cujabà.
28 dicembre »	Monsig. Guglielmo Kelly, Vescovo di Geraldton.
30 » »	Monsig. Tommaso Grace, Vescovo di Sacramiento.

Annus XIV - Vol. XIV 23 Ianuarii 1922 Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

t

SUMMUS PONTIFEX

BENEDICTUS PP. XY

DIE XXII IANUARII HORA VI

SANCTISSIME OBDORMIVIT IN DOMINO

R. I. P.

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

FACULTAS PERPETUA BENEDICTIONEM ABBATIALEM RELIQUIS CONGREGATIONIS HUNGARICAE O. S, B. ABBATIBUS CONFERENDI CONCEDITUR ARCHIABBATI PRO TEMPORE NULLIUS SANCTI MARTINI DE SACRO MONTE PANNONIAE.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rèi memoriam. — Curavit exponendum Nobis dilectus filius Rhemigius Bardos, Archiabbas ***nullius*** Sancti Martini de sacro monte Pannoniae, vulgo « Pannonhalma » in Hungaria, et Praeses Congregationis Hungaricae O. S. Benedicti, in votis sibi admodum esse, ut pro tempore Archiabbati dictae abbatiae Sancti Martini, qua memoratae Benedictinae Congregationis Praesidi, perpetuo benigne concedamus facultatem conferendi auctoritate Nostra Apostolica benedictionem abbatialem ceteris eiusdem Congregationis Abbatibus ab ipso constituendis ipsique subiectis. Nos autem, probe noscentes intimum nexum quo coenobia Congregationis Hungaricae et archicoenobium ***nullius*** Sancti Martini eiusdemque Archiabbas inter se invicem coniunguntur, simulque animo repetentes pluribus a decenniis, ex diuturna et constanti consuetudine, Archiabbatem praefatum uti memoratae Congregationis Praesidem, impetratis iterato Sanctae huius Sedis indultis, omnibus reliquis istius Congregationis Abbatibus, auctoritate Apostolica, benedictionem abbatialem impertivisse, optatis his annuendum existimavimus. Quamobrem, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis pro Religiosorum Sodalium negotiis diiudicandis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, concedimus ut tam hodiernus Archiabbas ***nullius*** Sancti Martini de sacro monte Pannoniae, quam huius in posterum successores pro tempore, uti Praesides perpetui Congregationis Hungaricae O. S. Benedicti, facultate potiantur conferendi, auctoritate Nostra et Romani Pontificis pro tempore exsistentis, benedictionem abbatialem ceteris ipsius

Hungarieae Benedictinae Congregationis Abbatibus ab ipso constituendis ipsique subiectis.

Porro haec largimur decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus'sortiri atque obtinere; dictisque pro tempore Archiabbatibus nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII decembris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

SANCTUARIUM B. M. V. DB ARANZAZU, DIOECESIS VICTORIENSIS, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS COHONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. -—In Cantabris montibus, dioecesis Victoriensis intra fines, haud procul ab « Ofiate », quod est provinciae Guipuzcoae oppidum, deserto in loco, cui a terra spinis consita sermone patrio nomen est « Aránzazu », exstat iam a saeculo decimoquinto sub custodia Fratrum Minorum percelebre sanctuarium Beatae Mariae Virginis de Aránzazu, in quo asservatur vetusta lapidea imago Deiparae Virginis Infantem Iesum sinu foventis, quae circa annum MCCCCLXIX a quodam Ruderico de Balzátegui pastore inventa fuisse fertur. Parva primum aedes in loco apparitionis viciniara incolentium pietate erecta, brevi, ob gratiarum copiam Virginis intercessione obtentarum, in peramplam ecclesiam cessit artis operum splendore insignem, ipsaque veneranda imago, in maioris altaris cella publicae venerationi proposita, pretiosa veste multoque auro gemmisque elucet. Minores enim Fratres, quibus templum concreditum est, Virginem de Aránzazu iam ab anno MDCCXXXI Cantabricensis Franciscalis provinciae Patronam elegerunt; eandemque anno MDCCCLXXXVI, clero populoque plaudente, a Victoriensi Episcopo aureo diademate redimitam, Nos ipsi, anno MDCCCCXVIII, universae regionis municipum et civium votis concedentes, totius civilis

provinciae de Guipúzcoa Patronam praecipuam rite declaravimus. Innumeri fideles e dissitis etiam regionibus enunciatum ad sanctuarium peregre confluunt, frequens religiosa familia ibidem cultui inservit et divinis laudibus concinendis sedulam operam navat; pretiosa sacra supellectili abundat ecclesia: tandem idem sanctuarium sedes est Marialis confraternitatis non modo per Hispaniam, sed etiam in plurimas Americae regiones atque in Philippinas Insulas diffusae. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Nicolaus Vicuña Ibarlucea O. F. M. Cantabricensis provinciae Minister, suffultas gravissimis suffragiis tam Episcopi Victoriensis quam alterius a Procuratore generali Ordinis Fratrum Minorum pro Hispania, preces ad Nos porrexerit ut, ad magis fovendam atque augendam christifidelium tam incolarum quam exterorum devotionem et cultum in Beatissimam Virginem de Aránzazu, ipsius Deiparae sanctuarium titulo ac dignitate Basilicae minoris decorare dignaremur, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, sanctuarium Beatissimae Virginis de Aránzazu, prope oppidum « Oñate », provinciae Guipuzcoae, dioecesis Victoriensis intra fines, titulo ac dignitate Basilicae minoris cohonestamus, omnibus et singulis honorificentiis ac privilegiis eidem attributis quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec largimur decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV decembris MGMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status***

III

FACULTAS PERPETUA REGENDI ET ADMINISTRANDI SEMINARIA CONCEDITUR SOCIETATI PRESBYTERORUM A SANCTO SULPITIO.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquius nihil, nihil magis Nobis cordi est, quam ut in sortem Domini vocati iuvenes pie recteque instituantur. Iamvero constat et amplissimis probatum est suffragiis, Societatem Presbyterorum a Sancto Sulpitio nuncupatam, conspicuis in Ecclesiam meritis praestantem, ad id instituto suo intendere, videlicet ut iuvenum clericorum mentes sacris scientiis atque ecclesiasticis disciplinis imbuantur in Seminariis, eorumque animi ad pietatis studia informentur. Exploratum quidem habemus ex unanimi Sacrorum Antistitum testimonio, Societatem eamdem frugiferum ad propositum sibi finem assequendum summa diligentia conniti. Placet igitur Nobis memoratae Societatis coeptis favere, atque, hoc ducti consilio, audito suffragio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Congregationi de Religiosis praepositorum, haec quae infra scripta sunt largimur atque statuimus. Nimirum, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum concedimus, ut Societas Presbyterorum a Sancto Sulpitio, quin Sanctam hanc Sedem ad impetrandam in singulis casibus veniam adeat, sacrorum Seminariorum regimen sibi ab Ordinariis locorum concreditum accipere, eademque Seminaria sine Deputatorum interventu a sacris canonibus requisito, tam in spiritualibus quam in temporalibus, administrare libere ac licite possit et valeat. Hanc autem legem adamussim edicimus servari, ut, cum Superior generalis tum Sodales a respectivo Ordinario loci in omnibus dependeant, eidemque Ordinario, adstantibus duobus ex ordine canonicorum ecclesiae cathedralis ipsius dioecesis, quotannis redituum rationem sub anni exitum reddere teneantur.

Haec mandamus, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus apostolicis consti-

tutionibus atque ordinationibus nec non, speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis, contrariis quibuslibet.

; Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxrn mensis decembris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

P. CARD. GASP ARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. IOANNEM GAMBERONI, ARCHIEPISCOPUM VERCELLENSIUM: DE SACRO SOLEMNI RITU QUO DIADEMATE ORNARATUR THAUMATURG-A B. M. V. IMAGO IN METROPOLITANA AEDE.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.— Maximus ille venerationis cultus erga sanctissimam Dei Parentem, qui a prima aetate amoris flamrnam in Nobis accendit semperque aluit, efficit ut summum Nobis gaudium afferant omnes fidei ac pietatis significationes in honorem Virginis, quae universi generis humani amantissima est atque dileetissima mater. Fieri igitur non poterat quin magna afficerentur laetitia cum per te, venerabilis frater, allatum est Nobis de sacro solemnique ritu quo proximis diebus in ista metropolitana aede thaumaturga Imago diademate ornabitur Beatae Virginis quae sub nomine ***Madonna degli infermi*** tribus abhinc saeculis mirifica pietate colitur. De hoc faustissimo eventu Nos quidem enixe gratulamur, quandoquidem haud parvum devotionis incrementum ex eo in Deiparam Virginem futurum, eademque intercedente, in istam dominici gregis partem electam caelestium munerum copiam esse profecturam confidimus. Quod si qui christifideles, seu horum calamitosorum temporum fluctibus abrepti, seu erratis doctrinis obcaecati vel vanis inanibusque imaginibus decepti, religionis facem suis in cordibus exstinxerunt, quae proxime habebuntur sollemnia ipsorum animos excitent, fidei flamrnam in eis iterum accendant eosdemque ad bonam frugem revocare valeant. Qua in re Nos quidem animadvertimus peropportunum consilium fuisse tuum permiscendi sollemnibus, quae supra memoravimus, curriculum sacrarum missionum, quibus fidelium animi apte parentur ad Deiparam Virginem dignis prosequendam honoribus, non solum sacri ritus maiestate,

sed etiam errantium conversione atque aucta bonorum sanctimonia. Dignetur Virgo sanctissima, ut Nos precamur vehementer, confirmare in piis filiis ex Vercellensi dioecesi ea sancta proposita quae ipsi ad Imaginem eius pereelebrem iterabunt, ut uberrimi salutis fructus in proximis sacris sollemnibus feliciter percipiantur. In hanc rem, libentissime quidem rogatam benedictionem apostolicam tibi, venerabilis frater, ceteris Episcopis qui sua praesentia sancti ritus splendorem augebunt, oratoribus sacrarum missionum nec non iis omnibus qui sollemnia ista participantes ad sanctissimae Virginis triumphum conferent, effuso ánimo largimur. Ac praeterea facultatem tibi dantes, venerabilis frater, benedictionem papalem sollemniore die impertiendi, iis omnibus qui his diebus sollemnibus venerandam Imaginem inviserint plenariam indulgentiam concedimus, usitatis videlicet Ecclesiae conditionibus lucrandam.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis novembris MCMXxi, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD EM.UM P. D. IOANNEM TIT. SANCTI EUSEBÍI, S. R. E. PRESB. CARD. CSERNOCH, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, CETEROSQUE HUNGARIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS, COMMUNI EPISTOLAE RESPONDENS EX ANNUO CONVENTU DATAE.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — In epistola, quam coniunctim ad Nos dedistis Budapestini congregati, ornastis Nos iudicii vestri testimonio et, adventante annua recordatione nativitatis Christi Redemptoris, cumulastis [ominibus» quibus visi estis desiderabilia omnia plena manu conferre in Nos voluisse. Pergratam habuimus hanc amoris significationem libetque hisce vos affari litteris, ut omina ominibus commutantes, quod amantissime facimus, simul hortemur ad animose ferendas eas curas atque acerbitates, quas nova vobis impertiunt tempora. Nec paucae hae profecto sunt, neque leves. Multa enim vobis sananda sunt vulnera: multa excitanda, quae ignorantia vel socordia iacent: multa providenda ut clerus Christi bonus odor sit, ut revirescat in populo antiqua pietas, ut religioni suus ubique sit honos. Laborum ac molestiarum moles ne vos

frangat; pro Christo legatione fimgimini et Qui vos posuit episcopos, Ipse et vires tribuet et incepta secundabit.

Haec, ut intelligitis, scripsimus moti non tam consilio eos horr tandi, qui hortatione non egent, quam studio Ecclesiarum vestrarum ac paterna in vos benevolentia, cuius testis sit etiam apostolica benedictio, quam caelestium auspicem munerum largissimorum, vobis omnibus, dilecte fili. Noster ac venerabiles fratres, clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx decembris MGMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACKA **CONGREGATIO** S. OFFICII

DECRETUM

DAMNATUR QUODDAM OPUS P. NIVARDI SCHLÖGL, ORDINIS CISTERCIENSIUM

Feria IV, die 16 novembris 1921

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores generales proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum «laudarunt opus cui titulus : ***Die heiligen Schriften des Neuen Bundes: Aus dem Urtext übersetzt mit Erläuterungen und einer Einführung,*** von Dr Nivard Schlögl, Ord. Cist., o. ö. Professor an der Wiener Universität. Burgverlag Richter und Zollner, Wien, 1920.

Et insequenti feria V, die 17 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 16 ianuarii 1922.

Aloisius Castellano, ***Supremae S. C. S. Officii Notarius.***

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

14 ianuarii 1922. — Cathedrali episcopali Ecclesiae Sebenicensi praefecit R. P. Hieronymum M. Mileia, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium.

14 ianuarii 1922. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Attaliensi, R. P. D. Patritium 0'Donnell, hactenus Episcopum Rapotensem, quem constituit coadiutorem cum iure futurae successionis Emi P. D. Michaelis S. R. E. Card. Logue, Archiepiscopi Armachani.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

PLACENTINA

IURIS PRAESIDENDI

Die 11 decembris 1920

SPECIES FACTI. — Per Bullam Apostolicae Datariae die 22 ianuarii 1917 datam, sac. Aegidius Agazini constitutus est canonicus coadiutor cum iure futurae successionis D. Camilli Mangot, Praepositi ecclesiae cathedralis Placentinae. Quum vero in praefata cathedrali ecclesia ad canonicum Praepositum, qui primam obtinet dignitatem in Capitulo, ius spectet praesidendi coetibus capitularibus, ante quam can. Agazini coadiutoriae possessionem nancisceretur, in conventu capitulari quaestio instituta est utrum coadiutor iisdem praecedentiae iuribus, quibus potiebatur coadiutus, frui deberet. Et quamvis neque ex iure communi neque ex Bulla nominationis id ei competere capitularibus visum esset, die tamen 8 maii 1917 supplicem ad Episcopum obtulerunt libellum ut ad quaestionem solvendam opportunum dubium S. Sedi proponeret.

Quare Episcopus, Capituli precibus annuens, die 12 eiusdem mensis, supplicem ipsius Capituli libellum ad Sacram hanc Congregationem misit, adnotans Can. Praepositum esse « la prima Dignità del Capitolo « con diritto almeno consuetudinario di presiedere le adunanze capitoci lari: in sua assenza presiede il Canonico anziano», et factum commemorans D. Iosephi Caminati qui, cum esset coadiutor canonici Praepositi a mense maio 1880 usque ad mensem martium 1892, iure praesidendi in coetibus capitularibus usus est, Capitulo minime contradicente. Tandem transcribit verba Bullae nominationis Can. Agazini quibus coadiutoria ita eidem conceditur ut « omnibus privilegiis et « gratiis quibus dictus Camillus [i. e. Can. Praepositus Mangot] ratione « praefatae Praepositurae fruitur, pariter frui possit ac valeat [Coadiu-

« torj ». - Nihilominus ad has Episcopi litteras Sacra haec Congregatio die 16 eiusdem mensis rescripsit: «In casu, omnibus attentis, can oni-« cum coadiutorem Aegidium Agazini non ^abere ius praesidendi coe-« tibus capitularibus ».

De his omnibus cum certior factus esset can. Aegidius Agazini, qui quaestionem hucusque penitus ignoraverat, die 4 decembris 1917 ad S. H. C. recurrit atque probare contendit, si minime ex iure communi aut vi Bullae nominationis, saltem ex consuetudine ius sibi competere praesidendi coetibus capitularibus, idque demonstrare nititur duobus exemplis suorum antecessorum, Caminati, de quo supra, et can. coadiutoris Bissi a. 1817 cuius exstant adhuc quaedam acta capitularia hac formula incipientia: « Noi ***Prevosto Coadiutore,*** Capitolo e Cano-« nici », etc. Pluribus idcirco ad rem allatis, enixis precibus postulavit ut res integra deferretur ad plenarium Emorum Patrum coetum. Omnibus itaque de more peractis, et utraque parte suas deductiones proponente, subiectum fuit Emis Patribus dubium:

« An canonicus coadiutor ius habeat praesidendi coetibus capitu-**le** laribus in casu ».

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. — Quod attinet ius commune, quaestio expedita est, cum ipse recurrens minime ex hoc titulo praetensum praesidendi ius vindicet, sed immo provocet ad verba cl. Oietti, ***Syn. rer. mor.*** etc., vol. I, p. 930, n. 1227, ubi docetur haec officia et praeeminentias minime stricto iure deberi, sed aliquando permitti in litteris Apostolicis, vel etiam deberi ex legitima consuetudine. Et merito. Enimvero canone 397 Codicis iur. can. clare edicitur: « Nisi aliud in statutis « capitularibus caveatur, dignitatibus et canonicis ***secundum ordinem « praecedentiae*** ius et officium est: convocare capitulum eique praeesse « ac praescribere et ordinare quae ad chori directionem referantur, « dummodo dignitas sit de gremio Capituli ». Atqui in primis certum est canonicis coadiutoribus non competere ius praecedendi super veris canonicis. Cfr. S. R. C. decr. auth. 1037 statuentis: « Coadiutori etiam « primae dignitatis qualemcumque clausulam in litteris apostolicis « expressam minime suffragari quin ipse ultimae dignitati, tametsi an-« nuali, digniorem locum deferre teneatur ». Unde et S. C. Concilii die 28 iunii 1873 respondit: « Praepositi coadiutorem sedere debere post « omnes dignitates tam praesente quam absente coadiuto ». Et ratio est quia praecedentia, sicut äntiquioritas, concipi nequit sine possessione ipsius beneficii: ast cum coadiutor, ut habet De Herdt, ***Prax. cap.,*** II, § 5, « non sit verus canonicus sed fictus, non habens ius seu

« titulum in beneficium, sed tantum exercitium et administrationem no« mine coadiuti, penes quem residet totale ius in beneficium », sequitur in nullam possessionem beneficii coadiutorem mitti valere: «nullo « modo - ait Pignatelius, t. IX, cons. 185, n. 39 - fuit ei acquisita vera « possessio, cum duo in solidum eodem tempore possidere -nequeant, « sed tantum fuit acquisita possessio administrationis quae non suffra« gatur ad effectum praecedentiae » (Similia vide apud Scarfant., ***ad Geccop.,*** I, tit. XII, n. 5; Barbosa, ***de can. et dign.,*** c. XXÍX, n. 26 etc.). Hinc etiam liquet, secundo, canonicum coadiutorem non esse vere et proprie de gremio capituli, quae altera conditio explicitis verbis a Codice, can. cit, etiam in dignitate vera requiritur ad effectum praesidendi Capitulo.

Quod vero pertinet ad ius peculiare in casu, istud ne a recurrente quidem deducitur ex verbis Bullae collationis, in qua explicita et expressa mentio praetensi iuris praesidendi non invenitur. Neque illa suppleri potest ex generali clausula qua conceditur ut coadiutor pariter frui possit ac valeat omnibus privilegiis et gratiis quibus fruitur coadiutus ratione praepositurae: his enim verbis ea intelliguntur quibus opus est coadiutori ad officium implendum quod specificatur: « eidem ecclesiae in « divinis ac alias inserviendi, et curam animarum exercendi, et singulas « alias obligationes ac parochialia munia et officia coadiuto incumben« tia supportanti ». « Coadiutoriae enim - ita Ferraris, v. ***Canonicatus,*** « art. X, n. 1 - fuerunt principaliter invectae ne Ecclesia ob impedi« mentum coadiuti suo defraudetur servitio ... Et ideo, licet omnes et « singulae praerogativae et honores coadiuti coadiutori tribuerentur, « haec tamen omnia esse ad servitium Ecclesiae referenda asserit Gar« cias, ***de benef.,*** p. iv, c. 5, n. 26 ». Cf. Pignat, loc. cit, n. 2; Bened. XIV, quaest. 136; Lotter., ***de ben.,*** q. 25, n. 36.

Itaque punctum praecipuum super quo vertitur controversia, in consuetudine consistit unde potissimum, immo unice, recurrens praetensum ius sibi derivare contendit: «non fa il ricorrente questione di «diritto propriamente detto, ma di consuetudine più che centenaria, « per cui al canonico coadiutore fu riconosciuta ***o almeno accordata*** la «facoltà di presiedere». Ad hanc tamen consuetudinem probandam non afferuntur nisi ***duo*** casus, alter ex anno 1817, alter ex anno 1880: licet autem contrarii non afferantur, quia - teste Episcopo - nullus alius fuit datus praeposito pro tempore coadiutor toto centenario mox elapso, tamen, attenta distantia qua inter se hi casus separantur, minime videtur ea inde probari frequentia et. actuum continuatio quae ad inducendam legitimam consuetudinem requiritur.

Praeterea obiicit et ostendit Capitulum, Bullas nominationum utriusque canonici Gammati'et-Bissi'satis differre in hoc puncto a Bulla qua nominatus est canonicus recurrens: nam per illas Sedes Apostolica concessit: « stallum in choro, ac vocem et ***votum in capitulo,*** necnon locum « in processionibus aliisque capitularibus actibus... cum omnibus et sin- « gulis privilegiis... ***praeeminentiis,*** antelationibus et gratiis quibus dictus « coadiutus utitur », etc. Ulterius constat non levem circumstantiarum diversitatem haberi inter casus qui afferuntur et casum de quo disceptatur: uterque enim coadiutor nominatus fuit praevio consensu Capituli, qui consensus in casu recurrentis requisitus ñon fuit; uterque liber omnino erat ab aliis negotiis et officiis, dum coadiutor in casu gravissimum pondus curae animarum sustinere debet: hinc facile explicatur cur in praecedentibus casibus Capitulum facile acquieverit et permiserit utrumque coadiutorem coetibus capitularibus praesidere, quod in praesenti casu non obtinet. Quamobrem, ut alia sileamus, non abest a casibus qui afferuntur causa preconi, qua prohibetur ut inde verum ius possessione acquiratur. Audiatur Scarfantonius, loc. cit., lib. I,»tit, XIII, n. 38: « Quod si Capitulum ***passum fuisset*** coadiutores varias explevisse ***functiones vel locum occupasse*** contra id quod de iure eis permissum est et gerere spectat, non ***per hoc possunt huiusmodi Coadiutores petere manutentionem*** sub praetextu quasi-possessionis adeptae in exercitio actuum praedictorum, quia isti praesumuntur gesti precario, ideoque sunt inhabiles ad obtinendam manutentionem; ***ac admissio ad eos exercendos censetur facta ad libitum canonicorum, quibus licet nolle quod diu etiam placuit*** ». Et Pignatellus, loc. cit. consult. 185, n. 9: « Posito quod « coadiutor non sit in possessione huiusmodi praerogativae nisi pro « lubitu canonicorum et precario, sequitur quod ***nulla praescriptio ad « eius favorem inducta est, neque allegari possit in consuetudo, quae, « non praescripta, nullum ius tribuit ».***

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. - Enunciatae deductiones satis ostendunt in casu quo de agitur, consuetudinem legitime praescriptam deficere. Haud ab re tamen videtur inquirere, num, in praesenti iure quo utimur Codicis, ***sola*** consuetudo afferri valeat ut legitimus titulus praesidentiae vel praecedentiae favore coadiutorum.

Et videtur negativam sententiam praevalere oportere. Enimvero, ut supra ostensum est cum agebatur de iure communi, rationes cur huiusmodi ius coadiutoribus abnuatur, petuntur ***ex ipsa natura*** rei seu officii c oadiutoralis : quatenus nempe coadiutor nullam possessionem habet ***beneficii,*** et ideo verus non est sed ***fictus*** canonicus, neque ullo modo

censeri potest ***de gremio*** esse Capituli. Atqui consuetudines quae id efficerent quod natura rei sinere nequit, iam ex hoc ipso habendae forent profecto ut irrationabiles.

In casu Codex adeo fortiter requirit ad praesidentiam ut quis sit de ***gremio capituli,*** - ut iuxta superius dicta - ipsis dignitatibus veris et effectivis huiuscemodi ius concedat sub hac restrictiva clausula: ***dummodo sit de gremio capituli*** : quanto magis id adversari dicendum est coadiutoribus? Et animadvertatur generatim, Codicem in casu nonnisi unicam exceptionem admittere, nimirum « salvis statutis particularibus », dum commode, si casus tulisset, etiam consuetudines contrarias, ut in aliis sexcentis casibus, commemorare valuisset. Id clare ostendit consuetudines contrarias, in casu, utpote oppositas menti legislatoris esse habendas, et ideo, ad summum, tantummodo ad tramites can. 5 tolerandas. Ad summum - inquam - quia quae irrationabiles esse demonstrentur, nec talem quidem tolerantiam admittunt, ut planum est.

Nec demum praetereundum est in capitulo Piacentino statuta particularia haberi magis etiam restrictiva quam ius Codicis. Nam cessante prima dignitate, constitutiones capitulares ius praesidendi devolvunt, non quidem ad dignitatem sequentem, sed ad ***antiquiorem*** ex canonicis, « licet hic - explicite cavetur - sit in ordine subdiaconali ». Quum, iuxta laudata Codicis verba, praescriptum constitutionum in casu omnino praeservetur atque ut lex sit servandus, vix dicere attinet quantum e contrario vulneraretur si praesidendi ius ei qui non solum antiquior non est ex canonicis, sed nondum est canonicus decerneretur. Atqui certum est nullam consuetudinem dari posse in Capitulis adversus constitutiones capitulares, cum immo quilibet canonicus in actu possessionis capiendae de earumdem religiosa observantia iusiurandum nuncupare teneatur.

Quare, etc. -

RESOLUTIO. - Porro in plenariis Emorum Patrum comitiis habitis die 11 decembris 1920 in Palatio apostolico Vaticano, proposito dubio Sacra Concilii Congregatio respondendum censuit: ***Negative.***

. Quam resolutionem referente postridie infrascripto S. C. Secretario, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV approbare et confirmare dignatus est.

i. MORI, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA ÏIDE

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

16 decembris 1921. — ***Vicarius Apostolicus de Limon,*** R. D. Augustinus Blessing, e Congregatione Missionis Sancti Vincentii a Paulo.

19 decembris 1921. — ***Vicarius Apostolicus de Manciuria Meridionali in Sinis,*** R. P. Ioannes Maria Blois, e Congregatione Parisiensi Missionum ad exteros.

23 decembris 1921. ***Vicarius Apostolicus Aegypti,*** R. P. Hyginus Nuti, O. F. M.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIO

Brevi Apostolico nominatus est:

13 ianuarii 1922. — ***Delegatus Apostolicus in regno Persarum,*** R. D. Hadrianus Smets, Protonotarius Apostolicus ad instar partici* pantium.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 17 gennaio 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione ***Ordinaria*** dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie: .. , .

1) introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Alfredo Pampalon, sacerdote Professo della Congregazione del Ssmo Redentore;

2) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Luca Belludi, detto Beato, dell'Ordine dei Frati Minori;

3) intorno alla concessione ed approvazione delle Lezioni proprie del II Notturno nell'Ofiicio della Dedicazione della Chiesa Cattedrale di Plasencia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

7 gennaio 1922. Monsig. Luigi Sincero, ***Consultore della Sacra Congregazione per gli Affari Ecclesiastici Straordinari.***

» » » Monsig. Francesco Borgongini-Duca e Monsig. Giuseppe Pizzardo, ***Consultori della Sacra Congregazione Concistoriale.***

» » » Il Revnìo P. Ladislao Marszalkielwicz, dei Resurrezionisti, ***Consultore della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.***

10 ***»*** » Monsig. Decio Botti, ***Pro-Segretario per VEconomia della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

13 gennaio 1922. Monsig. Giovanni Gamberoni, Arcivescovo di Vercelli.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

16 novembre 1921. Monsig. Amedeo Lefebvre, della diocesi di Sherbrooke.
29 » » Monsig. Claudio E. Bürdet, della diocesi di La Piata.
4 gennaio 1922. Monsig. Carlo Ammirante, dell'archidiocesi eli Napoli.

Prelati Domestici di S. S.:

12 novembre 1921. Monsig. Edoardo Feuiltault, dell'archidiocesi di Québec.
17 dicembre » Monsig. Vittore Casanova, della diocesi di Ajaccio.
» » » Monsig. Francesco Stefani, della medesima diocesi.
» v » » Monsig. Giorgio Périès, dell'archidiocesi di Parigi.
18 » » Monsig. Gualtiero Fitzmaurice, della diocesi di Green-Bay.
» » » Monsig. Guglielmo J. Peìl, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Dionigi 0' Doherty, Rettore del Collegio dei Nobili Irlandesi, in Salamanca.
4 gennaio 1922. Monsig. Tommaso Maguire, della diocesi di Ardagh.
15 » » Monsig. Leone Pietro Francesco Gry, della diocesi di Angers.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

19 gennaio 1922. Al sig. Anatolio de Cock de Rameyen, dell'archid. di Malines.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 dicembre 1921. A S. -E. il sig. Daniele Garcia Mansilla, Ministro Plenipotenziario della Repubblica Argentina presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il sig. Dott. Camillo Krofta, già Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica Czeco-Slovacca presso la Santa Sede.
9 gennaio 1922. Al sig. comm. Matteo Liesens, della diocesi di Namur.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

5 gennaio 1922. Ai sig. Valentino Ruiz Senen, della diocesi di Madrid.
13 » » Al sig. dottor Federico Funder, direttore della ***Beichspost.***

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

24 novembre 1921. Al sig. Pietro Emilio D'Anjou, della diocesi di Rimouski.
18 dicembre » Al sig. Augusto Chancerelle, della diocesi di Quimper.
20 » » Al sig. Taddeo Blazejewicz, consigliere al Ministero per il Culto Cattolico in Polonia.
» » » Al sig. Cesare Camerini, dèll'archidiocesi di Firenze.
» » •» Al sig. Valeriano Strzalkowski, del Ministero per il Culto Cattolico in Polonia.
12 gennaio 1922. Al sig. Enrico Roger, della diocesi di Lilla^
15 » » Al sig. Carlo Baus, della diocesi di Bruges.
» » » Al sig. Giulio Baus, della medesima diocesi.
21 » » Al sig. Achille Gasthuys, dèll'archidiocesi di Malines.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 novembre 1921. Al sig. Ermenegildo Lepage, della diocesi di Rimouski.
16 dicembre » Al sig. Ambrogio Malaspiria, della diocesi di Aiaccio.
18 » » Al sig. Gustavo Keller, della diocesi di Green-Bay.
3 gennaio 1922. Al sig. Giovanni Battista Antonio Rougier, della diocesi di Limoges.
6 » » Al sig. Maurizio Dupont, dèll'archidiocesi di Cambrai.
12 » » Al sig. Luigi Buchez-Dansette, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Edoardo d'Halluin Francois, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Omero Declerck, della medesima diocesi.
18 » » Al sig. Giuseppe Petit, della diocesi di Namur.
19 » » Al sig. Federico Giovanni Paley, della dioc. di Southwark.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

12 gennaio 1922. Al sig. cap. Roger Appert, della archidiocesi di Parigi.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

11 gennaio 1922. Al sig. senatore Giuseppe Libbrecht, della diocesi di Gand.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa:

3 agosto 1921. Al sig. Antonio Martínez, della diocesi di Portorico.
21 dicembre » Al sig. Uberto Van Gassel-Timmermans, della diocesi di Ruremonda.
3 gennaio 1922. Al sig. Costantino Acquasanta, della diocesi di Frascati.
12 » » Al sig. Guido Zappa, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

7 dicembre 1921. Monsig. Pietro Tesauri, della diocesi di Reggio Emilia.
» » » Monsig. Francesco Macchioni, della medesima diocesi.
19 » » Monsig. Mario Marcucci, della diocesi di Livorno.
21 » » Monsig. Cesare Federici, di Roma,
23 » » Monsig. Vendelino Szabó, della diocesi di Gran Varadino.
» » » Monsig. Adalberto Schriftart, della medesima diocesi.
30 » » Monsig. Edoardo Mittler, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Venceslao Müller, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio Vfeátál, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Rieber, della medesima archidiocesi.
» » ' » Monsig. Giuseppe Zaus, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Luigi Soldat, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Ottocaro Vosahlik, della medesima archidiocesi.
» „ » » Monsig. Francesco Vojta, della medesima archidiocesi.
>» » , » Monsig. Agostino Skalitzky, della medesima archidiocesi.^
» » » Monsig. Adolfo Bick, della medesima archidiocesi.
•» » » Monsig. Venceslao Úubr, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio Hoffmann, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Domenico Brazda, della medesima archidiocesi.
* » » Monsig. Emanuele Hrdlicka, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Kebrle, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Venceslao .Kotreh, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Pomrhonc, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Leopoldo Schopf, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Venceslao Davídek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Lorenzo Jakes, della diocesi di Budweis.
» » » Monsig. Giovanni Zeman, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Paclik, della medesima diocesi.
» * » » Monsig. Giovanni Kfiz, della medesima diocesi.
» . » » Monsig. Francesco Kukla, della medesima diocesi.
» » . » Monsig. Giovanni Praschl, della medesima diocesi.
» » • » Monsig. Luigi Simeth, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Budar, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Simone Pokoj, della medesima diocesi.

30 dicembre 1921. Monsig. Lorenzo Niescher, della medesima diocesi.
» . » » Monsig. Giovanni Hille, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Stnlik, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Zivsa, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Ptácník, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Feigi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Matteo Höfferl, della medesima diocesi. -
» » » Monsig. Giuseppe Zlák, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco éácua, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Venceslao Vones, della medesima diocesi.
7 ***gennaio 1922.*** Monsig. Filippo Picconi, di Roma.
12 » » Monsig. Bernardo Rein, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Giulio De Lescluze, dèll'archidiocesi di Malines.
» », » Monsig. Luciano Luciani, della dioc. di Trieste e Capodistria.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

30 dicembre 1921. Il sig. Michele de' Conti Pecei,'-di Roma.
10 gennaio » Il sig. Evan Morgan, dèll'archidiocesi di Cardiff.
19 » » Il sig. Armando de Behault de Dornon, dell'arch.di Malines.
» » » Il sig. Marchese Edoardo Persichetti Ugolini, dèll'archidiocesi di Aquila.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

15 dicembre 1921. Monsig. Mario Boninsegni, della diocesi di Santo Sepolcro.
» » » Monsig. Nicola Cam aiti, della medesima diocesi.
23 » » Monsig. Giovanni Batt. Gasparotto, della dioc. di Concordia.
» » » Monsig. Andrea Boucher, dèll'archidiocesi di Parigi.
30 » » Monsig. Filippo Tesa, di Roma.
» » >> Monsig. Angelo Barbagallo, della diocesi di Acireale.
14 gennaio 1922. Monsig. Tommaso Glasnovié, dèll'archidiocesi di Scopia.
» » >> Monsig. Giuseppe Rochscheid, dèll'archidiocesi di Colonia.
17 » » Monsig. Alberto Maurano, dèll'archidiocesi di Udine. -
» » » Monsig. Giuseppe De Andreis, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Fantoni, della medesima archidiocesi.,

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

11 gennaio 1922. Il sig. Giorgio* A. John, dèll'archidiocesi di Agria.

NECROLOGIO

19 gennaio 1922. Monsig. Carlo Ugo Gauthier, Arcivescovo di Ottawa.
23 » * Emo Sig. Card. Enrico Almaraz y Santos, Arciv. di Toledo.

Annus XIV - Vol. XIV **2 Februarii 1922** **Num. 3**

ICTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMI PONTIFICIS BENEDICTI XV

EXTREMA AEGROTATIO, OBITUS, IUSTA FUNEBRIA

AEGROTATIO

Summus Pontifex Benedictus XV die decima septima mensis ianuarii pectoris morbo laborare coepit; cuius tamen initiis nulla videbatur subesse causa formidinis. Publicum enim rei nuncium his verbis proferebatur:

Il Santo Padre ha dovuto sospendere le udienze e trattenersi a letto a causa di un catarro bronchiale influenzale che non presenta, peraltro, alcuna gravità.

Die autem vigesima morbus necopinato ingravescebat, de qua re medici publicum testimonium ita edidere:

20 gennaio, ore 8.

Sua Santità è ammalata da quattro giorni di bronchite influenzale. Ieri sera si è constatato che il processo infiammatorio si è diffuso al polmone destro. La notte è stata insonne e agitata. Questa mattina la dispnea è intensa.

Temperatura 38; pulsazioni 104; respiro 58.

Firmati: R. Battistini, L. Cherubini,
A. Bignami, E. Marchiafava.

*éimmmmmiMmamMmrmMfwmHûkat mm** IN

Tum Emus Cardinalis in Urbe vice sacra Antistes, de gravissimo iam praesenti toto orbi catholico periculo fideles certiores fecit, peculiare hoc edens praeceptum :

NOTIFICAZJONE

Per implorare da Sua Divina Maestà la guarigione di Sua Santità, afflitto da gravissima malattia, ordiniamo che in tutte le Messe che si celebrano nelle Patriarcali Basiliche, nelle Collegiali, e in tutte le altre chiese di quest'alma Città, si reciti, fino a nuova disposizione, la colletta ***pro infirmo*** ed esortiamo tutti i fedeli, e specialmente le comunità religiose, a pregare per lo stesso fine.

Dal Vicariato, 20 gennaio 1922.

BASILIO CARD. VICARIO.

Beatissimus vero Pater, qui summo mane iam sacras dapes de manu R. D. Iosephi Migone cubicularii sui intimi, Missam in contiguo cubiculo celebranti, receperat, sponte postulavit ut solemni consueto more sanctum sibi Viaticum deferretur. Ad rem vocati Emi Cardinales qui Romae intererant, ad Vaticanas aedes omnes accessere, ut sanctissimum Sacramentum, a R. P. D. Augustino Zampini, Episcopo Porphyreonensi, sacrarii Apostolici Praefecto, delatum, reverenter ad Beatissimum Patrem comitarentur. Ex his Emus P. D. Orestes Card. Giorgi, Poenitentiarius Maior, professionis fidei formulam praelegit et absolutionem Aegrotanti rite impertivit.

Die subsequenti, vigesimaprima mensis, sub primis horis, pariter Beatissimus Pater caelesti epulo refectus est, subindeque, idipsum Eo firmiter postulante, extrema sacri Olei unctione a praelaudato R. P. D. Augustino Zampini est delibutus, adstante Emo P. D. Oreste Giorgi, qui postea rituales ad monentes iuvandos preces recitavit, Beatissimo Patre summa cum animi Sui pietate assentiente. - Hora octava et decimasexta eiusdem diei, vulgata fuere infrascripta medicorum testimonia, quae vel tenacissimi cuiusque animi spem omnem penitus praecidebafit:

21 gennaio, ore 8.

Le condizioni del Santo Padre sono peggiorate nella notte, che è stata molto agitata ed insonne. Il processo pneumonico si è diffuso.

Temperatura 38,4; pulsazioni 120; respiro 60.

21 gennaio, ore 16.

Le condizioni di Sua Santità si sono fatte nella giornata ancor più gravi: la respirazione si è resa più faticosa e difficile. Le forze del cuore si vanno sempre più affievolendo.

Firmati: R. Battistini, L. Cherubini*
A. Bignami, E. Marchiafava.

OBITUS

Postridie, die dominica, tertia post Epiphaniam, hora prima sacrum factum est coram Infirmo, qui sanctissimam Eucharistiam integris mentis viribus, immo cum admirabili pietatis sensu denuo suscepit; hora sexta quadrante minus in extremum agonem visibiliter ingressus, SUMMUS PONTIFEX BENEDICTUS XV DIE XXII IANUARII HORA VI SANCTISSIME OBDORMIVIT IN DOMINO.

Adstabant cum Emo Card. Poenitentiario Maiore, Emus Card. Petrus Gasparri a Secretis Status idemque S. R. E. Camerarius, Emus Cardinalis Antonius Vico E.pus Portuen. et Sanctae Rufinae, R. P. D. Carolus Respighi Praefectus Caeremoniarum, duo clerici secreti de Cappella, nepotes et famuli Sanctitatis Suae.

Examine corpus ore sereno placidissime requievit. In eodem cubiculo quo Pontifex spiritum emiserat, pro illius animae suffragio sacrum fecerunt Emi Patres Cardinales Antonius Vico et Orestes Giorgi, compluresque Archiepiscopi, Episcopi et Praelati.

Interim Emus Card. Petrus Gasparri S. R. E. Camerarius summi imperii actu Palatii possessionem capiens, iussit ianuas de more claudi, subindeque mortem Summi Pontificis Emo Cardinali in Urbe Vicario significavit, qui, prouti res ferebat, statim ad clerum et populum hanc alteram edidit notificationem:

Basilio per misericordia di Dio Vescovo di Velletri
delia S. R. C. Cardinale Pompili
Vicario Generale e Giudice Ordinario di Roma e suo Distretto.

Col cuore profondamente commosso rivolgiamo oggi la parola a voi, o diletti cattolici di Roma.

Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Camerlengo della Santa Romana Chiesa, cui spetta dare pubblica fede della morte dei Romani Pontefici, ci ha fatto pervenire or ora il funesto annunzio ufficiale della morte del Santo Padre Benedetto XV avvenuta questa mattina alle ore 6.

Il nome di questo Pontefice rimarrà per sempre nella storia come quello di chi, con uno zelo, una sapienza e una fortezza incomparabili, spese il Suo glorioso pontificato nel promuovere in ogni maniera i supremi interessi della Chiesa, e con inesauribile carità si adoperò specialmente neiralleviare in tutti i modi possibili le sofferenze dei popoli provati dal terribile flagello della guerra.

Roma particolarmente dovrà a Lui riconoscenza eterna per le prove molteplici della sua generosità in tante opere di beneficenza spirituale e materiale, uscite dal Suo cuore di padre.

Non dubitiamo pertanto che voi, o Romani, che già accorreste con tanto slancio di pietà filiale nelle pubbliche chiese a pregare per il comune Padre morente, in quest'ora di tanto dolore moltiplicherete i vostri suffragi per la grande anima del Pontefice defunto.

Vi esortiamo quindi a prender parte numerosi ai pubblici e solenni funerali che, secondo la consuetudine, saranno celebrati nella patriarcale Basilica Vaticana.

Ordiniamo inoltre che in tutte le chiese di quest'alma Città, tanto del clero secolare quanto dei regolari o in qualsiasi maniera privilegiate, si suonino in modo funebre tutte le campane dall'Ave Maria a un'ora di notte di lunedì 23 e martedì 24 corr.

Appena trasportati i preziosi resti mortali del Sommo Pontefice nella Basilica Vaticana si celebreranno solenni esequie in tutte le chiese sopradette.

I sacerdoti, tanto secolari che regolari, sono esortati ad offrire il S. Sacrificio in suffragio del defunto Sommo Pontefice, e le Comunità dell'uno e dell'altro sesso, come pure i fedeli tutti sono invitati a raccomandare a Dio l'anima benedetta di Lui.

Prescriviamo, in ultimo, che in tutte le Messe e nelle altre sacre funzioni si aggiunga la colletta ***Pro Pontifice eligendo,*** fintanto che durerà la vacanza della Sede Apostolica.

Dato dalla nostra residenza il 22 gennaio 1922.

BASILIO CARD. VICARIO.

A. Bernabai, ***Sostituto del 1 ufficio.***

Praefectus autem Caeremoniarum Apostolicarum has instructiones ad luctum exteriore quoque habitu significandum, pro suo officio vulgavit:

VARIAZIONI B DISPOSIZIONI DA OSSERVARSI CIRCA IL VESTIARIO DEGLI EMINENTISSIMI SIGNORI CARDINALI « SEDE VACANTE ».

Nimia distinzione tra i Cardinali creati dalle sa. me. di Leone XIII, di Pio X e di Benedetto XV.

Sottana e mozzetta violacea (esclusa la seta); fascia di seta con fiocchi simili senza oro, calze violacee.

Rocchetto liscio con piccola frangia alla sola estremità delle maniche.

Cappello nero con fettuccia rossa senza oro.

Scarpe nere.

Gli Eminentissimi appartenenti ad ordini religiosi monastici e mendicanti non faranno mutazione nel loro vestiario.

Tutti gli Eminentissimi Cardinali, durante la vacanza della Santa Sede, eoia l'abito cardinalizio, eccettuate le sacre funzióni, incederanno in sola mozzetti, senza rocchetto.

Nelle Congregazioni useranno il consueto abito pi'ano con ferraio-Ione violaceo.

Í Cappellani caudatari avranno la solita sottana paonazza con fascia simile e croccia, quando gli Emi indosseranno la cappa: nelle altre circostanze la sottana nera e ferraiolone simile..

^2 gennaio 1922.

Per mandato del Sacro Collegio:

Carlo Respighi,

Proton. Apost., Prefetto delle Cerimonie Pontificie*

VARIAZIONI E DISPOSIZIONI SULLA FORMA DELL'ABITO PRELATIZIO DA USARSI DAI VESCOVI E DALLA PRELATURA NELLE SACRE FUNZIONI, DURANTE LA VACANZA DELLA SANTA SEDE.

I Vescovi ed i Prelati, tanto nelle Cappelle, quanto nelle altre sacre funzioni, useranno la sottana nera con la coda e senz'alcun ornamento di altro colore. Si potrà tuttavia adoperare la detta sottana anche senza la coda.

Fascia nera di lana con fiocchi simili.

Mantelletta di lana nera con le mostre simili.

Rocchetto liscio senza merletti con una piccola frangia nella sola estremità delle maniche.

Le calze saranno di lana nera e parimenti il collare.

Nel fiocco del cappello non vi è variazione.

Con l'abito piano useranno le calze nere ed il ferraiolone nero di lana.

22 gennaio 1922.

Per mandato del Sacro Collegio:

Carlo Respighi,

Proton. Apost, Prefetto delle Cerimonie Pontificie.

RECOGNITIO ET EXPOSITIO CORPORIS

Hora circiter decima eiusdem diei vigesimaesecundae ianuarii Emus Card. S. R. E. Camerarius, accepto moeroris et devotionis testimonio a ducibus cuiusque ordinis militum SS. PP. AA., cubiculum ubi defunctus iacebat Pontifex de more adiit cum pluribus ex Emis Patribus et Cadaver rite recognovit. Actus vero recognitionis quem R. C. A. Notarius legit hic est iuxta assuetam formam:

IN DEI NOMINE. AMEN.

RECOGNITIO CADAVERIS SANCTAE MEMORIAE BENEDICTI PAPAE XV

ANTEA IACOBI DELLA CHIESA

Die vigesima secunda mensis ianuarii anni millesimi nongentesimi vigesimi secundi. Cum Sanctissimus Dominus noster divina Providentia Benedictus XV, sicut Altissimo placuit, hodie hora sexta antemeridiana in palatio apostolico Vaticano, debitum naturae persolvent, Emus ac Rmus Dnus Card. Petrus Gasparri, S. R. E. Camerarius, associatus ab Illmis ac Rmis DD. Camerae Apostolicae Clericis necnon ab Excmis ac Revmis DD. Hugone Boncompagni-Ludovisi, Vice-Camerario, Francisco Moretti R. C. A. Auditore Generali, meque eiusdem Camerae Secretario et Cancellario, se contulit ad locum (vulgo ***appartamento)*** pontificium dicti palatii et ingressus cum omnibus supradictis in cubiculum dicti Pontificis, ibi Ipsius corpus adhuc in suo lecto exsistens examinatum invenit; Eique debitis reverentiis redditis ac pro Eius anima Deo precibus effusis, anulum piscatorium praefati Pontificis sibi tradendum petiit ab Illmo ac Rmo Dno Camillo Caccia Dominioni, Praefecto dicti cubiculi, qui anulum praedictum ex quadam bursa sumptum praelaudato Emo ac Revmo D. Cardinali Camerario tradidit et consignavit, quem idem Emus ac Rmus Dominus accepit ad effectum illud deferendi in prima proxima Congregatione Emorum ac Rmorum DD. S. R. E. Cardinalium, deque illo Illmum et Rmum Dominum Camillum Caccia Dominioni praesentem, quietavit in forma, etc., omni, etc. Successive praelaudata Emus et Revmus Cardinalis Camerarius mandavit confici inventarium cubiculi praedicti et mansionum dicti palatii cum interventu illius vel illorum R. C. A. Clericorum qui ad id deputati fuerint. Super quibus, etc.

Actum in praedicto cubiculo, a me Notario R. G. A. rogato, etc., praesentibus infrascriptis testibus.

Sign.: Petrus Card. Gasparri, ***S. B. E. Camerarius.***
Iosephus Giustiniani, ***Decanus Clericorum Camerae.***
Vincentius Rugarmi, ***Clericus Camerae.***
Sanctes Tampieri, ***Clericus Camerae.***
Ioannes Biasiotti, ***Clericus Camerae.***
Hugo Boncompagni-Ludovisi, ***Vice-Camerarius.***
f Franciscus Moretti, ***B. C. A. Auditor Generalis.***
Albertus Arborio Mella di S. Elia, ***testis.***
Fridericus Gallori di Vignale, ***testis.***
Bartholomaei Farelli, ***B. C: A. Secretarius et Cancellarius.***

Tum Illmi ac Rmi Domini Clerici Camerae omnium et singulorum Officiorum, in Congregatione Plenae Camerae die vigesimasecunda mensis ianuarii habita ab Emo et Rmo D. Card. Petro Gasparri, S. R. E. Camerario, eis collaturum, possessionem coeperunt in aedibus Vaticanis per acta lllmi D. Bartholomaei Farelli, R. C. A. Secretarii et Cancellarii, quibus singula inventaria adnexa fuerunt.

Quibus rite expletis prima Congregatio generalis Cardinalium in Curia praesentium, ad normam Constitutionis Pii X, ***Vacante Sede Apostolica,*** tit. I, cap. % habita est - in aedibus Vaticanis, secretario R. P. D. Aloisio Sincero ; idque quotidie deinde servatum est usque ad diem ingressus in Conclave.

Post meridiem autem, hora tertia, corpus Beatissimi Patris, pontificalibus indutum vestibus rubri coloris, non tamen antea sectum neque aromatibus conditum, obstante Eius expressa ultima voluntate, funebri pompa translatum est e cubiculo in aulam Thron i, ubi primum Emi Patres, Antistites et Praelati de Palatio et de Curia quamplurimi, deinde toto tempore pomeridiano et matutinis horis insequentis diei, fideles Romani turmatim confluentes, effusis precibus, illud pientissime venerati sunt.

DELATIO CORPORIS

AD PATRIARCHALEM BASILICAM VATICANAM

Die vigesimatertia ianuarii, feria secunda, post horam nonam, Pontificis corpus in Basilicam Sancti Petri reverenter hoc processionali ordine delatum est. Incedebant primum excubiae tum Palatinae tum Helveticae, bussolantes, Cubicularii tum honoris tum secreti, duodecim sediarii cum intorticiis, et duodecim Poenitentiarii quorum Rector, nigram ferens stolam, parochi vice fungebatur: postea Dux et primates e Protectoribus latoris Dominici, Ostiarii versis virgis, Helveticae excubiae pagos suae

gentis repraesentantes; sequebantur Excmus Dominus Richardus de Samper, Praefectus Palatii Apostolici; Illmi ac Rmi DD. Camillus Caccia Dominioni, Praefectus Cubiculi secreti; Carolus Cremonesi, Eleemosynarius; Augustinus Zampini, Sacrarii Apostolici Praefectus; ceterique Cubicularii secreti participantes et Praelati Palatini: itemque Excmi Nepotes Pontificis; principes Marcus Antonius Colonna, Pontificio solio Adsistens, et Alexander Ruspoli, Magnus Magister sacri Hospitii; marchiones Ioannes Sacchetti, Forerius Maior, et Franciscus Seriupi, Praefectus Stabuli; Excmus vir Franciscus Massimo princeps, Praepositus cursus publici; Tribunus Profectorum lateris Dominici et Dux Helveticae cohortis. Postea Lectica, super qua corpus quiescebat Beatissimi Patris pontificalibus indutum cum pallio et fanone, a sediariis elata et a famulis circumdata.

Post feretrum incedebant Emi Cardinales in Curia praesentes, nimirum: Emi PP. DD. Vincentius Vannutelli, Decanus; Caietanus De Lai; Antonius Vico; Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte; Basilius Pompilj; Ioannes Cagherò; Raphael Merry del Val; Octavius Cagiano De Azevedo; Petrus Gasparri; Gulielmus M. Van Rossum; Andreas Frühwirth; Raphael Scapinelli de Léguigno; Victorius Amadeus Ranuzzi de Bianchi; Thomas Pius Boggiano; Augustus Silj; Theodorus Valfré di Bonzo; Ioannes Ev. Tacci; Franciscus Ragonesi; Caietanus Bisleti; Ludo vicus Billot; Michael Lega; Aidanus Gasquet; Nicolaus Marini; Orestes Giorgi; Camillus Laurenti.

Hos sequebantur exterarum nationum Legati, et cum Excmo P. D. Ladislao Zaleski, Patriarcha Antiocheno, complures Archiepiscopi, Episcopi, Praelati Romanae Curiae, Cubicularii secreti et honoris, Ordinum religiosorum Superiores, atque Patritii nobiiesque Romani.

Ab aula Throni ad ingressum Basilicae Sancti Petri psalmi et piae preces devote fundebantur; in porticu vero Basilicae revmum Capitulum Vaticanum cum cereis accensis religiosissime funebrem pompam excipiebat, dum cantores cappellae Iuliae antiphonam ***Subvenite*** canebant; qua completa Rev. Can. D. Paulus Leva, vice et nomine Revmi D. Iosephi De Bisogno, canonicorum decani, primam impertivit Cadaveri absolutionem. Alteram post cantum psalmi ***Miserere*** et antiphonam ***Libera me, Domine,*** ad Confessionem B. Petri, supra lecto funebri Cadaveri .imposito impertivit R. P. D. Carolus Pietropaoli, Archiepiscopus Chalcidensis, e Capitulo Vaticano.

Deinde frequentissimo comitante populo, corpus Pontificis, ipso praecedente Capitulo, sacra resonante psalmodia, delatum est in sacellum Ssmi Sacramenti, ubi idem Archiepiscopus Chalcidensis tertiam impertivit absolutionem. Corpus, facibus hinc inde accensis et Protectoribus L. D. vigilantibus, ita positum est intra septa sacelli, ut, cancellis licet clausis, fideles illud cernere ac venerari facile possent.

His itaque sub horam decimamprimam absolutis, per totam diem et insequentem triduum ingens fidelium concursus fuit, qui devotissime ante Pontificis exuvias oràbant: qua frequentissima peregrinatione Romanorum pietas erga Patrem desideratissimum apprime refulsit.

Postridie, vigesimaquarta mensis, feria tertia, exsequiae ad animam Pontificis suffragandam,, de more per dies novem continuas persolvendae, initium habuerunt in Basilica Vaticana, Missam solemnem Pontificalem de requie celebrante Iilmo ac Rmo D. Raphaele Virili Archiepiscopo Ptolemaidensi, adstante Rmo Capitulo et Clero populique ingenti multitudine.

TUMULATIO ET DEPOSITIO

IN CRYPTIS PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE

Hora post meridiem tertia diei vigesimaesextae ianuarii, feria quinta, initium datum est sollemni depositioni corporis Summi Pontificis in cryptis patriarchalis Basilicae Vaticanae, de explicita defuncti voluntate, qui ibidem testamento suo definitivam sepulturam elegerat.

E sacello nimirum Ssmi Sacramenti, funebri pompa Cadaver translatum est in sacellum Chori, praecedente Capitulo Vaticano cum cereis accensis. Feretrum antecedebat pluviali nigro indutus et alba mitra redimitas R. P. D. Raphael Virili, Archiepiscopus Ptolemaidensis idemque Basilicae Vaticanae canonicus, qui antiphonam ***Exsultabunt Domino*** movit, cantoribus deinde ***Miserere*** praecinentibus. Lecticam a sediariis elatam et a Protectoribus Dominici lateris circumdatam, prosequebantur Emus Card. Raphael Merry del Val, Basilicae Archipresbyter, R. P. D. Richardus de Samper, praefectus sacri Palatii, Carnibus Caccia Dominioni, praefectus cubiculi secreti, SS. PP. AA. Magister, Eleemosynarius secretus, Praefectus sacrarii Apostolici, Secretarius Brevium ad Principes, Substitutus Secretariae Status, Pro-secretarius S. C. a Negotiis extraordinariis, Cubicularii secreti participantes, Magnus S. Hospitii Magister, Forerius Maior, Praefectus stabuli, Praefectus cursus publici, Tribunus maior protectorum lateris Dominici, Duces Helveticae Cohortis ceteraeque militiae palatinae, frequentes denique Archiepiscopi, Episcopi, Praelati, Cubicularii, Officiales palatii, itemque famuli Summi Pontificis.

Interea in sacello Chori canonicorum locos occupaverant Emi S. R. E. Patres Cardinales Vincentius Vannutelli, Decanus; Caietanus De Lai, Antonius Vico, Ianuarius Pignatelli di Belmonte, Basilius Pompilj, Ioannes Cagherò, Octavius Cagiano de Azevedo, Petrus Gasparri, Franciscus Bourne, Gulielmus M. Van Rossum, Andreas Frühwirth, Raphaël Scapinelli di Léguigno, Petrus La Fontaine, Victorius Amadeus Ranuzzi de Bianchi, Donatus Sbarretti, Thomas Pius Boggiani, Augustus Silj, Theodorus Valfré di Bonzo, Franciscus Ragonesi, Ioannes Tacci, Achilles Ratti, Caietanus Bisleti, Ludovicus Billot, Michael Lega, Aidanus Gasquet, Nicolaus Marini, Orestes Giorgi, Camillus Laurenti.

Aderant quoque Hierosolymitani Ordinis Equités.

A cornu Epistolae sedebant Legati civilium regiminum apud Sanctam Sedem; item Patricii Nobilesque Romani.

Adstabant etiam Officiales Secretariae Status et S. C. a Negotiis extraordinariis, itemque Clerici et Praelati Camerae Apostolicae.

Beneficiariorum locos tenebant Archiepiscopi et Episcopi quamplures; neque deerant Praelati ex aliis Collegiis, itemque Parochi urbani. Extra septa cappellae Iuliae innumeri sacerdotes, Religiosi, ac fideles, preces suas pro requie desideratissimi Patris coniungebant.

Funebris pompa sacellum ingressa est, dum chorus psalmum ***Miserere*** absolvebat: Emus Card. Camerarius a cornu Evangelii sedit, eique adsidebat Emus Card. Raphael Merry del Val Archipresbyter Basilicae. Super altaris gradus Crux defertur, et post eam accedunt cantores: ante vero Crucem stabant Pontificiae Domus Praesules.

Dum Pontificis corpus in funebrem aream reverenter demittebatur, Chorus antiphonam ***Sicut cervus*** decantavit, qua absoluta R. D. Ioseph Cascioli, Cancellarius et Custos Tabularii Capituli Vaticani, instrumentum sepulturae, totius rei gestae seriem enarrans, legere coepit.

Interim gestatores sedis pontificiae Corpus Pontificis suo loco extulerunt atque in capsa cypressina condiderunt. Quo accessit Excmus et Rmus Richardus de Samper, Sacri Palatii Apostolici Praefectus, qui seri cum velum album supra faciem Pontificis defuncti stravit: eodemque tempore Illmus et Revmus Camillus Caccia Dominioni, Praefectus cubiculi secreti, unum manticulum coccineum ad pedes Cadaveris deposuit in quo declaravit ipse contineri noraismata ex auro, argento, aere cusa tempore Pontificatus Benedicti f. r. XV. Intra capsam pariter missum est volumen pergamenum inclusum custodia ex metallo cylindraceae formae, continens eiusdem venerandi Pontificis elogium, quod composuit et recitavit Illmus et Rmus D. Aurelius Galli, Canonicus Vaticanus et a secretis litterarum latinarum ad Principes; cuius tenor sequens est:

BENEDICTUS XV PONT. MAX.

Genuae XI hai. dec. anno MDCCCLIV patricio genere natus est ex Iosepho Delia Chiesa ""ei ***Ioanna Migliorati marchionibus et ad sacrum fontem Iacobus appellatus.***

Florente aetate cum in patrio Athenaeo iuris lauream adeptus esset Romae in almo Collegio Capranicensi aere ingenium sacris disciplinis exooluit.

Sacerdotio initiatus mature Apostolicae Sedi operam navare coepit ac primum Nuntii apostolici apud Aulam hispanicum adiutor tum in Romana Curia negotiis publicis tractandis scriba et alter a Cardinali fuit.

Interea ut qui dignis sacerdote virtutibus ornatus esset sacri ministerii munia quantum per occupationes ei licuit sedulus obire consuevit noctuque supplicationes Sacramenti augusti ad adorandum propositi pien^-tissime frequentava.

Anno MDCCCCVII Archiepiscopus Bononiensis renuntiatus et VII post annis inter Patres Cardinales adlectus ipsa pastoralis muneris perfunctione egregiam viam sibi ad pontificatum maximum munivit.

Itaque cum Pius X sanctae memoriae Pontifex ad Deum excessisset in eius locum magna suffragatorum consensione factus est III non. sept. anno MDCOCCXIV sibique Benedicti XV nomen adscivit.

Quoniam orbem terrarum invenit maximo post hominum memoriam bello flagrantem viscera induens caritatis Christi ad tantam calamitatem minuendam totus incubuit pacem belligerantibus suadere paterno studio insistit nihilque reliqui fecit quod ad reconciliandos inter se populos pertineret. Interea mirifice alacer ad suscipienda quaecumque miserias omne genus bello natas mitigarent incredibilem egenis ex quavis natione liberalitatem praestitit praecipueque in populis ad inopiam redactis parvulos innumerabiles fame enectos miseratus ipse eis largissime subvenire et communem largitatem implorare non cessavit.

De animarum salute in exemplum sollicitus datis ad Ecclesiam universam litteris verbum Dei qua ratione praedicandum edixit. Tertium Franciscanum, Ordinem per sollemnia eius saecularia commendando christianos spiritus vulgo ref over e contendit. Natalem DCC Dominici patris celebrando ad amorem christianae sapientiae ad Apostolicae Sedis observantiam ad Marialis Bosarii consuetudinem omnes cohortatum est. Item D. N. Mariam magnam Dei Matrem praecipua semper pietate prosecutus Reginam pacis invocari iussit. Iosephi Deiparae sponsi anno h exeunte ex quo universalis Ecclesiae patronus declaratus est cultum impense promovit. Ioannae de Arc Margaritae Alacoque Gabrieli a Virgine Perdolente sanctorum caelitum honores decrevit.

Fidei integritatem vigilantissime custodiens Scripturae sanctae recte interpretandae principia proposito Doctoris Maximi exemplo confirmavit cuius disciplinae doctoribus Ephrem Syrum adscripsit.

Iesu Christi regnum amplificare studens de Fidei sanctae propagatione apud barbaros provehenda sapientissimas praescriptiones edidit ardore sacras missiones adiuvandi in bonis omnibus excitato. Praeterea proprium Ecclesiae Orientali curandae sacrum Consilium praeposuit deque rebus Orientis christiani studiorum domicilium in Urbe condidit.

Ad Ecclesiae disciplinam congruenter temporibus ordinandam Codicem iuris canonici Pii X iussu compositum promulgavit.

Sedis Apostolicae apud Respublicas auctoritatem et vim auxit adeo ut Civitates illae quibus cum Ecclesia nullae rationes intercedebant officiorum necessitudinem cum ea coniungere sua sponte confecto bello fere omnes maturaverint.

Denique dum communi populorum utilitati serviens humanas rursus componere res sine ulla intermissione nitebatur necopinato morbo inter-

ceptus XII kal. febr. anno MDGGGOXXII placidissime decessit ingenti maerore luctuque orbis terrarum.

Vixit annos LXV1I mens. Il d. I.

Te £ in pace Pater sanctissime.

Cum autem capsa cypressina suo operculo clausa fuisset, fasciolis sericis violaceis circumdata est, atque in his duo sigilla impressit supra liquefactam ceram hispanicam Emus et Rmus D. Petrus Card. Gasparo S. R. E. Camerarius, duo sigilla pariter impressit Emus et Rmus D. Raphael Card. Merry del Val dictae Ss. Patriarchalis Basilicae Vaticanae Archipresbyter, duo item Excmus et Rmus Richardus de Samper Praefectus Sacri Palatii, duo denique Illmus et Rmus Iosephus De Bisogno, Rmi Capituli Vaticani Decanus.

Quibus peractis capsa ipsa cypressina in aliam plumbeam capsam introducta est cuius tectorium undequaque stanno firmatum est sigillisque pariter munitum per manus eorundem qui supra capsam cypressinam sigilla impresserant. Tectorium vero plumbeum hanc exhibet inscriptionem una cum stemmate gentilitio eiusdem Pontificis:

CORPUS
BENEDICTI • XV • P • M -
VIXIT • ANNOS • LXVII • M • II • D • I •
ECCLES • VNIV • PRAEFVIT
ANNOS • VII • M • IV • D • XIX
DECESSIT • DIE XXII • IAN •
AN • MCMXXII •

Denique et capsa plumbea in alia capsa e ligno castaneo posita est atque firmiter tectorio clausa supra quo eadem inscriptio cum stemmate erat insculpta.

Post haec Cadaver recolendae sanctaeque memoriae Benedicti XV brevi ducta pompa e sacello Chori ad Confessionem B. Petri delatum est, unde, industri labore operariorum Basilicae (vulgo ***Sampietrini),*** in cryptas vaticanas veteres introductum est, ibique sepulturae traditum sub primo fornice mediae navis prope altare et cenotaphium Mariae Christinae Sueciae Reginae.

EXSEQUIAE IN SIXTINO SACELLO

Pro tribus ultimis exsequiarum diebus, haec a Caeremoniarum Praefecto edita est

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Feria II, die 30 ianuarii 1922, hora decima matutina, in Sacello Sixtino Palatii Apostolici Vaticani, in exequiis pro anima sa. me. Benedicti Pp. XV, Missam cantabit Emus ac Revmus D. Card. Caietanus De Lai.

Post Missam fiet solemnis Absolutio circa castrum doloris cum assistentia Emorum et. Rmorum DD. Cardinalium:

Antonii Vico,
Ianuarii Granito di Belmonte,
Basilii Pompilj,
Ioannis Cagliero.

Feria III, die 31 ianuarii, eadem hora et in eodem Sacello, Missam cantabit Emus ac Rmus D. Card. Antonius Vico, et in solemni Absolutione assistent Emi et Rmi DD. Cardinales :

Ioseph Francica-Nava di Bontifé,
Raphaël Merry del Val,
Octavius Cagiano De Azevedo,
Petrus MaffiL

Feria IV, die prima februarii, loco et hora praedictis, Missa celebrabitur ab Emo et Revmo D. Card. Ianuario Granito di Belmonte. Expleta Missa, recitabitur oratio in laudem defuncti Summi Pontificis, et postea fiet Absolutio solemnis cum assistentia Emorum et Rmorum DD. Cardinalium:

Alexandri Lualdi,
Desiderati Mercier,
Petri Gasparri,
Ludovici Luçon.

Emi et Rmi DD., qui in actu Absolutionis induere debent Pluviale cum Stola, si ex Ordine Episcoporum, deferre faciant Superpelliceum, Amictum, Mitram simplicem ex serico damasceno et Formale: qui vero ex Ordine Presbyterorum, Amictum et Mitram damascenam tantum.

Pro caudatariis vero Superpelliceum et Velum pro sustinenda Mitra deferentur.

Intimentur omnes et singuli Emi ac Revmi Domini S. R. E. Cardinales, qui, rocheto, vestibus laneis et cappis sericis violaceis induti, intererunt.

Cappas assument in Aula paramentorum.

Cappellani caudatarii induent croceas super consuetas vestes séricas.

Intimentur quoque Vice-Camerarius, Auditor R. C. A., Antistes Pont. Domui Praepositus, Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarii, Abbates et Generales Ordinum, Auditores Rotae, Clerici Camerae Apostolicae, Vo-

tantes Signaturae (qui cappas non induent, sed mantelletum et vestem nigri coloris cum rocheto simplici assument), Advocati Consistoriales et Procuratores Ordinum Regularium.

De mandato Emi et Rmi Domini Cardinalis Decani

Carolus Respighi,

Protonotarius Apostolicus, Caerem. Sedis Apostolicae Praefectus,

Quae omnia diebus et horis statutis, intervenientibus praeterea Legatis exterarum Civitatum, Equitibus S. M. Ordinis Hierosolymitani, Nepotibus defuncti Summi Pontificis, Patriciis et Nobilibus Romanis, itemque delegatis e civitatibus et dioecesibus lanuensi et Bononiensi, rite et religiose peracta sunt.

Ad tumuli basim quatuor defuncti elogia legebantur, a Rmo Aurelio Galli ita conscripta:

I

PACIS - CHRISTIANAE • SVASOR
INCENDIVM • MAXIMI • OMNIVM • BELLI
RESTINGVERE • VEL • COHIBERE
FRVSTRA « CONATVS
MINVS . V T . ESSET • CALAMITOSVM
MODIS • OMNIBVS - EFFECIT

II

CATHOLICAE • FIDEI • PROPAGANDAE
PEROPPORTVNA • PRAESCRIPSIT
OPTIMI • CVIVSQUE • STVDIVM
AD • EVANGELII • PRAECONES
PRECE - STIPE • OPERA • ADIVVANDO&
EXCITAVIT

III

SEDIS « APOSTOLICAE • AVCTORITATE
PVBLICE • IN . MAIVS • PROVECTA
CIVITATES • FERE • QVOTQVOT • SVNT
AD • AMICITIAE • CONlVNCTiONEM
CUM • ECCLESIA • QUAERENDAM
AD D VX IT

m

IV

CARITATEM • IESV • CHRISTI
MIRIFICE . EXPRIMENS
VNIVERSAS • POPVLORVM • MISERIAS
PATERNO • ANIMO • COMPLEXVS • EST
EFFVSAQVE • BENEFICENTIA
SVBLEVAVIT

Die vero 1 februarii, novemdialium exsequiarum postrema, a Rmo D. Pacifico Massella, a secretis litteris latinis, conscripta, haec habita est

BENEDICTI FEL. REC. PP. XV LAUDATIO

Intuenti mihi in pontificatum Benedicti XV, parentis desideratissimi, ac memoria repetenti quam multa utilia provisa ab eo Ecclesiae sint, quam brevi temporis spatio, quot inter curas ac sollicitudines turbulentissimae tempestatis, illa sponte occurrit sententia ***consummatus in brevi, explevit tempora multa.***[1] Etenim non tam diuturnitas temporis metitur vitam, quam recte factorum gloria; iique diu vixisse dicendi sunt, qui operum multitudine iter confecerint multorum annorum.

Dictum vulgo est, nunc occasione obitus et alias saepe, Benedictum fuisse pontificem caritatis et hoc esse veluti insigne quoddam pontificatus illius. Vere id quidem honorificeque admodum ; mihique coticedite, Principes eminentissimi, ut Benedicti laudes in hoc amplissimo consessu, mandatu vestro praedicaturus, caetera pene praetermittens virtutum ornamenta, aliquid breviter attingam de multiplici illius caritate. Hac enim maxime virtute videntur homines propius ad Deum accedere; et hac eadem de caussa, digna mihi illa praeter ceteras videtur, quam in Romano Pontifice commemorem.

Tueri christianum nomen, eidemque latius in dies proferendo dare operam : eniti ut religio splendore praecellat suo, fiatque in omnibus fons aquae salientis in vitam aeternam, hae sunt laudes ad quas pontifex quem amissum dolemus, curas in primis cogitationesque contulit. Neque is profecto erat Benedictus, qui ad pontificia munera parem, quantum homini datum est, non afferret animi magnitudinem. Ad teneram enim in Deum pietatem, quam materno cum laete hauserat, et ad eas virtutes, quas pietas inserit et colit, accesserunt consilii prudentia,

[1] ***Sap.,*** IV, 13.

doctrinae copia, dicendi facultas, agendi sollertia et consentanei generis nobilitati mores. Cumulum auxit rerum plurimarum usus, tractandis diu in Romana Curia negotiis comparatus; nec sine divino quodam numine factum fuisse arbitror ut, qui regendae Ecclesiae universae destinantur, pascendo dominico gregi aliquandiu vacaret. Hoc tantum virtutum comitatu, nihil mirum si, vixdum renuntiatus pontifex maximus, Benedictus, quasi in possessionem suam veniret, ita ad Ecclesiae gubernacula accedere visus sit.

Perarduum est, eminentissimi Patres, in tanta apostolicae potestatis amplitudine, in tanta ubique terrarum multitudine catholicorum et varietate ac copia negotiorum, quae undique ad Apostolicam Sedem cotidie deferuntur, sequi m omnibus pontificem inexplebili quadam agendi semper aliquid ac moliendi voluntate praeditum. Vix enumerando recolam Codicem iuris canonici, Benedicti auctoritate promulgatum; praedicationem verbi Dei revocatam ad nativam dignitatem; studia sacrae Scripturae severioribus munita legibus; curas locatas in excolendis provehendisque sacris Missionibus; Romanam Curiam novis auctam consiliis; industriam multiplicem ut Orientis Ecclesiae ad fidei unitatem redeant; coepta denique plurima ut catholica religio vim suam salutarem, in publicae ac privatae vitae actionem late diffundat. Huc spectavit, ut pauca proferam ex multis, Tertius Franciscanum Ordo christifidelium universitati saepe commendatus; huc Dominici, Hieronymi, Ephrem aliorumque sanctorum virorum commemorata per opportunitatem exempla; huc socialis catholicorum actio temporibus aptius servire iussa; huc excitata Rosarii Marialis consuetudo; huc alendae fidei ac pietati provisa adiumenta plurima. Eminet, ut videtis, in his omnibus caritas boni pastoris qui, dum traditum sibi gregem nutrit ac fovet, simul oves quaerit, quas flebilium casuum vis ab ovili seiunxit, simul eas persequitur, quas nemo adhuc ad ovile compulit.

Atque ego non tam velim consideretis multiformem hanc Benedicti caritatem, diligentiamque qua negotiis, quae in Romana Curia agebantur, aderat omnibus, consiliique lumen quod ad omnia afferebat, quam quae nactus sit tempora ad providendum maxime difficilia. Vidimus ardentem diu immani bello Europam: vidimus Austriam, Hungariam, Germaniam, Galliam, Russiam, Britanniam, Belgicam, Italiam finitimasque gentes fere omnes, quasi esset in exitio salus, aliam ex alia in eamdem se coniicere flamrnam: vidimus sacrorum administros arma sumere et castra sequi iussos; paroecias bene multas viduatas pastoribus; sacra Seminaria ac religiosorum virorum domos versa in solitudinem; plena denique omnia luctus, plena omnia curarum. Per spa-

tium quadriennio maius, acriter ex utraque parte bellatum est. Non ius gentium, non data fides, non sacrorum maiestas militum manus a vastatione, a caede cohibuerunt. Quo quisque erat fortior, eo erat crudelior. Quantae, ex unoquoque capite, congestae in unum hominem sollicitudinum caussae! quot incommoda apostolico circumfusa ministerio! Sed num aquae multae poterunt exstinguere caritatem ? Fortior illis omnibus et ad excogitandum alacrior effectus et ad agendum, Benedictus clerum ac populum, fidem ac mores, Orientem atque Occidentem apostolica providentia complexus est, et caritatis suae vim ad omnes Ecclesiae vitae partes, ad omnesque necessitates protulit.

Addite studium ab eo collatum in coniungendis, redintegrandis amicitiis cum Civitatibus plurimis. In quo, nova sapienter usus temporum condicione et ipsis temporibus caute serviens, tam felici cum exitu adlaboravit, ut nesciam an numquam,antea Romanus Pontifex se honestatum viderit tam multiplici Legatorum corona. Non infructuosum quemdam ornatum in ea sibi quaesivit Benedictus; sed subsidium simul ad latius uberiusque iuvandam civitatem.

Evectus enim ad Petri Cathedram cum bellum internecinum fere totam miscebat ac vastabat Europam, statim intellexit pontificiae caritati hoc duplex parari munus: maturandi pacem et allevandi belli calamitates; neque eidem aggrediendo moram attulit.

Magnam rem et multis difficultatibus impeditam aggrediebatur. Quae enim bellum excitarant, simultates et odia civitatum inter se, opes augendi finesque proferendi effrenatae cupidines, eadem obérant quibuslibet pacis coeptis. Sed non is erat Benedictus, quem aspera terrèrent vel ardua exanimarent. Pontificatu vix inito, tametsi undique conclamabatur ad arma, et ruinarum ac caedium consilia ac proposita tenebant omnes, pacem, magnum illud christianae fraternitatis bonum, pacem, omnium altricem bonorum, commendare, suadere instituit.

Fuit qui coeptum hoc et etiam propositum abstinendi ab omni studio partium, non satis probaret, perinde ac proderent nimis timidum amorem iustitiae, hominem qui in tranquillo tempestatem adversam timeret. Non his profecto assentiétur qui, vacuo a praeiudicatis opinionibus animo, consideraverit Romani Pontificatus officia ac munera, idemque tempora et verba recoluerit ac facta Benedicti non pauca. In tanto enimvero armorum ardore atque animorum, quantum ipsi vidimus et horruimus, administer Illius qui ***pacis princeps*** vocari voluit, quas sibi Benedictus eligeret partes, nisi patris qui plorans se proripit inter digladiantes filios? Num ageret partes iudicis, rebus non satis exploratis,

idque in eos, quos caritas filiorum loco esse iubebat? Patrocinio iustitiae nonne satis, ut potuit, consuluit cum toties ad pacem, hortatus est quae foret iustitiae opus ac iustis populorum votis faceret satis; cum iuris sanctitatem fortibus ac debilibus, summis atque imis adseruit; cum a Belgica, ab Armenia, a Polonia iram compescuit atque aviditatem victoris; cum denique, quae graviora crimina satis emerserunt, ea palam improbavit? Non eos profecto audiit Benedictus quorum ***os maledictione plenum est et amaritudine et dolo,***[1] sed unam officii conscientiam; a qua nec spes nec metus, nec laudes nec criminationes iustum ac tenacem propositi virum umquam dimoverunt. Non omnia praeterea vulgata hac de re sunt: multa tabulariis sunt consignata principum, quae cum proferentur, nimium quantum Benedicti sapientiam, iustitiam, constantiam, caritatem illustrabunt.

Protrahitur interea, ancipiti fortuna, bellum in menses et annos: nulla iam vacant calamitate civitates: pacem sitiunt omnes. Et eo res sunt deductae, ut, omnium sententia, omnis conciliandae pacis spes sit in Romano Pontifice; eumque adire undique plurimi, rogare, obtestari ut quidquid esset in apostolica auctoritate momenti, impenderet in componenda pace. Haud moratur Benedictus suae caritatis officia, et ad moderatores civitatum, quae diversae pugnabant, Roma profecta iterum vox est pontificis hortantis graviter ad pacem et pacis conficiendae quaedam innuentis quasi fundamenta. Quid caussae fuerit cur etiam hortamenta haec inaudita conciderint, iam arcanum non est. Clandestinum foedus, matribus detestatum, Europae non uno nomine poenitendum, irritum decreverat infectumque quidquid de pace conciliandа Romanus Pontifex utcumque aggressurus esset. Novimus unde res habuerit zizania: vidimus quid is attulerit qui, novus pacis sequester, in alienam messem intulit falcem. Sunt ea pacis consilia ac foedera, quorum altera ad dividendam praedam, altera ad bellum continuatum inita non immerito visa sunt. Re quidem vera, nec pacati sunt animi civium, nec sincera amicitia iunctae civitates: pullulant ubique intestinae discordiae, et quae politicae oeconomicaeque disceptationes iam dudum consilia exercent principum, eae nec tolerabiliora praesentia efficiunt, nec minus formidulosa futura. Sane quam apte cadit in haec Davidicum illud: ***qui elongant se a te, peribunt.***[2] Non ego illatae in Romanum Pontificem iniuriae magnitudinem; non moerorem catholicorum omnium; non damna commemorabo, quae Europae omni retardata pax imposuit. Unum non silebo, temperantiam ac mansuetu-

[1] ***Prov.,*** X, 3.

[2] ***Ps. LXXII,*** **27.**

dinem Benedicti, qui, iniuriae immemor, pacem conciliandam firmandamque omni, quo potuit, apostolici ministerio officio iuvare haud destitit, et afflictis bello populis pontificiae caritatis thesauros aperuit.

Quam postremam celebraturus laudem, Patres amplissimi, rem attingo in qua exsultat ac triumphat oratio mea. Non cotidianam stipem indigentibus submissam; non liberalitatem in publicis calamitatibus; non hospitales domos aegrotis, pueris recipiendis; non subsidia commemorabo a Benedicto largita ad varios pios usus plurima. Praeclara haec quidem consuetudo beneficentiae, sed communis cum Decessoribus: illa Benedicti propria et omnium gentium omniumque saeculorum praedicatione celebranda, cui exercendae patentissimum campum bellum aperuit. Cui enim tunc civium ordini, vel cui generi miseriarum Pontificis providentissimi caritas non libéralissime occurrit? Claro et obscuro loco natis; divitibus ac pauperibus; catholicis atque iis qui dissident, nullo facto inter eos religionis vel gentis discrimine, Vaticanae aedes tunc maxime patuere. Testes vos appello, captivi milites; vos undique huc cotidie confluentes, turbae virorum ac mulierum, de infirma valetudine vel de incerta carorum vestrorum sorte sollicitae; vos, falanges deportatorum ; vos, pueri puellulaeque, ***grex immolatorwm tener,*** fame, frigore prope perimendi; vos, inermes cives, exsilio, vinculis, capite, heu miseri! damnati; vos denique, matres, vos, viduae, quarum natis ac viris contigit, alieno sub caelo, in bello oppetere. Salubriorem spirare aerem in patriamque reverti; mittendis accipiendisque nuntiis confirmare animum, lenire dolorem; in libertatem vindicari anxiisque restitui parentibus; teneram sustentare tueri vitam; a carcere, a certa morte liberari; condere sepulcro cara pignora; custodire, inferre in patriam desideratos cineres, dum animae ubique terrarum sacris expiábantur, nonne providenti caritate Benedicti datum vobis est? Nonne quo tempore Europa fere omnis flagrabat odiis ac sanguine diffluebat, visae vobis sunt aedes Vaticanae sedes ac domicilium esse christianae caritatis, et omnibus omnium levandis necessitatibus cor unum sufficere Romani Pontificis?

Venient ad te qui detrahebant tibi, et adorabunt vestigia pedum tuorum.[1] His me Isaiae verbis non semel tacite, in animo meo, Benedictum compellasse memini cum ea audirem, quae toto belli tempore congesta in eum per invidiam sunt, et hanc perspicerem pene infinitam vim beneficiorum, quae paucis commemoravi. Nescio quomodo, inhaerebat irt mente quasi quoddam augurium futurorum temporum. Vix

[1] **TsAL, LX, 14.**

dum enimvero ab armis cessatum est ac remisit animorum aestus, statim consilia ac coepta Benedicti non querelae, sed admiratio consecuta est; eaque tanta, ut Benedicti nomine rebusque ab eo gestis vel ipsae personarint legumlatorum aulae, eidemque, quasi inito amoris obsequiique certamine, tributae undique laudes, decreti honores, erecta signa.

At vero non haec tibi, Bénédicte, quaesita sunt virtutis praemia, non haec monumenta gloriae. Maior et ad maiora natus, maiora spedasti. Civis nunc, ut confidimus, Sanctorum ac domesticus Dei effectus, fruere aeternis iis bonis quae tua tibi pietate, quae laboribus, quae vigiliis, quae tuenda iustitia, quae exercenda liberalitate, quae suscipiendis invidiis, quae tolerandas iniuriis parta olim sunt. Nos quidem et virtutum et beneficiorum tuorum perpetuo recordabimur; tu vero ne obliviscaris nos, et qui e vita iam iam cessurus pacem populis a Deo precatus es, nunc validiore precum subsidio, perge hoc iisdem implorare, ut, redintegrata christiana fraternitate, sedere tandem aliquando liceat ***in pulchritudine pacis.***

MOERORIS TESTIMONIA IN OBITU SUMMI PONTIFICIS

I

EX EXTERARUM CIVITATUM LEGATIS APUD SANCTAM SEDEM

Sabbato 28 ianuarii in septima Emorum Patrum generali Congregatione, civilium Regiminum Legatis petentibus, Sacrum Collegium conveniendi aditus rite datus est in aula Consistorii.

Quibus simul congregatis, celsissimus vir marchio de Villasinda, Legatus extraordinarius cum uteris mandatis Regni Hispanici, Emos Patres suo et sociorum nomine hisce reverenter alloquutus est:

Eminentissimes Seigneurs,
Vénérables Princes de l'Eglise,

C'est avec l'émotion la plus vive et la plus profonde peine que je viens apporter au Sacré Collège, en ma qualité de Doyen du Corps Diplomatique accrédité près le Saint-Siège, l'expression collective de nos condoléances pour la perte irréparable que, par la mort imprévue de Sa Sainteté Benoît XV, a subi l'Eglise Catholique, et, avec Elle, le monde entier, ce dont témoigne un deuil universel.

Les Représentants diplomatiques près le Saint-Siège,, ici présents, en nombre plus grand qu'en aucune autre époque de l'histoire, ressentent cette douleur d'autant plus qu'il leur a été donné d'admirer respectueusement de près les hautes vertus morales et intellectuelles du Saint-Père que nous pleurons tous, Son esprit juste et généreux, les trésors de bonté de Son cœur apostolique, la charité chrétienne avec laquelle il a su, dans les temps orageux de Son Pontificat, soulager d'une manière inlassable et sublime les souffrances spirituelles et matérielles de milliers d'êtres humains, sans distinction de races, de peuples, ni de religions.

Dans ce moment si triste, aux prières du Sacré Collège et à celles d'innombrables cœurs reconnaissants, nous unissons les nôtres pour ce Saint Serviteur de Dieu Tout-Puissant, qui est entré dans l'Eternité en confondant avec Son dernier soupir une supplique ultime pour la paix du monde.

His autem Emus Cardinalis Decanus ita respondebat:

Messieurs les Ambassadeurs,
Messieurs les Chefs de Mission,

Après avoir suivi avec un intérêt rempli d'anxiété les inquiétants progrès de la maladie si inattendue de Sa Sainteté Benoît XV, le Corps Diplomatique n'a pu se dispenser de s'unir encore au Sacré Collège des Cardinaux, dans le deuil immense où nous plonge la mort de ce grand Pontife.

C'est le deuil du monde entier: mais il est plus particulièrement senti par ceux, à qui leur position a permis d'apprécier plus de près l'action salutaire, apostolique de l'auguste et vénéré Défunt.

Voilà pourquoi les nobles expressions de condoléances avec union de prières que, par l'organe de votre digne Doyen, vous venez de Nous adresser, MM. les Ambassadeurs, MM. les Chefs de Missions, nous touchent profondément: Nous les accueillons avec la plus vive gratitude.

Elles sont pour Nous un soulagement dans notre si juste affliction; elles sont aussi un réconfort pour la tache importante que cette mort inopinée impose au Sacré Collège et que nous nous préparons à accomplir selon le règlement canonique.

Puissions Nous avec de tels encouragements, et surtout avec l'aide de la lumière d'en haut, donner bientôt à l'Eglise un Chef Suprème, digne de succéder à Celui, que le monde a acclamé: ***Bienfaiteur de Vhumanité, Apôtre de la charité, Pontife de la paix.***

Post haec iidem Excmi Civitatum Legati, sui obsequentis animi sensibus patefactis, ex aula discedebant. Subinde vero ingrediebantur Equités Ordinis Hierosolymitani, quorum nomine Magni Magistri Locumtenens comes Lambertenghi, quantum Sacri Collegii moerorem de summi Pontificis obitu Ordo participaret, disertis verbis testatus est. His quoque praeclarae fidei viris, Emus Card. Decanus perhumaniter acceptissimum fuisse Apostolicae Sedi praestitum obsequium significavit.

II

MOERORIS TESTIMONIA PER TELEGRAPHUM SIGNIFICATA[1]

Ex AEGYPTO:

Paris, 23.

Au nom des musulmans d'Egypte le Comité musulman de Paris présente à toute la chrétienté ses condoléances émues pour la perte douloureuse de Sa Sainteté le Pape Benoît XV, âme de Missionnaire de la paix sur la terre. Si sa statue érigée à Constantinople, la capitale de l'islam, nous*donne la consolation d'y voir toujours réfléchie son âme pieuse: ses efforts humains pour la paix mondiale, son profond respect de la justice et du droit des peuples à la liberté, seront la page éternelle dans le souvenir du monde entier.

Aly Kamel, ***chef du comité.***

Ex AFGHANISTAN:

23 janvier.

Veuillez agréer les sentiments de profonde douleur de mon pays et personnels.

Chir Ahmed Han, ***Ministre Afghanistan.***

Ex ALBANIA:

Durazzo, 25.

L'Albanie éprouve la plus profonde douleur de la perte de Sa Sainteté Pape Benoît XV non seulement comme chef spirituel d'une partie importante de la Nation Albanaise, mais aussi comme Pere charitable des orphelins et enfants pauvres Albanais.

Fan noli, ***Ministre des affaires étrangères.***

[1] **Ubicumque nihil aliud significatur, intelligenda sunt missa ad Emum P. D. Petrum S. R. E. Card. Gasparri.**

Ex ANDORRA:

Seo de Urgel, 26.

Profundamente apenado fallecimiento Santo Padre expreso Vuestra Eminencia sentido pésame pueblo Andorrano asociándose dolor universal.

Sindico General.

Ex ANGLIA:

Rome, 22 janvier.

Par ordre du Roi, le Secrétaire d'État, lord Curzon, me charge d'être interprète auprès de Votre Eminence de la profonde émotion avec laquelle Sa Majesté a pris connaissance du décès du Saint-Père, et de porter à V. E. une assurance de la sincère sympathie de Sa Majesté.

T. de Salis.

To Gount de Salis,

London, F. 0. 23 jan.

Please transmit foliowing to Cardinal Secretary of State:

« 1 desire on behalf of His Maiesty's Gouvernment to express to « you their sincere condolences upon the death of His Holiness the late « Pope, who, during his too short tenure of the exalted office, showed « himself so consistent a friend of peace and so firm an advócate of the « moral brotherhood of mankind ».

Marquess Curzon.

Ex ARGENTINA REPUBLICA:

Rome, 24 janvier.

D'ordre télégraphique de mon Gouvernement, en date d'hier, j'ai l'honneur de porter à la connaissance de V. E. que « la Republique « Argentine, s'associant de tout cœur au deuil universel de la chré- « tienté, a décrété des honneurs spéciaux pour honorer la mémoire du « Grand Pontife qui vient disparaître, .et m'ordonne d'assister en qua- « lité de représentant spécial de l'Argentine à toutes les cérémonies « qui se réaliseront ».

D. Garcia Mansilla.

Buenos Ayres, 24.

En el doloroso fallecimento de Su Santidad Benedicto XV Papa apresento a V. E. en nombre del excelentísimo señor Presidente de la

República ei testimonio de los mas sentidos pésames del pueblo argentino y del Gubierno y saludo a Y. E. con la mas alta y distinta consideración.

Pueyrredon,
Ministro de las relaciones estranjeras y del Culto.

Ex ARMENIA:

Parigi, 23 gen. 1922.

La Delegazione Nazionale Armena costernata dalla notizia della morte di Sua Santità Benedetto XV, Protettore e Benefattore degli Armeni, si permette di deporre ai piedi di Vostra Eminenza le sue più sincere e più commosse condoglianze.

La Delegazione Nazionale Armena.

Neully-sur-Seine, 22.

La disgrazia che colpisce l'universo è lutto immane per l'Armenia.

Masraff.

Boston, 25.

Profoundly moved by bereavement which has fallen on Catholic Ghurch, I éxtend on behalf m y self and Armenian Ghurch in America heartfealt condolences for great loss in passing of Benedict XV, who, in his distinguished Christian activities, did so benigny manifest profound affection for suffering Armenians.

Bishop Tirayre, ***Primate of the Armenian Church.***

Ex ASSYRIA-CHALDEA :

Bruxelles, 22.

Très affecté pour l'irréparable perte, prie accepter nos profondes condoléances.

Commandeur Rustein Nedjib,
président de la Délégation Assyro-Chaldéenne en Europe.

Ex AUSTRIA:

Wien, 22.

Profondément ému pour la douloureuse nouvelle du décès du Saint-Père, je prie Votre Eminence et le Saint Collège des Cardinaux d'agréer mes condoléances les plus sincères.

Hainisch, ***Président Fédéral.***

Ex BAVARIA:

München, 24.

Tief erschüttert durch die Nachricht vom Hinscheiden Seines Heiligkeit des Papstes Benedikt XV, spreche ich dem Heiligen Kollegium der Kardinäle mein aufrichtiges Beileid aus.

RÜPPRBCHT

München, 23.

in tiefster Trauer über das Hinscheiden Seiner Heiligkeit des Papstes Benedikt XV bitte ich Euere Eminenz namens der Bayerisches Staatsregierung den Ausdruck des innigsten Schmerzes entgegen zu nehmen. Durch den Tod des heiligen Vaters erleidet die ganze Menschheit den schwersten Verlust: besonders in Bayern wird das segensreiche Wirken und das väterliche Wohlwollen des nun in Gott ruhenden Papstes für alle Zeiten unvergessen bleiben.

Graf Lerchenfeld, ***Ministerpräsident.***

Ex BELGICA:

Rome, 23 janvier.

Monsieur le Ministre des Affaires Etrangères de Belgique vient de me télégraphier d'exprimer à V. E. les sentiments de profonde affection avec lesquels Leurs Majestés le Roi et la Reine et le Gouvernement belge ont appris cette pénible nouvelle.

Beyens.

Ex BOLIVIA:

La Paz, 26.

El Senado Nacional de Bolivia envia a V. E. sentido pésame dolorosa pérdida ilustre Pontífice Benedicto XV.

Severo Feo Antonio Velasco, ***Senador.***
Adoc, ***Segretario,***

Ex BRASILIA:

Rio de Janeiro, 22.

Apresento a Vossa Eminencia Reverendísima e ao Sacro Collegio em nome da Naçaô Brasileira e no meu proprio os mais sentidos pézames pelo fallecimento do Summo Pontifice Benedicto XV.

Epitacio Pesspa, ***President da República.***

Rio de Janeiro/22.

O Presidente da República, seus Ministros e Brasil inteiro recebiram com o mais profundos pezar a noticia do passamento do Santissimo Padre Benedicto XV. O povo Brasileiro sempre se lembrará do paternal affecto conique Sua Santidade o distihguiu durante o seu Pontificado. Especialmente rogo a Vossa Eminencia queira accetar a expressae dos meus sentimentos pessoâes e me faça o favor de trasmittilos ao Sacro Collegio da Santa Igreja Romana.

Marquis Azevedo,
Ministro de Estado das Relaciôes exteriores.

Ex BULGARIA:

Sofìa, 24.

Profondément affligé par la douloureuse perte que l'Eglise catholique vient d'éprouver en la personne de Sa Sainteté le Pape Benedictus XV j'esprime à Votre Eminence ainsi qu'au Saint-Siège mes condoléances les plus sincères.

BORIS.

Sofia, 23.

« Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales promittimus, vovemus et iuramus, inviolabiliter et ad unguem omnes et singulos nos esse observaturos contenta omnia in Constitutione Summi Pontificis Pii Decimi *De Sede Apostolica vacante et de Romani Pontificis electione,* quae incipit *Vacante Sede Apostolica,* data die vigesima quinta decembris anno millesimo nongentesimo quarto; necnon in Constitutionibus *Commissum Nobis* de civili *Veto* seu *Exclusiva,* uti vocant, in electione Summi Pontificis, ab eodem Pio Decimo data die vigesima ianuarii -eiusdem anni millesimi nongentesimi quarti, ac Leonis XIII *Praedecessoris Nostri* cum adiecta Instructione, data die vigesima quarta maii

anno millesimo octingentesimo octogesimo secundo. Item promittimus, vovemus et iuramus, quod quilibet ex Nobis in Romanum Pontificem, Deo sic disponente, erit assumptus, iura etiam temporalia, praesertim de civili Romani Pontificis principatu, libertatemque Sanctae Sedis integre ac strenue, adserere et vindicare nunquam desistet, atque eamdem hanc promissionem et iusiurandum, post eius ad Summi Pontificatus fastigium assumptionem, rursus praestabit.

« Praecipue autem promittimus et iuramus, sub poenis in praedicta Pii Decimi Constitutione ***Vacante Sede Apostolica*** statutis, Nos accuratissime et quoad omnes, etiam familiares seu Conclavistas nostros, secretum esse servaturos in iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis quomodolibet pertinent, et in iis quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, neque secretum praefatum quoquomodo violaturos, sive ipso Conclavi durante, sive etiam post novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut expressa dispensatio ab eodem futuro Pontifice Nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis praetextu, munus proponendi ***Veto*** sive ***Exclusivam,*** etiam sub forma simplicis desiderii, esse recepturos, ipsumve hoc ***Veto,*** qualibet ratione Nobis cognitum, patefacturos, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directo ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave, sive ipso perdurante; nullique interventui, intercessioni, aliive cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere, auxilium vel favorem praestituros ».

Hanc formulam Cardinalis Decanus coram omnibus Cardinalibus iubeat a Praefecto Caeremoniarum elata voce legi. Deinde singuli Cardinales dicent:

« Et ego ***N.*** Cardinalis ***N.*** spondeo, voveo, ac iuro ».

Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent:

« Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia ».

Constitutis et paratis quae ad iusta funebria Summi Pontificis persolvenda spectabant, quam cito omnia ad Conclave inchoandum necessaria Emi Patres decreverunt et disposuerunt: ad rem etiam nominatis singularibus coetibus, vulgo ***Commissionibus,*** nimirum :

1) ***Pro inquisitionibus de qualitatibus Conclavistarum eorumque approbatione, itemque pro eorum designatione, qui Conclavi inservire deberent:***

Emi ac Revmi Patres Domini:

Caietanus De Lai,
Basilius Pompilj,
Donatus Sbarretti.

2) ***Pro constructione et clausura Conclavis, ac pro cellarum dispositione.*** Emi ac Revmi Patres Domini:

Raphael Merry del Val,
Victorius Amadeus Ranuzzi de Bianchi,
Ioannes Ev. Tacci.

Itaque habiti sunt:

OFFICIALES CONCLAVIS

Sacri Collegii Secretarius: Illmus ac Rmus D. Aloisius Sincero, Adsessor S. C. Consistorialis.

Gubernator Conclavis: Excmus ac Revmus D. Richardus de Samper, Sacri Palatii Praefectus.

Custos Conclavis: Excmus-D. Ludovicus e Principibus Chigi Albani della Rovere, ***Mareschallus perpetuus S. B. E.***

eiusque Capitanei: Ioseph Alessandri,
Caietanus Senni,
Philippus Faustus Marucchi,
Henricus Alessandri,
Franciscus Bersani, ***a Secretis.***

Praefectus Sacrarii Apostolici: Illmus et Revmus D.Augustinus Zampini, Episcopus Porphyreonensis.

Confessarii munere fungens: R. P. Augustinus Ruelli, O. E. S. A., Subsacrista.

Caeremoniarum Magistri: Revmi Domini:
Carolus Respighi, Prot. Ap., Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum,
Ioseph Tani,
Ioannes Bapt. Menghini,
Aloisius Capotosti,
Carolus Grosso,
Marcus Martini,
Henricus Dante.

Architecti: Constantinus Sneider,
Fridericus Mannucci.

Commissarius Conclavis: Virginius Iacoucci

Medici: Raphael Battistini,
Ioseph Proli.

Chirurgus: Aloisius Cherubini.

Provisor: Franciscus Xaverius Seganti.

Commeatui Praefectus: Marius Seganti.

Cellerarius: Pius Manzia.

Pharmacopola: Fr. Caelidonius Ocen, ex Ord. FF. S. Ioannis de Deo, ***cum socio adiutore.***

Ab Architectis Conclavis proposita, demum ab altera Patrum Cardinalium Commissione probata et in Congregatione Generali plenissime acceptata est sedula haec ratio clausurae Conclavis consulendi:

ITINERARIO E DESCRIZIONE DELLE CHIUSURE INTERNE ED ESTERNE DEL PERIMETRO DEL CONCLAVE.

I due ingressi, il principale ed il secondario, sono rispettivamente nel cortile di S. Damaso e nell'androne che separa i due cortili dei Pappagalli e Borgia.

Procedendo a destra dell' ingresso sul cortile di S. Damaso trovasi la porta che dà accesso agli uffici del Maggiordomato. Questi sono isolati dal Conclave nell'interno mediante chiusura della porta e bollo, nell'esterno con parete in legno provvisoria. È chiusa pure con doppia parete in legno la loggia sul portico di Costantino.

Segue la scala di accesso al cortile dei Maresciallo dal portico di Costantino.

Questa scala è chiusa all'esterno con la porta sotto la statua di Costantino, all'interno con parete di legno e bollo.

Salendo la scala del Maresciallo e percorrendo la Sala Regia trovasi la loggia della Benedizione, che è chiusa con porta munita di bollo, tanto all'interno quanto all'esterno.

Tornando sulla Sala Regia si accede alla Cappella Paolina, che ha comunicazione con la suddetta loggia con la porta assicurata all'interno con bollo ed all'esterno con parete in legno. Nella Sagrestia vi è la comunicazione con i corridoi della Basilica di S. Pietro mediante botola sul pavimento assicurata all'interno con bollo; all'esterno può essere assicurata con la chiusura delle porte nei corridoi.

Tornando sulla Sala Regia trovasi la Scala Regia, la cui comunicazione col portico di Costantino è interrotta con.parete in legno. Segue poi la Cappella Sistina che è completamente isolata dal piano inferiore con murature.

Nel piano inferiore alla Cappella Sistina, e precisamente nel corridoio, vi è il passaggio al cortile Borgia, ove trovasi l'altro ingresso al Conclave.

Tornando dalla Cappella Sistina e portandosi nel Cortile dei Pappagalli vi è la scala a branchette che dà accesso all'appartamento di Mons. Sostituto. Questo accesso è chiuso all'interno con parete e bollo, all'esterno con la porta di detto appartamento.

La Segreteria di Stato, che occupa il piano superiore del fabbricato della sala Ducale, è isolata dal Conclave con chiusura delle porte e bollo e con pareti provvisorie, sia nell'accesso principale, sia nella comunicazione interna coll'appartamento di Mons. Sostituto.

I locali della Floreria, le sale Borgia, le stanze di Raffaello ed i locali superiori, avendo comunicazioni con la scala Borgia, sono isolati con le orte munite di bollo e pareti provvisorie.

Discendendo nel Cortile di S. Damaso trovasi lo studio del Musaico, che rimane completamente internato nel Conclave.

I locali inferiori al Cortile di S. Damaso, ove sono le munizioni e le officine aventi accesso dalla porta incontro all' ingresso del Musaico, sono isolati all'interno con la chiusura della detta porta munita di bollo, ed all'esterno con parete provvisoria.

Procedendo al cortile di Sisto V vi è la nuova scala che dà accesso al nuovo palazzo al Belvedere.

La chiusura di questa comunicazione è fatta all'interno con il cancello munito di bollo, all'esterno con la chiusura della porta a piedi della scala. Essendo poi tutto il palazzo di Sisto V chiuso nel Conclave, rimangono solo le due comunicazioni con i due appartamenti di Mons. Maggiordomo e di Mons. Maestro di Camera, le quali, come al solito, sono chiuse con le porte munite di bollo e pareti provvisorie.

MISSA DE SPIRITU SANCTO

His itaque sollicite effectum datis, R. P. D. Caeremoniarum Praefectus de mandato Sacri Collegii, praeceptionem edidit pro Missa de Spiritu Sancto ante ingressum in Conclave celebranda, sequentis tenoris:

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Feria v, die 2 februarii 1922, hora nona cum dimidio, in Sacello Paulino Palatii Apostolici Vaticani, ab Emo et Rmo D. Vincentio Vannutelli Missa solemnis de Spiritu Sancto celebrabitur.

Emi et Rmi DD. Cardinales, vestibus laneis et Cappis sericis violaceis induti, accèdent.

Post Missam habebitur oratio « de eligendo Summo Pontifice ».

Eadem die, post meridiem, hora tertia cum dimidio, Emi et Rmi DD. Cardinales, induti veste et mozzetta violaceis laneis cum zona serica eiusdem coloris, in Sacellum praedictum convenient.

Deinde, praecedente Cruce, cantoribus hymnum ***Veni Creator*** continentibus, supplicabundo ritu, incipiendo a senioribus, Conclave ingredientur, et reliqua ibi de more peragentur.

Eminentissimi Patres supradictis vestibus in scrutinio utentur.

De mandato Emi et Rmi Domini Cardinalis Decani.

Carolus Respighi,
Proton. Ap., Caerem. S. Sedis Apostolicae Praefectus.

Oratio autem de eligendo Summo Pontifice post absolutam Missam a R.. P. D. Aurelio Galli, litteris Apostolicis ad Principes scribendis Secretario, habita haec est:

ORATIO DE ELIGENDO PONTIFICE

Cum, abhinc annis vix septem, ex hoc ipso suggestu ad vos, eminentissimi Patres, de Pontifice Maximo eligendo orationem habuissem, sane nihil minus putabam hoc intervallo futurum, quam ut iterum de ea gravissima causa, iussu mandatuque vestro, vos alioqui deberem, praesertim cum parens ille catholici nominis meritissimus, quem ereptum dolemus, spem bonam certamque nobis faceret diuturni principatus. Sed arcana Dei consilia veneremur, qui fidelem servum et prudentem uti praeter opinionem super familiam suam constituerat, ita contra exspectationem ad aeterna meritorum praemia in caelum evocavit. Nunc igitur vestrum erit designare eum, cui Deus ipse Ecclesiae sanctae gubernacula committat. Profecto, maximum omnium onus ac munus semper fuit rei christianae praeesse; id vero numquam fortasse tantum habuit, quantum hoc tempore, difficultatis. Benedicti quidem Pontificatus incidit in tempestatemi post natos homines turbulentissimam, siquidem teterrimo bello flagrabat orbis terrarum: at, qui eum excepturus est, is rerum condicionem inveniet non multo tranquilljorem. Nam si eiusmodi incendium iam restinctum est, adhuc tamen eius reliquiae fumant passim minacissimae ex ingentibus, quae exstant in omni genere, minis. Itaque exoptatae pacis ut homines, iuvante Deo, faciat compotes, videntur in primis fore illius partes, quem in augusta Petri Cathedra vestris suffragiis locaveritis. Qui quidem qualis vir debeat esse, ut et celsissimae dignitati et populi christiani votis respondeat, vos, eminentissimi Patres, religiose vobiscum considerabilis. Interea sinite, ut quae in eo praecipue requiri hodie videantur, ego, vestrae voluntati obsecutus, paucis expediam.

Si quis diligenter mala intueatur quibus iam dudum laborat humana societas, agnoscat in eis necesse est non tam communem sortem mortalis vitae, doloribus aerumnisque obnoxiae, quam scelerum vindicem iram Dei, homines a se abalienatos misericordi consilio verberantis, ut revocet ad sanitatem. Nulla enimvero aetas a bellorum horrore vacavit, quandoquidem effrenatae animi cupiditates semper ad aliorum rura Violanda homines impulerunt. Sed bellum recens, quale bellum nulla barbaria gesserat, tam immensum, tam crudele, tam diuturnum, non dubie indicavit, homines magnam partem de via declinasse, suspicere in caelum bonaque immortalia appetere desivisse, et omnes cogitationes suas abiecisse in terram. Itaque eius contentionis insaniam tam multae tamque magnae sunt et comitatae et consecutae miseriae ut nec maiores umquam neque plures in genus humanum invaserint. Eas vero cernimus ibi maxime exstitisse, ubi omnis religionis contemptu constituta esset, tamquam fundamento, respublica. Quoniam autem qui communi existimatione florere solent, naturalium rerum scientia plus aequo confisi, quaecumque fidei supernaturalis sunt, superbe aspernari consueverant, non sine Dei nutu factum est, ut homines ipsam scientiam in suum ipsorum interitum converterent, atque intelligerent experiendo contumaces elatosque spiritus in divinam maiestatem cum pernicie exitioque sui esse coniunctos.

Resedit tandem derepente ille aestus internecivi belli et quidem Dei miserentis beneficio resedit. Num tantae calamitatis perpessio humano generi fuit, quemadmodum sperari licuerat, documento? Num aliqua facta est privatim publiceve aut in nationum inter nationes commercio emendatio disciplinae? Mutuas etiam nunc,simultates exercent populi quos inter bellum fuit; et alteri quidem omnes intendunt ñervos ad ea quae armis quaesita sunt, retinenda, alteri ad eadem aliquando posthac recuperanda. Quod si civitates inter se a caedibus et vastationibus abstinent, at cives civibus, ordines ordinibus adeo reddunt studia partium infestos, ut fere cotidie hostiles incursiones et funesta latrocinia fiant. Praeterea, infiammata bello, cupido delicate molliterque vivendi latissime mores depravavit; cuius rei argumento est, quod feminarum pleraeque tali cum ornatu iam solent prodire in publicum ut nativam verecundiam plane exuisse videantur. Hinc, praeeuntibus exemplo iis qui, cum quaestui bellum haberent, ex tenui fortuna, ad maximas copias subito pervenerunt, ingens pecuniarum in res inanes et voluptarias profusio increbrescit; quae quidem nimium quantum confert ad rationes civitatum perturbandas, praesertim quia, late fusa aviditate habendi, tamen laboris et operae fastidium incessit multitudini.

Haec omnia profecto sunt eiusmodi quae, cum humanae societatis grave tempus declarent, tum etiam graviora portendant. Itaque videmus, quanto studio qui civitatibus praesunt, orbis terrarum res et politicas et oeconomicas nitantur componere, sed simul quam exiguo cum fructu. Nam his quattuor fere annis pluries plurifariam ob eam nobilissimam causam in unum convenerunt; necdum tamen pacem optatissimam mundo adfuturam spes ostenditur. Etenim bella sibi ipsi parere homines possunt; pacem veri nominis, nisi Deo adiuvante, non possunt. Siquidem nulla alia re pax continetur nisi ordinis tranquillitate ; qui ordo omnino postulat, ut humana omnia, rerum auctori et conservatori Deo subsint eiusque legibus pareant. Cum igitur populi, iustitiam violantes caritatemque mutuam, in quibus divinarum legum summa consistit, acerba contentione inter se confecerint, si volent in pacis possessionem restitui, prorsus necesse est, ut a Deo et veniam rogent paenitendo, et ad plagas, quas ipsi sibi fecerint, curandas auxilium implorent. Et vere, ut verbis utar desideratissimi Patris, quem nuper amisimus, « has tantas « miserias contemplanti quibus premitur humanum genus, sponte venit « in mentem viator ille evangelicus, qui descendens ab Ierusalem in « Iericho, incidit in latrones, a quibus despoliatus, plagisque impositis, « est semivivus relictus. Magna enim est inter utrumque similitudo; et « quemadmodum ad illum misericordia motus, Samaritanus accessit, « qui, alligatis vulneribus, infusoque oleo et vino, duxit eum in stabu- « lum, et curam eius egit; ita ad sananda humanae societatis vulnera « manum suam adhibeat oportet Iesus Christus, cuius quidem Samari- « tanus ille personam sustinebat ».[1] Ipse est qui, profuso in pretium suo Sanguine, mundi salutem in aeternum comparavit: ***Et non est in alio aliquo salus. Nec mim aliud nomen est sub caelo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri*** :[2] hominibus, inquam, non singulis tantum, sed etiam populis, et iis universis. Iamvero Christus Dominus perpetuo ad salvandum genus humanum operam adhibet Ecclesiae, Sponsae suae, atque eo maxime utitur administro, qui suam vicem gerit in terris . Romanus Pontifex.

Videtis igitur, eminentissimi Patres, quantum intersit, hoc tam necessario tempore, ut is quem vos designatur! estis Tesu Christi Vicarium, omnibus quidem et mentis et animi virtutibus eluceat, sed abundet ante omnia misericordia et caritate Christi. Qui, si coram esuriente multitudine penitus ad benignitatem commoveri visus est ut diceret ***misereor super turbam,*** quanto cum miserátionis sensu aspicere nunc

[1] Epist. Encycl. ***Pacem, Bei munus.***

[2] ***Act,*** IV, *m.*

debet hominum universitatem in tòt miseriis et doloribus iacenteml Praesertim « quacumque pervagatus est belli cus furor, immensi terra-« rum tractus obiiciuntur ubi solitudo et vastitas, ubi inculta et reli-« cta omnia ; redactae usque eo plebes ut victu, vestitu tectisque ipsis « careant; viduae orphanique innumerabiles, qui cuiuslibet opis indigent; « incredibilis multitudo debilium, infantium potissimum ac puerorum « in affectis corporibus testantium belli recentis atrocitatem ». Quare infinitus prope campus patebit novo Pontifici, ubi, divini Cordis interpres, multiformem suam caritatem exerceat, simul ipse largiter tot necessitatibus, pro sua facultate, succurrens, simul bonorum omnium opes ad succurrendum sollicite advocans.

Nec vero haec solum mala corporum et externa Pontificem postulant plenum alacritatis ad medendum, sed illa etiam, et multo magis, quae ad mores et instituta pertinent. Aegrotat enim, uti dixi, funditus humana societas atque omnibus eius partibus oportet salutarem Christi virtutem Christi Vicarius admoveat. Principio diligentem det operam reconciliandis inter se tum civium ordinibus tum civitatibus, nec finem faciat id hortandi, antequam sanctum omnes habeant fraterno ritu inter se diligere, cum ab eodem conditore Deo profecti eodemque divino sanguine redempti ad eadem potiunda aeterna bona destinentur.

Sed enim homines idcirco immortalia illa negligunt acerrimeque de fiuxarum rerum possessione contendunt, quod apud plerosque summa est ignoratio christianae doctrinae et naturalismi, qui dicitur, omnibus blandientis cupiditatibus, solum praecepta valent. Scilicet haec est labes horum temporum maxima, hic quasi fons omnium, quibus premimur, maiorum, quod veritate, quam Iesus Christus nobis attulit, non alitur, non illustratur, quoad oportet, genus humanum ; hoc tamquam cibo destitutae, miserabiliter tot animae tabescunt, hac tamquam luce carentes, per offusas errorum tenebras ad interitum ruunt sempiternum. Itaque omnino Ecclesiae opus est tali Pontifice, qui, studio animarum incensus, omni ope atque opéra nitatur christianam sapientiam usquequaque diffundere. Isque etiam prudentia homines gubernandi usuque rerum polleat oportebit: quare ad officium quod sibi maxime in Petro impositum est, docendi omnes gentes, rite exsequendum, omnium quos par sit adiutores ei participesque esse sanctissimi muneris, studia incitabit. Praecipuam igitur quamdam curarum partem clero tribuet eique paterna cum vigilantia aderit ad moderandum, ad commonendum, ad cohortandum. Sacrae vero instituendae iuventuti, utpote quae maximas spes Ecclesiae sanctae contineat, peculiarem omnino diligentiam impertiet, ideo nimirum ut, cum bene omnibus rebus instructa evadat ad

divinum ministerium, tum praesertim ***potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere.***[1]

Ipse autem, quod ad praeconium tutelamque veritatis attinet, negligendus sane non putabit bonos doctosque laicos, qui quidem egregiam operam clero navare possunt cum alio pacto, tum cotidiana ac periodica, ut aiunt, scripta vulgando. Incredibilis est enim huiusmodi scriptionum vis in utramque partem, cum ab iis legendis raro inveniatur qui sese abstineat, ad easque populus opiniones suas conformare consueverit. Quare efficiendum est, ut ad eos christiana sapientia hoc saltem instrumento perveniat, qui eam ex ore sacerdotis exquirere ipsi non solent. Ceterum, scriptores catholici, qui ad tantum munus assumuntur, curandum erit ut illud, diligenti adhibita praeparatione, adeant, idemque sancte pro dignitate gerant.

Iam illud quoque attendendum vobis est, eminentissimi Patres, diligenter : saeviente bello, cum in dies excresceret egentium numerus, abundantes opibus acatholici homines praesto nostris fuere, specie quidem ut eorum necessitatibus liberaliter subvenirent, re autem ut de materno Ecclesiae gremio eos abstraherent. Qui perseverant adhuc in regionibus catholicorum pervagari ad haereticae pravitatis luem disseminandam ; atque utinam res eis non succederet ob eam, quam pervulgatam dixi, - coniunctam inopiae - inscitiam religionis. Nec vero id solum agunt, acrius quidem quam antea, ut Ecclesiam catholicam in suis ipsius finibus oppugnent, sed etiam multimodis impediunt, ne apud barbaros amplius sua tentoria dilatet, cum missiones catholicae magnas bello iacturas fecerint tum apostolicorum hominum tum facultatum, ipsi autem praesidiis omnis generis affluant. Huic rei domi forisque tam incommodaé ut occurratis, intelligitis, eminentissimi Patres, eligendum vobis esse Pontificem in quo insignis ardor sit ad regnum Iesu Christi vel confirmandum vel amplificandum, quique omnibus quotquot sunt, filiis Ecclesiae perstudiosis persuadeat, velint sibi opera, prece, re esse adiumento, ut plebem christianam in avita fide retinere possit lateque christianum nomen propagare.

Ego vero sentio me hactenus, cum adumbrare studerem Pontificem novum, qualis videretur esse debere, ea, quae ipse Benedictus XV gesserit, summatim attigisse. Nam quis ad dolores populorum consolandos eo plenior misericordiae ac sollicitudinis? Quis ad necessitates inopum sublevandas beneficentior? Quis in pace gentibus suadenda aut in earum sedandis inimicitiis instantior? Quis autem studiosius

[1] ***Ad Tit.,*** I, 9.

unquam curavit, ut christianae doctrinae pabulo aleretur popular s pietas atque ipsius Evangelii lectione caîesceret? Cui etiam maximae curae fuit catholicae fidei et integritatem tueri.in nostris et fovere apud ethnicos incrementa. Quod si aliquid ex iis quae, communis salutis causa, susceperat, non prosperum successum habuit, magna tamen eius laus est id summa contentione esse conatum. Itaque vulgatissima prudentium opinio est, necessitate quadam fore, ut qui mox ad Ecclesiae catholicae gubernaculum sedebit, is non alia via cursum dirigat, nisi qua Benedictus direxerit, tanto cum emolumento apostolicae auctoritatis.

Iam vobis communiter consultantibus, Patres eminentissimi, magnis Ecclesiae universae precibus exoratus, adsit Spiritus Sanctus, auspice et patrona Maria Virgine Deipara, quae vobis ex hac imagine suavissime arridet ***Mater Boni Consilii.*** Vos vero Ecclesiae, maximum suum Pastorem et Magistrum desideranti, praeclare satisfacturos putate, si, pro vestra sapientia et sacrosancti conscientia officii, eum in beati Petri Cathedra Pontificem constituens, in quo Benedicti XV, praeter cetera virtutum ornamenta, patiens, benigna, actuosa, prudens caritas revixisse videatur.

INGRESSUS IN CONCLAVE

Opportuno tempore R. P. D. Carolus Respighi, Caeremoniarum Apostolicarum Praefectus, has ediderat pro clausura et custodia Conclavis instructiones tum ad Emos Patres, tum ad Gubernatorem et Mareschallum, tum ad Praelatos quibus sollicitudo de re demandata fuerat, nimirum:

I

DISPOSIZIONI PER LA CHIUSURA E CUSTODIA INTERNA DEL CONCLAVE

I° Gli Eminentissimi Signori Cardinali primi dell'Ordine dei Vescovi, dei Preti e dei Diaconi, unitamente al Camerlengo di S. R. C, si compiaceranno adunarsi nel pomeriggio di giovedì 2 febbraio 1922, all'ora che farà notificare l'Emo Decano, nell'aula dei Paramenti.

2° Nella stessa Aula si troveranno Mons. Segretario del S. Collegio, il Prefetto delle Cerimonie Apostoliche, che fungerà da Notaio, e due Maestri di Cerimonie, che fungeranno da Testimoni, nonché i signori Architetti del Conclave.

3° All'ora designata il corteo nloverà per le verifiche necessarie ed opportune e per le constatazioni, a norma dei Regolamenti del Conclave.

4° Le chiusure interne ed esterne del Conclave saranno effettuate contemporaneamente.

5° Adempiute tutte le formalità, il corteo tornerà nella Sala dei Paramenti, dove sarà data lettura del relativo rogito, con l'apposizione delle necessarie firme.

6° Il Corteo sarà scortato dai due Custodi dell'Aula del Conclave e dai Domestici degli Emi Capi di Ordine e Camerlengo, che recheranno torcie accese.

30 gennaio 1922.

Carlo Respighi,

Proton. Ap., Prefetto delle Cerimonie della S. Sede Apostolica.

II

DISPOSIZIONI PER LA CHIUSURA E CUSTODIA ESTERNA DEL CONCLAVE

I° S. E. il Signor Principe Maresciallo e S. E. Monsignor Governatore del Conclave si compiaceranno trovarsi giovedì 2 febbraio, alle ore 15, nell'Aula dei Paramenti, in attesa di esser chiamati dal Maestro delle Cerimonie Apostoliche, per prestare il giuramento, innanzi al S. Collegio dei Cardinali, nella Cappella Sistina.

2° Al suono della campana, che sarà ordinato dall'Emo Decano per indicare là chiusura del Conclave, S. E. il Signor Principe Maresciallo e S. E. Mons. Governatore, accompagnati dai loro seguiti, e sotto la direzione dei Maestri di Cerimonie e dei Signori Architetti, procederanno alle verifiche esterne del Conclave, dopo le quali se ne farà la chiusura, mentre altrettanto sarà effettuato nell'interno.

3° S. E. il Signor Principe Maresciallo e S. E. Mons. Governatore, fatta la chiusura del Conclave, si aduneranno nella Sala verde dell'appartamento di Mons. Maestro di Camera, e quivi dal Decano dei Monsignori Protonotari Apostolici sarà data lettura del Rogito di chiusura del Conclave, e saranno apposte al medesimo le relative firme.

4° S. E. il Signor Principe Maresciallo e S. E. Mons. Governatore del Conclave nell'esercizio delle loro funzioni sono scortati dalla Guardia Svizzera.

5° Gli Officiali addetti alla persona di S. E. il Signor Principe Maresciallo hanno la vigilanza delle Rote, presso le quali saranno ancora i Cursori Apostolici.

6° Presso le Rote custodite dai Rmi Prelati saranno le Guardie Svizzere e Palatine.

7° II corteo, di S. E. il Signor Principe Maresciallo e di S. E. Monsignor Governatore, nella verifica di chiusura esterna del Conclave, sarà accompagnato da quattro Palafrenieri e dai domestici in livrea dell'Eccellentissima Casa Chigi sorreggenti le torcie.

30 gennaio 1922.

Carlo Respighi,

Proton. Ap., Prefetto delle Cerimonie della S. Sede Apostolica.

III

DTSPOSIZIONI PER I PRELATI ADDETTI ALLA CUSTODIA DELLE ROTE DEL CONCLAVE.

1. Gli Illmi e Rmi Monsignori Decani dei Collegi degli Arcivescovi e Vescovi Assistenti, Protonotari Apostolici, Uditori di Rota, Chierici di Camera, Votanti di Segnatura si compiaceranno avvertire i loro Colleghi, che nel prossimo giovedì 2 febbraio 1922, alle ore 15, si trovino nell'Aula precedente quella dei Paramenti dei Palazzo Apostolico Vaticano, ove pure si troveranno gli altri Officiali, per muoversi ordinatamente, ad invito di Mons. Maestro delle Cerimonie, e recarsi a prestare il consueto giuramento sulla custodia delle Rote del Conclave.

2. Il Decano dei Protonotari Apostolici presenzierà le chiusure del Conclave e ne rogherà l'istrumento nell'appartamento di Mons. Maestro di Camera.

3. Delle due Rote che sono a capo della Scala di Pio IX, a destra, nell'ingresso al Cortile di S. Damaso, la I[a] sarà custodita dai Monsignori Protonotari Apostolici e dai Prelati Chierici di Camera; la 2[a] dagli Arcivescovi e Vescovi Assistenti e dagli Uditori della S. Rota.

4. Le due Rote che sono nella porta tra il Cortile dei Pappagalli e quello Borgia, che servono per introdurre le derrate ed i commestibili, saranno custodite dai Prelati Votanti di Segnatura.

5. Le Rote rimarranno aperte dalle ore otto alle dieci e mezzo e dalle ore quindici alle sedici e mezzo.

6. Gli abiti da usare sono: sottana nera con fascia di lana e fiocchi color nero, rocchetto liscio senza merletto, e mantelletta di color nero.

7. I Decani dei rispettivi Collegi designeranno i turni da osservare nella custodia delle medesime Rote.

30 gennaio 1922.

Carlo Respighi,

Proton. Apost., Prefetto delle Cerimonie della S. Sede Apostolica.

Itaque ordine et normis praescriptis, hora tertia post meridiem diei II februarii, Conclave ingressi sunt Eminentissimi et Reverendissimi Patres S. R. E. Cardinales:

Ex Ordine Episcoporum

Vincentius Vannutelli, Episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacri Collegii Decanus.

Caietanus De Lai, Episcopus Sabinensis, Sacri Collegii Subdecanus, a Secretis S. C. Consistorialis.

Antonius Vico, Episcopus Portuensis et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus.

Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albanus.

Basilius Pompilj, Episcopus Veliternus, in Urbe Vicarius.

Ioannes Cagherò, Episcopus Tusculanus.

Ex Ordine Presbyterorum

Michael Logue, tituli Sanctae Mariae de Pace, Archiepiscopus Armachanus.

Ioseph Franc ica-Nava di Bontifé, tit. SS. Ioannis et Pauli, Archiepiscopus Catanensis.

Augustinus Richelmy, tit. S. Mariae in Viae, Archiepiscopus Taurinensis.

Bartholomaeus Bacilieri, tit. S. Bartholomaei in Insula, Episcopus Veronensis.

Raphael Merry del Val, tit. S. Praxedis, Secretarius Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, Archipresbyter patriarchalis Basilicae Vaticanae.

Octavius Cagiano de Azevedo, tit. S. Laurentii in Damaso.

Petrus Maffi, tit. S. Chrysogoni, Archiepiscopus Pisanus.

Alexander Lualdi, tit. SS. Andreae et Gregorii ad divum Scauri, Archiepiscopus Panormitanus.

Desideratus Mercier, tit. S. Petri ***ad Vincula,*** Archiepiscopus Mechliniensis.

Petrus Gasparri, tit. S. Laurentii in Lucina, S. R. E. Camerarius.

Ludovicus Henricus Luçon, tit. S. Mariae Novae, Archiepiscopus Rhemensis.

Paulinus Petrus Andrieu, tit. S. Honuphrii.in monte laniculo, Archiepiscopus Burdigalensis.

Antonius Mendes Bello, tit. S. Marcellini et Petri, Patriarcha Lisbonensis et Indiarum Orientalium.

Franciscus Bourne, tit. S. Pudentianae, Archiepiscopus Westmonaste-. riensis.

Guilelmus M. Van Rossum, tit. S. Crucis in Hierusalem, Praefectus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

Ioannes Csernoch, tit. S. Eusebii, Archiepiscopus Strigoniensis.

Gustavus Fridericus Piffl, tit. S. Marci, Archiepiscopus Viennensis.

Alfonsus M. Mistran gelo, tit. SS. Mariae Angelorum in Therm is, Archiepiscopus Florentinus.

Andreas Frühwirth, tit. SS. Gosmae et Damiani.

Raphael Scapinelli di Léguigno, tit. S. Hieronymi Illyricorum.

Petrus La Fontaine, tit. Basilicae SS. XII Apostolorum, Patriarcha Venetiarum.

Victorius Amadeus Ranuzzi de Bianchi, tit. S. Priscae.

Donatus Sbarretti, tit. S. Silvestri ***in Capite,*** Sacrae Congregationis Concilii Praefectus.

Ludovicus JErnestus Dubois, tit. S. Mariae in Aquiro, Archiepiscopus Parisiensis.

Thomas Pius Boggiani, tit. SS. Quirici et lulittae.

Alexius Ascalesi, tit. S. Callisti, Archiepiscopus Beneventanus.

Aloisius Ioseph Maurin, tit. Ssmae Trinitatis in monte Pincio, Archiepiscopus Lugdunensis.

Adolphus Bertram, tit. S. Agnetis extra moenia, Episcopus Wratislaviensis.

Augustus Silj, tit. S. Caeciliae, Supremi Tribunalis Signaturae Praefectus.

Ioannes Solde viia y Romero, tit. S. Mariae de Populo, Archiepiscopus Caesaraugustanus.

Theodorus Valfré di Bonzo, tit. S. Mariae supra Minervam, Praefectus Sacrae Congregationis de Religiosis.

Alexander Kakowski, tit. S. Augustini, Archiepiscopus Varsaviensis.

Edmundus Dalbor, tit. S. Ioannis ante portam Latinam, Archiepiscopus Gnesnensis et Posnaniensis.

Franciscus Ragonesi, tit. S. Marcelli.

Michael de Faulhaber, tit. S. Anastasiae, Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis.

Ioannes Benlloch y Vivó, tit. S. Mariae de Aracaeli, Archiepiscopus Burgensis.

Franciscus Asis. Vidal y Barraquer, tit. S. Sabinae, Archiepiscopus Tarraconensis.

Carolus Ioseph Schulte, tit. SS. Quatuor Coronatorum, Archiepiscopus Coloniensis.

Ioannes Tacci, tit. S. Mariae trans Tyberim.

Achilles Ratti, tit. SS. Silvestri et Martini in Montibus, Archiepiscopus Mediolanensis.

Ex Ordine Diaconorum

Caietanus Bisleti, Proto-diaconus S. Agathae in Suburra, Praefectus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Ludovicus Billot, diac. S. Mariae in Via Lata.

Michael Lega, diac. S. Eustachi!, Praefectus S. Congreg, de Sacramentis.

Aidanus Gasquet, diac. S. Mariae in Porticu, Bibliothecarius et Archivarius S. R. E.

Nicolaus Marini, diac. S. Mariae ***m Domnica,*** a Secretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali.

Orestes Giorgi, diac. S. Mariae ***in Cosmedin,*** Poenitentiarius Maior.

Camillus Laurenti, diac. S. Mariae Scalaris.

Eminentissimis Patribus Cardinalibus in Sixtino Sacello coadunatis, Excmus D. Richardus de Samper, Praefectus Sacri Palatii Apostolici et Conclavis Gubernator, coram iisdem in manibus Emi Cardinali Decani iusiurandum emittebat hac formula:

« Ego Richardus de Samper, Sacri Apostolici Palatii Praefectus ac Conclavis Gubernator, promitto et iuro quod fidelis ero Sacro Collegio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Dominorum Sanctae Ecclesiae Cardinalium et diligenter ac fideliter officio meo fungar iuxta Constitutiones Apostolicas de electione Romani Pontificis editas.

« Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia ».

iusiurandum pariter in eodem Sacello coram S. Collegio in manibus Emi Cardinalis Decani praestabant Excmus D. Ludovicus Chigi, Conclavis Mareschallus, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi Solio adsistentes, Protonotarii Apostolici de numero participantium, Auditores S. R. Rotae, R. Camerae Apostolicae Clerici, Votantes Signaturae, iique demum omnes quibus quocumque modo custodia Conclavis committenda erat.

Conclavistae vero in Sacello Paulino iusiurandum iuxta Constitutionem Pii Pp. X, ***Vacante Sede Apostolica,*** nuncupaverant latine sacerdotes, viri laici sua quisque lingua, coram R. P. D. Secretario S. Collegii et R. P. D. Carolo Respighi, Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto; videlicet:

Ego ....

constitutus coram te ....

factis per me SS. Dei Evangeliis coram me positis, iuro et promitto me inviolabile servaturum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione deque iis, quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet, ipsum mihi violare liceat, et hoc nedum sub poena excommunicationis latae sententiae, futuro Pontifici speciali modo reservatae, privative etiam quoad S. Poenitentiariam, sed etiam sub poena privationis cuiuscumque beneficii, pensionis, officii vel muneris ipso facto incurrendae in casu transgressionis. Quod secretum accuratissime ac religiose servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut expressa dispensatio mihi concessa fuerit.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tango.

Io .. :..........................-..

stando dinanzi a . ...

toccando colle mie proprie mani i Santi Evangeli, giuro e prometto che osserverò un inviolabile e rigoroso segreto su tutte e singole quelle cose, le quali in qualunque modo venissi a conoscere, riguardanti la elezione del nuovo Pontefice e ciò che avverrà nel Conclave o nel luogo della elezione, e che non violerò in alcun modo questo segreto, nè direttamente, nè indirettamente, nè con parole, nè con scritti, nè con segni, o in altra qualsiasi guisa; e ciò non solo sotto pena di scomunica, riservata in modo speciale al futuro Pontefice, ad esclusione anche della Sacra Penitenzieria, e da incorrersi senz'altra dichiarazione col solo fatto della violazione del giurato segreto, ma anche sotto altre pene anche gravissime da infliggerai isi dalla stessa Santità Sua in caso di trasgressione. Il segreto io giuro e prometto che manterrò coscienziosamente anche dopo avvenuta l'elezione del nuovo Pontefice, a meno che non mi venga su ciò concessa dal medesimo Pontefice una espressa e speciale facoltà.

Così Dio mi aiuti e questi Santi Evangeli, che tocco colle mie mani.

Hisce peractis, egressi sunt omnes e Sacello Sixtino, exceptis tantum Patribus Cardinalibus qui ibidem congregati lectionem Apostolicarum Constitutionum rursum audierunt; postea vero, ianuis sacelli patefactis, nobili comitante quemquam Dominici Lateris Protectore, suam quisque cellam adivit.

Tum, iuxta supra relatas normas, perfecta est visitatio et clausura Conclavis. Ter nimirum, iussu Cardinalis Decani, campanula personata, Caeremoniarum Magistri ambulacra sedulo perlustrarunt proclamantes ***Extra omnes.*** Cum vero omnes egressi essent, S. R. E. Camerarius Conclave intus rite claudebat et claves sibimet ac Praefecto Caeremoniarum et Praelatis custodibus iuxta morem assignabat.

Deinde, accensis fanalibus, Camerarius et tres Cardinales in suo singuli Ordine Priores, una cum Praefecto Caeremoniarum latebras et omnes ángulos Conclavis attentissime perscrutarmi, ne quis ex iis qui in Conclave prohibentur esse, intus forte remansissent. De qua re sequens confectus est

ROGITUS CLAUSURAE INTERNAE CONCLAVIS

In nomine Domini. Amen.

universis et singulis hoc publicum instrumentum visuris, lecturis et audituris notum sit quod die secunda mensis februarii, anni millesimi nongentesimi vigesimi secundi, hora sexta vespertina Emi ac Rmi DD.: Dnus Vincentius miseratione divina Episcopus Ostiensis et Praenestin., S. R. E. Card. Vannutelli, Sacri Cardinalium Collegii Decanus; Dnus Michael titulo S. Mariae de Pace S. R. E. card. Logue, Archiep. Armachan. Prior in Ordine Presbyterorum; Dnus Caietanus S. Agathae

Proto-diaconus S. R. E. Card. Bisleti, et D. Petrus tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Card. Gasparri S. R. E. Camerarius, una mecum ac testibus infrascriptis Apostolica Sede per obitum sa. me. Benedicti PP. XV vacante, totum Conclave perlustrarunt, quod diligenti adhibita perquisitione, muris obstructum et ex omni parte clausum invenerunt; atque exclusis omnibus qui in eo permanere non debebant, ianuam tribus clavibus obfirmarunt: hoc ipsum Conclave in eodem statu esse iudicarunt ac reperiri ut tuto et legitime possit ad electionem Romani Pontificis deveniri et ad formam Pïanae Constitutionis de more procedi.

Acta fuerunt in Palatio Apostolico apud Sanctum Petrum in ipso Conclavi anno, mense, die et hora quibus supra, praesentibus Revmis DD. Iosepho Tani et Ioanne Baptista Menghini Caeremoniarum Apostolicarum Magistris testibus per me adhibitis atque rogatis.

ALOISIUS SINCERO, ***Secretarius Sacri Collegii.***
Ioseph Tani, ***Apost. Caerem. Mag.,*** testis.
Ioannes Bapt. Menghini, ***Apost. Caerem. Mag.,*** testis.

Ego Carolus Respighi, ***Protonotarius Apost. S. Sedis Apostolicae Caeremon. Praefectus,*** rogavi.

Eodem tempore ab Exmis DD. Gubernatore et Principe Mareschallo eadem extra geruntur, clavibus ipsius Mareschalli diligenti custodiae commissis.

Huius clausurae et clavium traditionis pariter duplex confectus est a Subdecano Protonotariorum Apostolicorum

ROGITUS CLAUSURAE EXTERNAE CONCLAVIS

Ex parte Exmi Domini Pro-Mareschalli Conclavis.

In nome di Dio. Amen.
Sede vacante per la seguita morte
della Santa Memoria di Papa Benedetto XV
Instrumento di consegna delle chiavi del Conclave
e della chiusura del medesimo.

Il giorno due febbraio millenovecentoventidue.

Io Giuseppe Wilpert, Sotto-Decano del Collegio dei Protonotari Apostolici, a richiesta di S. E. il Principe Don Ludovico Chigi della Rovere Maresciallo perpetuo di S. R. C, Custode del Conclave, Nobile Patrizio Coscritto Romano, Principe del Sacro Romano Impero, ecc., mi sono

recato al Vaticano nella sua presente residenza, già di Mons. Maestro di Camera, ora assegnata alla predolata E. S. per la custodia del presente Conclave, e che trovasi a metà della scala nuova che conduce al cortile di S. Damaso.

Acceduto colà e introdotto nei suoi appartamenti vi ho rinvenuto S. E. il Sig. Principe D. Ludovico Chigi, residente ordinariamente nel palazzo della Farnesina, in Via Lungara, 230.

Poco dopo al mio arrivo, alle ore sei pom. è sopraggiunto negli appartamenti uno dei Monsignori Maestri delle Cerimonie Pontificie, colà mandatovi dagli Emi signori Cardinali Capi d'ordine, annunciando che era giunta l'ora della chiusura del Conclave, in seguito di che S. E. si è mossa alla volta della porta principale del Conclave, ove era atteso dalle predolate Eminenze LL. Rme.

S. E. il sig. Principe era accompagnato da me infrascritto Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici, dall'Illmo e Rmo Mons. Giovanni Biasiotti, Chierico della R. C. A., da Mons. Maestro delle Cerimonie, dai Capitani delle Rote, dal sig. Bartolomeo Farelli Segretario e Cancelliere della R. C. A., e dai testimoni sigg. Principi D. Giuseppe Lancellotti e Don Sigismondo Chigi Albani della Rovere insieme alla sua corte, e circondato dai Capitani della guardia destinata alla custodia del Conclave e da alcuni uomini della Guardia Svizzera.

Ascesa la scala nuova del Palazzo Apostolico che mena al cortile di S. Damaso, alla porta del medesimo che costituisce la gran porta del Conclave, ha rinvenuto sulla soglia l'Emo e Rmo sig. Card. Pietro Gasparri, Camerlengo di Santa Romana Chiesa, insieme agii Emi suoi colleghi Capi d'Ordine. L'Emo Camerlengo ha allora consegnato una borsa di damasco cremisi guarnita con fettuccia e fiocchi d'oro a Mons. Prefetto delle Cerimonie Pontificie, il quale ha estratto dalla medesima cinque chiavi di diverse grandezze, delle quali due si riferiscono alla porta d'ingresso secondaria del Conclave, situata all'androne fra i due cortili di S. Damaso e dei Pappagalli, e le altre tre alla porta principale suddescritta; quali chiavi sono state provate alle varie serrature, insieme a quella del piccolo sportello, che fa parte integrale della porta grande stessa. Eseguito ciò e riposte le chiavi nella borsa, questa dall'Emo Camerlengo è stata consegnata all'Eccellentissimo signor Principe, il quale ha replicato le prove delle chiavi nelle singole serrature.

Dopo ciò S. E. il sig. Principe, prese intelligenze con le ridette Eminenze LL. Revine, ha decretata la chiusura formale del Conclave, e dopo scambievoli offici ha il mentovato sig. Principe alla stessa presenza mia

e degli altri sunnominati Signori e dei testimoni suddetti, serrato ed effettivamente chiuso con dette chiavi la porta e lo sportellino del Conclave dalla parte di fuori, nel punto che si è sentito distintamente che si faceva il medesimo dalla parte di dentro, ed in tal guisa circa le ore sei e mezzo si è formalmente chiusa la porta principale del Conclave, dopo di che si è passato alla chiusura dell'altra porta secondaria con le chiavi superiormente ricevute, quali sono state riposte nella mentovata borsa e ritenute dalla prelodata Eccellenza Sua, la quale unitamente a me infrascritto con l'accennata scorta e seguito si è restituita nel suo appartamento.

Delle quali cose perchè in ogni tempo ne resti perpetua memoria è stato rogato il presente atto.

Atto fatto ***in solidum*** coi predetti Mons. Giovanni Biasiotti, Chierico di Camera, e Sig. Bartolomeo Farelli, Segretario e Cancelliere della R. C. A., in Roma nel Palazzo Apostolico Vaticano, nell'appartamento sopra indicato di Sua Eccellenza il sig. Principe, presenti, ecc.

Così è.

LUDOVICO Princ. CHIGI ALBANI DELLA ROVERE.
Giuseppe Alessandri, ***Capitano del Conclave.***
Gaetano Senni, ***Capitano del Conclave.***
Filippo Fausto Marucchi, ***Capitano del Conclave.***
Enrico Alessandri, ***Capitano del Conclave.***
Giovanni Biasiotti, ***Chierico della R. C.A.***
Bartolomeo Farelli, ***Segret. e Cancell. della R. C. A.***
Giuseppe Lancellotti, ***teste.***
Sigismondo Chigi della Rovere, ***teste.***

Ita est: Iosephus Wilpert, ***Sub-Decanus Protonotarium Apostolicorum de numero participantium.***

Aristodemus Pulci, ***Secretarius Collegii.***

Ex parte Excmi Domini Gubernatoris Conclavis:

In Nomine Dei. Amen.
Sede Apostolica Vacante per obitum
s. m. Benedicti Papae XV
Visitatio et Recognitio exterioris partis Conclavis.

Diesecunda februarii anno millesimo nongentesimo vigesimo secundo.

Ego Ioseph Wilpert, Sub-Decanus Collegii Protonotariorum Apostolicorum pro parte ad instantiam Excmi et Rmi Dñi Richardi De

Samper, Conclavis Gubernatoris, ac Illmi Dñi Virginii Iacoucci, Consistorialis Aulae Advocati et Commissarii Generalis Conclavis, accessi meque personaliter contuli ad Palatium Apostolicum Vaticanum, ubi totum Conclave constructum inveni in illa Palatii Apostolici parte quae circumscripta remanet adscendendo novas scalas quae immittunt ad atrium sancti Damasi, a dextris ex atrio militum helvetiorum, afronte ex prato et atrio vulgo ***di Belvedere*** et a sinistris ex aliis atriis vulgo ***dei Pappagalli*** e ***della Sentinella.***

Una cum Excmo et Rmo Dno Gubernatore ac Illmo Dno Commissario Conclavis supradictis ac Illmo ac Rmo Dno Ioanne Biasiotti, R. C. Ap. Clerico ac Illmis Dñis Constantino Sneider Architecto Conclavis, et Domino Bartholomaeo Farelli Cancellario et Secretario Rev. Camerae Apostolicae, ac testibus infrascriptis ad hoc spécialiter adhibitis, loca praedicta perlustravi, facta una cum singulis praenominatis diligenti perquisitione in qualibet exteriori parte Conclavis, eaque totaliter ac undique muris clausa inveni, duabus tantum pro ingressu in Conclave relictis ianuis ligneis, quarum altera in culmine scalae, quae ducit ad atrium Sancti Damasi et altera, quae ducit ex atrio vulgo ***dei Pappagalli*** ad praefatum atrium Sancti Damasi, quarum custodia Excmo principi domino Ludovico Chigi commissa est.

Super quibus, etc.

Actum in solidum cum praedictis Illmo et Rmo Dno Ioanne Biasiotti, R. C. Ap. Clerico, necnon Illmo D. Bartholomeo Farelli Rev.dae Camerae Ap. Secretario et Cancellario, Romae in Palatio Apostolico Vaticano, praesentibus, etc.

RIGHARDUS DE SAMPER, Gubernator Conclavis.
Virginius Iacoucci, ***Conclavis Commissarius Generalis.***
Constantinus Sneider, ***Architectus.***
Iosephus Lancellottus, ***testis.***
Sigismundus Chisius della Rovere.
Bartholomaeus Farelli, ***R. C. A. Secr. et Cancell.***
Ioannes Biasiotti, ***Clericus R. C. A.***
iosephus Wilpert, ***ut supra.***

Aristodemus Pulci, ***Secretarius Collegii.***

TEMPORE CONCLAVIS

Ad ea moderanda quae ad exteriorem habitum Eminentissimorum Patrum et eorumdem familiarium pertinerent, R. P. D. Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum hanc ediderat praeceptionem:

DISPOSIZIONI PER IL VESTIARIO DA USARSI DAGLI EMINENTISSIMI SIGNORI CARDINALI E DALLA LORO CORTE, DURANTE JL CONCLAVE.

Gli Emi Signori Cardinali nella Messa privata ***de Spiritu Sancto,*** che ascolteranno nei giorni del Conclave, e durante gli Scrutini useranno la sottana e la mozzetta violacea di lana, con fascia di seta e fiocchi simili senza oro e la Croce pettorale con il consueto cordone rosso-oro.

Faranno portare anche la Cappa di seta violacea, con il rocchetto griccio, che indosseranno nella seconda adorazione dell'Eletto Pontefice.

I Conclavisti useranno sempre la sottana ed il ferraiolone di color nero, e porteranno seco una cotta per l'assistenza alla Messa privata del proprio Emo.

I domestici useranno il frack, calzone lungo di color nero e cravatta bianca.

Gli Eminentissimi Signori Cardinali si rendono avvisati che nella prima mattina del Conclave, alle ore 8,30, sarà celebrata dall'Emo Signor Cardinale Decano la Messa letta ***de Spiritu Sancto,*** nella quale gli altri Emi si accosteranno alla S. Comunione.

30 gennaio 1922.

Per mandato del Sacro Collegio:

Carlo Respighi,

Proton. Apost., Prefetto delle Cerimonie della S. Sede Apostolica.

Memoria etiam dignissima sunt quae Emus ac Revmus Cardinalis in Urbe Vièe Sacra Antistes publice edixerat ad divinum auxilium Patribus de gravissimo negotio consulturis impetrandum:

D ISPOSIZIONI ED ORDINI PER LE PUBBLICHE PRECI IN TEMPO DI SEDE VACANTE

Basilio per Misericordia di Dio Vescovo di Velletri
della S. R. C. Cardinale Pompili,
Vicario Generale e Giudice Ordinario di Roma e suo Distretto

In questi giorni i cuori della Cristianità, stretti di mestizia per la morte del Santo Pontefice Benedetto XV, sono anche palpitanti per l'avvenimento che si appresta della successione al Trono di S. Pietro. Tutte

le genti, aspettando, sono ora rivolte a questa nostra Roma e al Vaticano.

Preghiere, o fedeli, preghiere e penitenza vi chiede in questi momenti solenni la Chiesa, affinchè ***il Signore GÌ crei un Sacerdote fedele, il quale Là serva secondo il Suo Cuore e cammini sempre dinanzi al Suo Cristo.***

Preghiamo, adunque, con unanime perseveranza, interponendo l'intercessione di Maria Santissima Regina degli Apostoli. Lo Spirito Santo aleggi sensibile ed amoroso sugli Eminentissimi Congregati, s'insinui, ardente fiamma, nei loro petti, inspiri e commuova le loro lingue.

« Supplici ed umili Ti imploriamo, Signore, a voler concedere per «l'immensa Tua pietà alla Santa Chiesa Romana tale Ponfefice, che « sempre a Te piaccia per l'assidua sua cura del popolo cristiano, e a « questo, per sapiente governo, in gloria del Tuo nome, riesca degno di « ossequio reverente e devoto » ***(Messa per l'elezione del Sommo Pontefice).***

« Ci prevengano prontamente le Tue misericordie; aiutaci, o Dio « nostro Salvatore, a gloria del nome Tuo; noi, Tuo popolo e pecorelle « della Tua greggia, annunzieremo le lodi Tue d'una in altra genera-**ci** zione » ***(Salmo LXXII1).***

Inerendo alle disposizioni contenute nella Costituzione del Beato Gregorio X, ***Ubi periculum*** (cap. III, ***de Elee,*** in 6), ordiniamo che, incominciando dal 2 febbraio, in cui gli Eminentissimi Signori Cardinali entreranno in Conclave, fino al termine di esso Conclave, in tutte le Patriarcali Basiliche, nelle Collegiate e nelle altre Chiese dei Secolari e Regolari, nelle quali si celebra la Messa conventuale, dopo la medesima si recitino dal celebrante le preci prescritte.

Ordiniamo, inoltre, che nelle infrascritte Basiliche Patriarcali e Minori e nelle altre Chiese, che eventualmente potranno essere indicate, nei giorni ad esse assegnati, si esponga il Santissimo Sacramento dalle ore otto della mattina fino a circa ***Y Ave Maria*** della sera, e che nel deporlo si cantino le Litanie de' Santi con le preci per la Sede Vacante ed in fine si impartisca al popolo la Benedizione Eucaristica.

. **£8 BASILIO CARD. VICARIO**

A. Bernabai, ***Sostituto del I° Ufficio.***

Venerdì 3 febbraio: S. Pietro in Vaticano. — ***Sabato 4 febbraio:*** S. Maria in Trastevere. — ***Domenica 5 febbraio:*** S. Lorenzo in Damaso. - S. Maria ai Monti. — ***Lunedì 6 febbraio;*** S. Maria in Traspontina. - Sacro Cuore al Castro Pretorio. — ***Martedì 7 febbraio:*** S. Maria sopra

Minerva. - S. Gioacchino in Prati. — ***Mercoledì S febbraio:*** S. Agostino. - S. Camillo. — ***Giovedì 9 febbraio:*** S. Carlo al Corso. - S. Maria della Vittoria. — ***Venerdì 10 febbraio:*** SSmo Nome di Gesù. - S. Maria Immacolata al Quartiere Tiburtino. — ***Sabato 11 febbraio:*** S. Teresa al Corso d'Italia. - S. Francesco a Ripa. — ***Domenica 12 febbraio :*** S. Carlo ai Catinari. - S. Maria Liberatrice al Testaccio.

ELECTIO SUMMI PONTIFICIS

Tribus itaque integris diebus, 3ª, 4ª et 5ª februarii 1922 consultationes et scrutinia Patrum perduravere: tandem die 6ª mensis, quae fuit feria secunda hebdomadae ante Septuagesimam, feliciter in Summum Pontificem electus est Emus ac Rmus Dnus Cardinalis **ACHILLES RATTI**, qui Emo Cardinali Decano, nomine totius Sacri Collegii, requirenti « Acceptasne electionem de te canonice factam in Summum Ponti- « ficem », affirmative respondit. Eidemque iterum percontanti: « Quo- « modo vis vocari », respondit: Pius XI.

De hisce rebus faustissime gestis, illico R. P. D. Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum idemque Protonotarius Apostolicus, Carolus Respighi, instrumentum redegit in hanc formam :

ACTUS ACCEPTATIONIS SUMMI PONTIFICATUS

In nomine Domini. Amen.

Ego Carolus Respighi, Protonotarius Apostolicus et Sanctae Sedis Caeremoniarum Praefectus ex officio rogatus, attestor et omnibus notum facio Eminentissimum et Reverendissimum Dominum ACHILLEM titulo Ss. Silvestri et Martini in Montibus S. R. E. Presbyterum Cardinalem RATTI, Archiepiscopum Mediolanensem, acceptasse electionem canonice de Se factam in Summum Pontificem, Sibique nomen imposuisse : « Pius DECIMUS PRIMUS », ut de hoc publica quaecumque instrumenta confici possint.

Acta haec sunt in Conclavi post obitum fel. rec. Benedicti PP. XV, hac die sexta mensis februarii anno Domini MCMXXH, testibus adhibitis atque rogatis, Rmo Dno Aloisio

Sincero Sacri Collegii Secretario et Rmis DD. Iosepho Tani et Ioanne Baptista Menghini, Apostolicarum Caeremoniarum Magistris.

ALOISIUS SINCERO, *a Secretis S, Collegii.*
Ioseph Tani, *Apost Caerem. Magister.*
Ioannes Bapt. Menghini, *Apost. Caerem. Magister.*

Carolus Respigfii,
Protonotarius Apostolicus, Caerem. Apost. Praefectus.

Papali veste iuxta morem indutus, statim Pontifex apostolicam impertivit benedictionem Emis Cardinalibus, eorumque prima excepit obsequia, vulgo ***adorationem.***

Postea Emus Cardinalis Decanus, Magistris Caeremoniarum comitantibus, anulum piscatorium digito induxit Pontificis, qui illum Praefecto Caeremoniarum tradidit, ad nomen in eo Suum insculpendum.

PROMULGATIO

Interea populo exspectanti, e superiore porticu Basilicae Vaticanae laetissimum praeconium dabat Emus Cardinalis Caietanus Bisleti, Diaconorum prior:

ANNUNTIO VOBIS GAUDIUM MAGNUM, HABEMUS PAPAM EMINENTISSIMUM ET REVERENDISSIMUM DOMINUM ACHILLEM RATTI, QUI SIBI NOMEN IMPOSUIT: PIUS XI.

Immensus inde plausus multitudinis eo vel magis invaluit cum rescitum est mox Pontificem ex eodem loco primam Apostolicam Benedictionem populo esse impertiturum. Ac revera paulo post Summus Pontifex e fenestra porticus in forum prospicienti apparuit, omnibus vehementer conclamantibus. Ubi vero turba intenta conticuit, Pius PP. XI elata firmaque voce benedictionem iuxta Caeremoniale Romanum sollemniter impertivit, et populum laeta acclamatione plaudentem peramanter iterum atque iterum salutavit, antequam in suas se conferret aedes.

Significatum porro ex officio est, per ministerium Excmi Mareschalli Conclavis, Summum Pontificem, hanc primam Benedictionem ad cunctas quotquot sunt gentes et civitates extendisse Animo Suo, tamquam praenuntiam et auspicem universalis exoptatae pacificationis.

RESERATIO CONCLAVIS

Antequam statuta reserationi Conclavis hora advenisset, Emus P. D. Guilelmus tit. S. Clementis S. R. E. Presb. Cardinalis O' Connell, Archiepiscopus Bostoniensis, mox ad Urbem appulsus, vehementer se desiderare professus est ut statim ad Beatissimum Patrem et ad Collegas suos admitteretur. Cuius optatis piissimis factum est satis, ad rem instrumento rogato ut sequitur:

* In nome di Dio. Amen.
Sede Vacante per la seguita morte
della Santa Memoria di Benedetto Papa XV.

Istrumento dell'entrata in Conclave di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Guglielmo O' Connell, Arcivescovo di Boston, il giorno 6 febbraio 1922.

Io Giuseppe Wilpert, Sotto Decano del Collegio dei Protonotarii Apostolici, a richiesta di S. E. il Sig. Principe Don Ludovico Chigi Albani della Rovere, Maresciallo perpetuo di Santa Romana Chiesa, Custode del Conclave, Nobile Patrizio Coscritto Romano, Principe del Sacro Romano Impero, ecc., mi sono recato al Vaticano nella sua presente residenza già di Mons. Maestro di Camera ora assegnata alla prelodata Eccellenza Sua per la custodia del presente Conclave, e che trovasi a metà della scala nuova che conduce al Cortile di S. Damaso.

, Acceduto colà e introdotto nei suoi appartamenti vi ho rinvenuto S. E. il Sig. Principe D. Ludovico Chigi Albani della Rovere, residente ordinariamente nel palazzo della Farnesina, in Via Lungara, N. 230.

Avendo la prelodata Eccellenza Sua avuto avviso che S. E. Revma il Sig. Cardinale Guglielmo 0' Connell, Arcivescovo di Boston, giunto in Roma dopo la chiusura del Conclave sarebbe venuto in questo stesso giorno nella sua Residenza per quindi entrare in Conclave, ha dato le opportune disposizioni per il ricevimento della Eminenza Sua.

Alle ore 14 giunto avviso che la Eminenza Sua era alla porta d'ingresso del Palazzo, FEccmo Sig. Principe è andato ad incontrarla all'ingresso del suo appartamento, ed introdottala insieme al suo Conclavista e ad altre pergone che l'accompagnavano, si è intrattenuto con Sua Eminenza, finché non è giunto avviso che l'Eccmo Sig. Principe era atteso alla porta del Conclave a richiesta degli Eminentissimi Cardinali.

Acceduto S. E. il Sig. Principe colà accompagnato da me infrascritto Sotto Decano del Collegio dei Protonotari Apostolici, dal Rmo Mons. Gio-

vanni Biasiotti, Chierico della R. Camera Apostolica e dal Sig. Bartolomeo Farelli Segretario e Cancelliere della stessa R. Carnera Apostolica, e seguito dalla sua nobile Corte, dal Comandante la truppa Svizzera, e circondato dalle guardie Svizzere, nonché seguito dai testimoni Signor Principe Don Giuseppe Lancellotti e dal Sig. Principe Don Sigismondo Chigi della Rovere, è stato richiesto a nome del S. Collegio di aprire la porta.

Estratta la chiave dalla borsa ed osservata prima attentamente la integrità della chiusura precedente come al rogito del giorno 2 febbraio u. s. ha effettivamente aperta la porta medesima.

Intanto è sopraggiunta colà Sua Eminenza Revma col suo Conclavista.

Scambiatisi doverosi offici fra l'Eminentissimo Card. Camerlengo e Sua Eminenza ora introdotta, nonché con S. E. il Sig. Principe, ha la stessa Eccellenza sua proceduto all'esatta chiusura della porta suddetta.

Esaurita in tal guisa la onorificentissima incombenza del suo officio, l'Eccmo Sig. Principe accompagnato e circondato come sopra si è ricondotto nel suo appartamento portando seco, secondo il costume, la borsa delle chiavi.

Delle quali cose, da me infrascritto Sotto Decano del Collegio dei Protonotari Apostolici vedute ed osservate, ho rogato, ***in solidum*** col Rmo Mons. Giovanni Biasiotti, Chierico della R. Camera Apostolica e col Sig. Bartolomeo Farelli Segretario e Cancelliere della stessa Camera Apostolica, il presente Istromento affinchè sempre ed in ogni futuro tempo ne apparisca la verità.

Atto fatto in Roma nel Palazzo Apostolico nell'appartamento soprindicato di Sua Eccellenza il Sig. Principe, presenti, ecc.

LUDOVICO CHIGI ALBANI DELLA ROVERE, Maresciallo di S. C. e Custode del Conclave.
Bartolomeo Farelli, ***Segr. e Cariceli, della B. C. A.***
Giuseppe Lancellotti, ***teste.***
Sigismondo Chigi della Rovere, ***teste.***

Così è.

Mgr. Giuseppe Wilpert, ***Protonot. Apost, di numero Partie.***
Sac. Aristodemo Pulci, ***Segr. del Coli, dei Proton. Ap. d. n.***

Eminentissimus Pater ingressus laetans se iunxit ceteris Patribus Cardinalibus ad nova obsequia, vulgo secundam ***adorationem,*** quae Beatissimo Patri in Sixtino Sacello horis pomeridianis praestita de more fuere. Quibus peractis, extra et intra clausura Conclavis tollebatur, ad cuius rei gestae memoriam, solemne instrumentum in hanc formam rite exaratum est.

ISTROMENTO DI APERTURA SOLENNE DEL CONCLAVE

In Nome di Dio. Amen.

Sotto il Pontificato di Sua Santità

PIO PP. UNDECIMO

L'anno primo del Pontificato correndo l'Indizione Romana undecima.

11 giorno 6 febbraio millenovecento ventidue.

Io Giuseppe Wilpert, Sotto Decano del Collegio del Protonotari Apostolici, a richiesta di S. E. il sig. Principe D. Ludovico Chigi Albani della Rovere, Maresciallo perpetuo di S. R. Chiesa, Custode del Conclave, Nobile Patrizio Coscritto Romano, Principe del S. R. Impero, ecc., mi sono recato in Vaticano nella sua presente residenza, già di Monsig. Maestro di Camera, ora assegnata alla prelodata Eccellenza Sua per la custodia del presente Conclave, e che trovasi nella Scala nuova che conduce al Cortile di San Damaso.

Acceduto colà e introdotto nei suoi appartamenti vi ho rinvenuto S. Ecc. il Sig Principe D. Ludovico Chigi Albani della Rovere, residente ordinariamente nel suo Palazzo della Farnesina, in via della Lungara, 230.

NePmentre che la prelodata Eccellenza Sua aveva avuto incerto sentore che nello scrutinio di questa mattina erasi eseguita l'elezione del Sommo Pontefice, si è inteso il suono festivo delle campane di S. Pietro e contemporaneamente le acclamazioni del popolo all'annuncio che veniva fatto dall'Emo Card. Gaetano Bisleti sulla loggia principale della facciata della Basilica di S. Pietro, essere stato canonicameute eletto il Sommo Pontefice nella persona del Cardinale ACHILLE RATTI, arcivescovo di Milano.

Contemporaneamente la prelodata Eccellenza Sua ha avuto partecipazione dal Rev. Monsig. Luigi Sincero, Segretario del S. Collegio, che il S. Collegio notificavagli la elezione avvenuta del Supremo Gerarca ed era in seguito avvisata che nel pomeriggio sarebbesi proceduto all'apertura delie porte del Conclave.

Conformemente a ciò l'encomiato Sig. Principe, preceduto dai suoi familiari, accompagnato da me infrascritto Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici, dall'Illmo e Revmo Monsig. Giovanni Biasiotti, Chierico della R. Camera Apostolica e dal sig. Bartolomeo Farelli Segretario e Cancelliere della stessa R. Camera Apostolica, dai Capitani delle Rote, dal Sig. Comm. Costantino Sneider, architetto del Conclave e dai testimoni Eccmi Sig. Principe D. Giuseppe Lancellotti e Sig. Principe D. Sigismondo Chigi della Rovere, unitamente alla sua Corte e ad alcuni uomini della Guardia Svizzera si è avviato alla porta principale dei Conclave.

Acceduto coià e constatata l'integrità della chiusura esterna, con le chiavi che seco portava nella consueta borsa, ha aperto la porta al di fuori, mentre altrettanto opera vasi al di dentro.

Previ ordini dati dall' Eccellenza Sua che niuno penetrasse allora per la porta del Conclave, lasciata colà la sua Guardia Svizzera, Sua Eccellenza seguito da me infrascritto Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici, dal Rev. Monsig. Giovanni Biasiotti, dal sig. Bartolomeo Farelli e dagli altri sunnominati Signori, si è inoltrato nell'interno fino alla porta della Cappella Sistina; e, constatato che la seconda adorazione aveva già avuto luogo, e che il S. Padre e gli Emi Signori Cardinali già erano usciti dalla Cappella Sistina ed erano ritornati nei loro privati appartamenti, lo stesso Sig. Principe Maresciallo seguito dalla sua Corte e dagli altri personaggi, come sopra, si è recato nel provvisorio appartamento di Sua Santità, sito nella seconda loggia, dove già abitava l'Elemosiniere Segreto, ed ivi ha avuto l'onore di essere ricevuto dal Santo Padre, il quale lo ha onorato con indubbi segni di soddisfazione.

Il Sig. Maresciallo ha presentato poi il suo seguito e da ultimo rinnovando l'espressione della sua devozione, è stato ammesso al bacio della mano ed ha ricevuto l'Apostolica Benedizione.

Il prelodato Sig. Principe, accompagnato sempre come sopra dalle Guardie Svizzere, si è restituito nel suo appartamento, da dove ha ringraziato la Guardia suddetta.

Delle quali cose, perchè in ogni tempo ne resti perpetua memoria, io infrascritto Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici ne ho rogato ***in solidum*** col Revmo Monsig. Giovanni Biasiotti, Chierico della R. Camera Apostolica e col Sig. Bartolomeo Farelli, Segretario e Cancelliere della stessa R, Camera Apostolica, il presente istromento ad istanza del prelodato Sig. Principe.

Atto fatto in Roma nel Palazzo Apostolico Vaticano nell'appartamento sopra indicato di S. E. il sig. Principe D. Ludovico Chigi Albani

della Rovere, presenti i già nominati Signori, cioè i Capitani delle Rote, l'Eccellentissimo sig. Principe D. Giuseppe Lancellotti, l'Eccellentissimo sig. Principe D. Sigismondo Chigi della Rovere, quali testimoni.

LUDOVICO Principe CHIGI ALBANI DELLA ROVERE,
Maresciallo di S. G. e Custode del Conclave.

Giovanni Biasiotti, ***Chierico della R. C. Ap.***
Bartolomeo Farelli, ***Segretario e Cancelliere della R. C. A.***
Giuseppe Alessandri, ***Capitano del Conclave.***
Gaetano Senni, ***Capitano del Conclave.***
Filippo Fausto Marucchi, ***Capitano dèi Conclave.***
Enrico Alessandri, ***Capitano del Conclave.***
Giuseppe Lancellotti, ***teste.***
Sigismondo Chigi della Rovere, ***teste.***
Costantino Sneider, ***Architetto.***

Così è.

Mons. Giuseppe Wilpert,
Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici di numero part.

Sac. Aristodemo Pulci,
Segretario del Coli, dei Prot. Ap. d. n. p.

Die 7 februarii, hora 11,30, in Sacello Sixtino, Beatissimus Pater, tertio obedientiam, vulgo ***adorationem,*** Eminentissimorum Patrum Cardinalium excepit, dum chorus hymnum Ambrosianum musicis concentibus efferebat. Recitatis vero ab Emo Card. Vincentio Vannutelli, S. C. Decano, orationibus ***pro gratiarum actione*** et ***pro Pontifice,*** Benedictionem Apostolicam peramanter impertivit, atque, relicta cella ubi tempore Conclavis deguerat, in aulas Pontificias ingressus est.

CORONATIO SUMMI PONTIFICIS

Ad solemnia Coronationis Summi Pontificis congruenter asperitati hyemis aptanda, haec edita est a Praefecto Caeremoniarum Apostolicarum:

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Ssmi D. N. Pii Papae XI Coronationis solemnia in Basilica Vaticana fient Dominica in Septuagésima, die 12 mensis februarii 1922, hora octava cum dimidio.

Emi et Rmi DD, Cardinales, vestibus et calceamentis rubris, ad Paramentorum aulam in prima contignatione Palatii Apostolici accèdent, ut cappas rubras cum pellibus ermellineis assumant.

Deferre iterim facient ad sacellum S. Gregorii, in eadem Basilica, amictum, mitram serico-damascenam, velum pro eadem sustinenda, sacrum paramentum ***coloris albi*** suo Ordini proprium, videlicet: Cardinales Episcopi pluviale ex tela argentea simplici cum formali et superpelliceo; Presbyteri casulam opere phrygio ornatam; Diaconi vero dalmaticam similiter ornatam, et omnes superpelliceum pro Caudatario, qui induetur consueta crocea super vestem violaceam.

RR. DD. Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique in Aula supra porti cum Basilicae cappas seu vestes sibi congruentes assument; et in Basilicam descendentes in sacello S. Sebastiani convenient.

Deferre quoque faciant in sacellum chori: Episcopi amictum, pluviale ex tela argentea et mitram lineam; Abbates (locum in Cappella habentes), amictum, pluviale ex serico damasceno et mitram lineam; Praelati vero, exceptis Protonotariis, superpelliceum.

Ssmus D. N., Cardinalium comitante Collegio, per scalam quae ducit ad sacellum Ssmi Sacramenti in Vaticanam Basilicam descendens, in Sacrario sacra paramenta assumet, et in dicto sacello, Canonicos et Clerum Basilicae ad pedis osculum recipiet. Adorato Venerabili Sacramento in sacello S. Ioseph exposito, sella gestatoria vectus, ad S. Gregorii sacellum accedet, ibique DD. Cardinales ad osculum manus et Episcopos ad osculum pedis excipiet.

Pontificali Benedictione a Ssmo D. N. impertita, DD. Cardinales sacra paramenta induent, Caudatarii superpelliceum et velum pro mitra. Praeter Caudatarium unus vel duo tantum nobiles familiares DD. Cardinales comitabuntur.

Interim in sacello Chori Rmi Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates (locum in Cappella habentes) pluviale; Poenitentiarii Vaticani casulam; Clerici R. C. A., Votantes Signaturae et tres priores sacrae R. Rotae Auditores superpelliceum assument. Ex iisdem Auditoribus, qui Subdiaconi munere fungetur paramenta in ipso Gregoriano sacello, ceteri amictum et tunicellam in eodem Choro, ubi et pluvialia alba Sacri Consistorii Advocati, assument.

Decanus Signaturae Votantium moneat septem ex suis collegis, qui in Acolythorum officio ministrent; moneat quoque octo ex Referendariis, qui, induti rocchetto sub mantelletto, praesto sint ut baldachini hastas supra Pontificem in supplicatione ab eodem sacello ad altare maius sustineant, quas post Missam usque ad sacellum B. M. V. Perdolentis défèrent.

Cantata hora Nona et reliquis de more peractis, processionali ordine, ad altare SS. Apostolorum Pontifex deferetur.

Post Confessionem DD. tres Cardinales Episcopi priores orationes super Pontificem recitabunt. Thurificatione peracta, Pontifici in Solio sedenti, DD. Cardinales, pedem, manum et faciem osculando, obedientiam praestabunt: Episcopi ad pedis et genu, Abbates et Poenitentiarii autem ad pedis tantum osculum admittentur.

Missa absoluta, supra eminens suggestum ante confessionem B. Petri a Cardinali Diacono Priore Pontifex solemniter coronabitur; Benedictionem solemnem impertietur, et Plenariam Indulgentiam elargietur.

Emi DD. Cardinales in B. M. V. Perdolentis sacello cappas reassument, ibique, Summo Pontifici pontificalibus indumentis exuto, Eminentissimus Decanus, totius Sacri Collegii nomine, fausta feliciaque augurabitur.

Intimentur itaque omnes singuli Emi ac Rmi DD. S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi tam Solio assistentes quam non assistentes, Vicecamerarius, Princeps Solii, Auditor R. C. A., Antistes Pont. Domui praepositus, Magnus Magister Sacri Hospitii, Protonotarii Apostolici, Abbates et Generales Ordinum mendicantium (locum in Cappella habentes), S. R. Rotae Auditores, R. C. A. Clerici, Signaturae Votantes, Sacrae Consistorialis Aulae Advocati, Poenitentiarii Vaticanae Basilicae, Procuratores tam Ordinum regularium quam Sacri Palatii Apostolici, Cubicularii et Officiales ceterique intimari soliti.

De mandato Sanctissimi D. N. Papae

CAROLUS RESPIOHT,
Proton. Apost., Caerem. Praefectus.

Ritu splendidissime absoluto, Emus ac Rmus Card. Vannutelli S. Collegii Decanus, Purpuratorum Patrum Senatus omina et vota nobilissimis hisce verbis expromit:

Beatissime Pater,

Dignetur Sanctitas Vestra fausta hac die Vestrae in Petri Cathedram exaltationis, Cardinalium gratulationes et vota benigne excipere, quae, totius Sacri Collegii nomine, laeto animo Cardinalis Decanus porrigere gestit.

Laetamur equidem cum orbe universo eum ad supremam Pontificis dignitatem evectum esse, cuius electio et divinae Maiestati grata, et Ecclesiae regimini salubris, et Iesu Christi regno in terris dilatando apprime apta videatur.

Id prae monstrari tum assumptum a Te nomen Tuae consonum pietati, tum larga illa donorum copia qua Te divina benignitas ditavit. Accedunt eximia merita, quae constanti studio et labore in Religionis defensionem et ecclesiasticae disciplinae observantiam, historicis documentis perquisitis, libris editis, difficillimis muneribus perfunctus, Tibi comparasti.

Divi Ambrosii et Caroli Borromaei spiritu imbutus iam agnoscebaris cum ad insignem Mediolanensem Sedem missus fuisti: sed tam cito illi bonum Pastorem te ostendisti, ut quasi raptim, sed Deo sic disponente, ad pascendum altiore de loco Iesu Christi gregem fueris assumptus.

Diu nunc ac prospere, omnium Pater et Magister, in Petri Sede maneas, prout populi nobiscum Ominantur, Sanctae Sedis salutarem actionem, perturbatio hisce temporibus, experti ac in illam confisi.

Heres magnanimitatis Pii IX, sapientiae Leonis XIII, firmitatis Pii»X, Benedicti XV charitatis, faxit Deus ut Undecimus Pius verae pacis instaurationem assequatur,,cui operi tam impense amanterque Benedictus adlaboravit, atque ita Christus in Suo Vicario magis magisque inter gentes honorificetur.

Velis interim, Beatissime Pater, peculiaris Benedictionis Apostolicae dono Sacrum Collegium universum recreare, quo ftet ut ad Sanctitatis Vestrae latus, eiusque ductu, gravibus suis muneribus alacriter utiliterque respondeat.

Ad haec Beatissimus Pater peramanter ita respondit:

Pro iis quae tam humaniter, tam pie, tam religiose, nomine non solum tuo verum etiam omnium Purpuratorum Patrum, eminentissime et colendissime Domine, dixisti, gratias tibi et toti purpurato Collegio quam maximas et ago et habeo.

Vestrae enim in me tam grandis caritatis et pietatis aeternum memor aeternumque gratus ero.

Faxit Deus ut vota quae in Ecclesiae bonum, in salutem animarum inque pacificationem gentium et populorum promebas, quam ditissime impleantur.

Utinam autem adsit mihi spiritus verae et magnae illius sanctitatis quae in Ambrosio et Carolo tam magnifice claruit; utinam adsit etiam, una cum spiritu, sapientiae quo Leo XIII polluit, spiritus ille christianae tum in Deum tum in homines pietatis cuius in utroque Pio tantus et tam' beneficus fuit splendor.

Cuna enim haec omnia ad conciliandam apud Deum et homines gratiam maxime valeant, tum eo ipso per quam aptissima sunt ad persequendum perficiendumque illud universalis pacificationis opus, in quo Benedicti Papae XV, Patris desideratissimi, meritum maximum et gloria praecipua fuit manetque.

Interim quaecumque fausta, quaecumque prospera, quaecumque fortunata det tibi totique Purpuratorum Collegio et universae Ecclesiae benedictus Deus, sicut indignissimus Vicarius eius benedicens rogat-,

Denique, cum Beatissimus Pater ad suas rediturus Aedes, ab Eminentissimo Patre Cardinali Sacri Collegii Decano edoctus fuisset, ingentissimam multitudinem in foro adhuc praesentiam Pastoris et Magistri sui inexplebili cupiditate desiderare, licet hora serior esset, in transitu, èx fenestra porticus superioris Basilicae in forum prospicienti, se conspectui dare ac Benedictionem Suam super populum maxima laetitia gestientem et ovantem, paterno nutu et animo iterare dignatus est.

SSMI DOMINI NOSTRI PII PP. XI

CURRICULUM VITAE

Natus in oppido ***Desio*** archid. Mediolanensis	die	31	maii	1857
Sacerdotio auctus Romae	die	20	decembris	T879
In Doctores Bibliothecae Ambrosianae adscitus Mediolani	mense		novembri	1888
Eiusdem Bibliothecae Praeses electus . .	mense		martio	1907
Praelatus Domesticus renunciatum. . . .	e	6	martii	1907
Praeses Bibliothecae Apostolicae Vaticanae	e	1	septembris	1914
Canonicus patriarchalis Basilicae Vaticanae	die	14	»	1914
Protonotarius Apostolicus supra numerum	e	28	octobris	1914
Deputatus in Visitatorem Apostolicum Poloniae et finitimarum regionum	die	25	aprilis	
Nuntius Sedis Apostolicae in Polonia .	die	6	iunii	1919
Archiepiscopus Naupactensis publicatus in Gon sistorio	die	3	iulii	1919
— Consecratus Varsaviae	die	28	octobris	1919
Archiepiscopus Adanensis	die	19	aprilis	1921
S. R. E. Cardinalis tit. Ss. Silvestri et Martini in Montibus creatus et publicatus in Consistorio	die	13	iunii	1921
Archiepiscopus Mediolanensis	die	13	»	1921
Ad Summum Pontificatum electus	die	6	februarii	1922
Solemniter coronate	die	12	»	1922

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA POENITENTIABIA APOSTOLICA

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

INDULGENTIAE APOSTOLICAE

QUAS SSiVÌUS D. N. PIUS PP, XI IN AUDIENTIA D. CARD. MAIORI POENITENTIARIO IMPERTITA DIE 17 FEBRUARII 1922 LARGITUS EST.

Monita

1. Res aptae ad recipiendam benedictionem pro Indulgentiis Apostolicis lucrandis sunt tantummodo coronae, rosaría, cruces, crucifixi, parvae statuae, numismata, dummodo non sint ex stanno, plumbo, vitro aliave simili materia, quae facile confringi vel consumi possit.

2. imagines Sanctorum alios ne repraesentent quam rite canonizatos vel in probatis martyrologiis relatos.

3. Ut quis valeat Indulgentias Apostolicas lucrari necesse est ut aliquam ex rebus benedictis ab ipso Summo Pontifice, vel a sacerdote facultate praedito, super se deferat aut in domo sua decenter retineat.

4. Ex expressa SS. Domini nostri declaratione, per Apostolicarum indulgentiarum concessionem nullatenus derogatur Indulgentiis a Summis Pontificibus iam alias forte concessis pro precibus, piis exercitiis Tel operibus infra recensendis.

Indulgentiae

1. Quisquis saltem semel in hebdomada recitare consueverit coronam Dominicam, vel aliquam ex coronis B. Mariae Virginis, vel rosarium aut saltem eius tertiam partem, rei divinum officium, vel officium parvum eiusdem B. Mariae Virginis, vel integrum officium Defunctorum aut saltem vesperas aut nocturnum cum laudibus, vel psalmos poenitentiae aut graduales, vel consueverit in ecclesia christianam catechesim tradere, aut domi illam suos filios, propinquos vel famulos docere, vel in carceribus detentos aut aegrotantes in nosocomiis misericorditer invisere, vel pauperibus quomodocumque opitulari, vel Missae interesse eam ve, si fuerit sacerdos, celebrare, servatis solitis conditionibus confessionis sacramentalis, sanctae Communionis et alicuius orationis ad mentem Summi Pontificis, lucrabitur Indulgentiam plenariam diebus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, SS. Trinitatis, Corporis Domini eiusdemque SS. Cordis; Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et immaculatae Conceptionis

B. Mariae Virginis; Nativitatis S. Ioannis Baptistae; utriusque festi S. losepk Sponsi B. Mariae Virginis; Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Philippi et Iacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Iudae, Matthiae, atque Omnium Sanctorum.

%. Si quis vero ad sacramentalem confessionem ac ad sanctam Communionem minime accesserit, corde tamen contritus ad mentem Summi Pontificis aliquantisper precatus fuerit, singulis diebus supra recensitis necnon aliis festis Domini et B. Mariae Virginis, Indulgentiam lucrabitur septem annorum totidemque quadragenarum; diebus Dominicis ceterisque per annum festis de praecepto, indulgentiam quinque annorum totidemque quadragenarum; quovis, demum, alio anni die, Indulgentiam trecentorum dierum.

3. Insuper quisquis, aliquod, ex praedictis pietatis vel charitatis operibus expleverit, quoties id peregerit, quingentarum dierum Indulgentiam acquiret.

4. Quisquis ad aeris campani signum sive mane, sive meridie, sive vespere orationem vulgo ***Angelus Domini,*** tempore autem paschali ***Regina caeli,*** aut, eas ignorans, semel ***Pater noster*** eum ***Ave Maria;*** itemque sub primam noctis horam, edito pro Defunctorum suffragio campanae signo, psalmum ***De profundis*** vel, si eum nesciat, ***Pater noster*** cum ***Ave Maria*** recitaverit, acquiret Indulgentiam centum dierum.

5. Eandem Indulgentiam acquiret qui quavis feria sexta de Passione et morte D. N. Iesu Christi aliquantulum pie cogitaverit terque Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam devote recitaverit.

6. Qui suam conscientiam excusserit et peccata sua sincere detestato fuerit cum proposito se emendandi, devoteque recitaverit ***Pater noster, Ave Maria*** et ***Gloria Patri*** in honorem Ssmae Trinitatis, aut in memoriam Quinque Vulnerum D. N. Iesu Christi, .consequetur Indulgentiam trecentorum dierum.

7. Quisquis pro fidelibus oraverit qui sunt in transitu vitae, vel saltem pro iis semel dixerit ***Pater noster*** cum ***Ave Maria,*** centum dierum Indulgentiam lucrabitur.

8. Quisquis, demum, in mortis articulo constitutus, animam suam devote Deo commendaverit et, iuxta instructionem fel. rec. Benedicti XIV in Const. quae incipit ***Pia mater*** 5 aprilis 1747, paratum se exhibuerit obsequenti animo mortem, a Deo opperiri, et vere poenitens, confessus ac S. Communione refectus vel, si id nequiverit, saltem contritus invocaveri t corde, si labiis sit impeditus, Ssmum nomen Iesu, plenariam Indulgentiam consequetur.

Datum Romae, ex S. Poenitentiaria Apostolica, die 17 februarii *\9°2%*

Bernardus Colombo, ***S.*** P. ***Regens.***

L. © S..

Io. Bapt. Menghini, ***Substitutus..***

Annus XIV - Vol. XIV 15 Martii 1922 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

MOTU PROPRIO

9E PRAESCRIPTIONIBUS CONSTITUTIONIS PIANAE « VACANTE SEDE APOSTOLICA» ALIQUA EX PARTE INNOVANDIS.

PIUS PP. XI

Cum proxime ex occasione Conclavis, in quo, arcano Dei providentis consilio, ad catholicae Ecclesiae principatum, nullis Nostris meritis, evecti sumus, omnia, quae ad Apostolicam Sedem vacantem et ad Romani Pontificis electionem pertinent, ad praescripta dirigerentur Constitutionis Apostolicae, quam s. m. decessor Noster Pius X die xxv mensis decembris an. MCMIV ediderat, ipsi -VV. FF. NN. S. R. E. Cardinales in coetibus cotidie habitis, qui Congregationes generales praeparatoriae vocantur, optare se significarunt, ut posthac aliquod eius Constitutionis caput sic mutaretur, quemadmodum rerum temporumque ratio postularet. Itaque, re attente perpensa, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Motu proprio ac certa scientia, haec, quae sequuntur, decernimus atque edicimus :

I. Derogantes iis, quae in Constitutione Pii X *Vacante Sede Apostolica* tit. II, cap. i, n. 33 praescribuntur, ut Cardinalibus, qui longius absunt, fiat Urbem tempore adeundi

facultas, decem dierum moram, quae, post diem obitus Summi Pontificis, ad Conclave ineundum dabatur, ad quindecim solidos dies prorogamus; praetereaque Sacro Cardinalium Conlegio potestatem facimus ingressus in Conclave etiam per alios duos tresve dies proferendi, ea tamen lege, ut decem et octo ad summum* diebus elapsis, Cardinales, quotquot praesentes aderunt, statim Conclave ingrediantur et ad electionis negotium procedant. Quod vero attinet ad novendialia, servatis iis quae in memoratae Constitutionis tit. I, cap. v, n. 26 leguntur de exsequiis, tribus postremis diebus, sollemniore ritu persolvendis, Cardinales, in primo eorum conventu, praefinient dies, quibus sex priora habenda sint.

II. Quod in eadem Constitutione decernitur tit. II,, cap. n, n. 38, ita volumus observari, ut cuilibet Cardinali,, quamvis liberum sit duobus servientibus, clericis, vel laicis, vel uno clerico et uno laico uti, liceat tamen unum solum eumque laicum in Conclave secum adducere. Quod vero additur de servientibus Cardinali infirmo concedendis, id omnino immutatum esto.

III. Legem, quae de Communione a Cardinalibus facienda habetur in Piana illa Constitutione tit. II, cap. v, n. 54, sic novamus, ut liceat cuilibet Cardinali sacrum facere ; qui vero, quavis de causa, se a sacro peragendo abstinuerim is in designato sacello et consueta Missa ad sacram Synaxim accedat.

Iubemus autem Nostras has Litteras Motu proprio datas legi coram omnibus S. R. E. Cardinalibus praesentibus, in prima Congregatione generali, quae post obitum Summi Pontificis habebitur. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die i mensis Martii, an. MCMxxii, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

CUSTODIA ET PROCURATIO SANCTUARII B. M. V. AD RUPES ET CONTINENTIUM AEDIUM, IN DIOECESI NEPESINA, DENUO COMMITTITUR MINORIBUS E PROVINCIA SAXONIAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctuarium B. Mariae Virginis ad Rupes, quod valli Suppentoniae, haud ita procul a Nepesina urbe, impendet, et a finitimis populis celebratur, praesertim ex quo pius illius solitudinis incola Iosephus Andreas Rodius, cum S. Benedicto Iosepho Labre conìunctissimus, gradibus et fornice in vivo saxo manu ipsius sua, cotidiano quattuordecim annorum labore, effossis, viam ad specum in media rupe situm munivit, fel. rec. decessores Nostri Leo* XIII et Pius X cum cordi haberent quam maxime, augendum eius decus utilitatesque peregrinorum, illuc magno numero confluentium, provehendas quoquo pacto curaverunt. Alter enim vetustae cryptae custodiam curamque Franciscalibus Provinciae Saxoniae a S. Cruce demandavit; alter non modo Sanctuarium continentesque aedes Basilicae minoris titulo ac privilegiis honestavit, declaravitque in bonis censeri Apostolicae Sedis, sed etiam decrevit, eorundem locorum sacrorum custodiam et procurationem ad Minores ex ea Provincia in perpetuum pertinere, ita tamen ut Provinciae Minister in custodia illa ac procuratione gerenda Apostolicae Sedis vice fungeretur. Sed cum, anno MCMXvr, Provinciae Minorum Saxonicae Minister, ob mutatas ex bello rerum condiciones, Basilicae, coenobii atque ecclesiae regimen, de consensu Pontificis, abdicasset, idem proximus fel. rec. decessor Noster Benedictus XV putavit rem se tempestivam facturum, si in illius locum, munus et iura ipsum Ministrum Ordinis Generalem suffecisset, et Sanctuarium reliquasque sacras aedes, quae in huius veluti corpore inhaerent, eiusdem Ministri Generalis, tanquam procuratoris Apostolicae Sedis, iurisdictioni proxime atque immediate subiecisset. Quod quidem fecit, datis Motu proprio Litteris die xix mensis septembris eo ipso anno; Franciscalibus vero Saxonibus in patriam reversis, in coenobio ad Rupes religiosi viri a Praeposito Ordinis delecti sedem constituerunt, qui Sanctuarium custodirent et divino cultui prospicerent. Res se ita habuerunt continuo quinque horum annorum spatio. Verumtamen, cum, bello restincto, iam nihil obsit quominus Franciscales e Saxonia denuo

Sanctuarii curam suscipiant, quod, eorum potissimum opera, pietatis popularis, quasi quoddam centrum per eam regionem effectum est; cumque praeterea magno eorum desiderio vicini oppidi cives teneantur, utpote qui, Coenobio propiores, spiritualium beneficiorum copiam pi o-fecto largiorem acceperint; rei in pristinum statum restituendae consilium, a proximo fel. rec. decessore Nostro initum luctuosissimoque eius obitu interceptum, ad effectum adducere libenter maturamus. Itaque his Litteris, auctoritate Nostra, derogantes, ad priorem partem quod attinet, iis quae statuta sunt Motu proprio die xix mensis septembris anni **MCMXVI**, custodiam ac procurationem Sanctuarii B. Mariae Virginis ad Rupes, Coenobii et reliquarum sacrarum aedium, quae veluti unum corpus efficiunt, denuo Minoribus e Provincia Saxoniae a S. Cruce nuncupata committimus, hac lege ut illius Provinciae Minister in ea custodia ac procuratione gerenda, ut antea, Apostolicae Sedis vice fungatur, salva tamen Praepositi Ordinis iurisdictione.

Atque haec volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XX** mensis februarii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD VIRUM PRINCIPEM CAMILLUM FRANCISCUM MASSIMO*. DE SOLEMNIIS TER SAECULARIBUS SANCTO PH1LIPPO NERIO DECRETIS.[1]

Signor Principe,

Se a codesto illustre Comitato Romano per le feste del terzo centenario dalla canonizzazione di san Filippo Neri fu tanto opportunamente diretta una parola d'incoraggiamento e di encomio dall'immortale Nostro predecessore Benedetto XV, di v. m., non è men giusto che eguali sentimenti di paterna soddisfazione e di ' legittima gioia si esprimano da Noi che - trasferiti per divina Provvidenza a questa Cattedra di san Pietro dalla sede di san Carlo e di Federico Borromeo, legati ambedue da tenerissimi vincoli con l'Apostolo di Roma - veniamo ad

[1] De eodem argumento, cfr. infra, p. 152.

avere verso lo stesso apostolo un titolo di particolare venerazione. Perciò non meno del compianto Pontefice, chiamato dal Signore a solennizzare la faustissima ricorrenza fra il tripudio degli angeli, Ci compiacciamo del pio e lieto avvenimento tre volte secolare, e Ci congratuliamo non solo del programma con cui il Comitato Romano intende farne solenne e degna commemorazione, ma dello zelo col quale esso va traducendosi in atto per mettere in piena luce l'umile e grande figura del glorioso maestro e padre della romana gioventù, nel quale si congiunsero, in mirabile e quasi soprannaturale armonia, la severa e rigorosa austerità dell'asceta con la più dolce e soave amabilità e carità evangelica. Ben di cuore pertanto facciamo voti che i prossimi festeggiamenti, raccogliendo intorno all'urna del Santo, circonfusa di novella gloria e di novello splendore, tutto il popolo di Roma ed in primo luogo le balde schiere della cattolica gioventù, segnino, quasi pietra miliare nella storia gloriosa di quest'alma Città, un efficace e potente risveglio di pietà e di fede, in particolar modo divengano essi, per l'efficace intercessione di questo grande amico di pio e degli uomini, un forte argine al dilagare di quella corruttela e miscredenza che il flagello della guerra ha lasciato in triste retaggio, e siano alla tribolata umanità l'aurora di quella pace vera e duratura che poggia soltanto sulla vita veramente e interamente cristiana. Con tale augurio Noi imploriamo da Dio l'abbondanza dei celesti favori sull'intero Comitato Romano, ed in auspicio dei medesimi impartiamo con particolare paterno affetto l'apostolica benedizione a Lei, signor Principe, lustro ed anima del Comitato, ai singoli componenti del medesimo, ai benemeriti Padri Filippini, ai membri dell'Oratorio secolare della Chiesa Nuova e a tutte quelle pie persone che in qualsivoglia maniera contribuiranno a glorificar Dio nella esaltazione del glorioso atleta della fede e della carità, san Filippo Neri.

Dal Vaticano, li 8 marzo 1922.

PIUS PP. XI

ACTA BENEDICTI PP.. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

INDULGENTIIS AUGETUR PIUM SODALITIUM SANCTAE UNIONIS EUCHARISTICAE REPARATRICIS IN CIVITATE MEDIOLANENSI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Refert ad Nos Procurator generalis Carmelitarum Excalceatorum iam inde ab anno **MCMXIV**, auctore dilecto filio Paschale Gatti, professo Tertii Ordinis saecularis B. Mariae Virginis a Monte Carmelo et S. Teresiae a Iesu, et probante Episcopo Cardinali, Albana in civitate, Piam fidelium Unionem initam fuisse titulo ***Sanctae Unionis Eucharisticae reparatricis*** potissimum ad finem promovendi frequentiam Communionum et orandi atque expiandi iuxta Nostram et Romani Pontificis mentem. Nos Ipsi frugiferam Unionem die prima mensis iulii superioris anni suprema auctoritate probavimus, eamque Carmelitarum Ordini credidimus, praesertim- Archiconfraternitati sancti Foederis Eucharistici, quae Mediolani in ecclesia ad Ssmi Corporis Domini sedem habet; eandemque Unionem in ea ipsa Ecclesia dilectus filius Noster Achilles Ratti, Cardinalis Archiepiscopus Mediolanensis, canonice erexit propriisque munivit legibus. Nunc autem cum enixae Nobis preces adhibitae sint, ut Unioni eidem peculiares nonnullas de thesauro Ecclesiae Nobis divinitus commisso indulgentias largiri de Apostolica Nostra benignitate dignemur; Nos, quibus memoratae Unionis incrementum maxime cordi est, optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, audito dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis nunc et in posterum exsistentibus Promotori generali, zelatoribus et sociis inscriptis atque inscribendis in ***Sancta Unione Eucharistica reparatrice*** quoties sacram synaxim percipiant in spiritu reparationis et ad mentem Summi Pontificis, plenariam ; itemque si singulis annis, Nativitatis Uomini Nostri Iesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Domini, nec non Immaculatae Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis et Assumptionis Beatae

Mariae Virginis Deiparae festis diebus, vere poenitentes et confessi ac sacra Communione refecti, propriam Unionis ecclesiam, si habeant, secus cuiusque curialem, a medietate diei praecedentis ad mediam usque noctem respectivae festivitatis visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo die iniuncta pietatis opera impleant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Zelatoribus autem ac zelatricibus dictae Piae unionis, quoties aliquem fidelem in Unionem ipsam inscribendum curaverint, iisdemque et reliquis inscriptis, quoties vel ad modestiam servandam in vestibus, in verbis et in operibus aliquem hortati fuerint, aut quovis modo offensionem in Deum impediverint, vel aegrotum ad Ecclesiae Sacramenta excipienda invitaverint, toties de poenalium numero in forma Ecclesiae solita quinque annos expungimus. Promotori autem generali et zelatoribus sacerdotibus dictae Piae Unionis veniam impertimur, ex qua ipsi extra Urbem cruces, sacra numismata, coronas precatorias et parvas Domini Nostri Iesu Christi, Beatae Virginis et Sanctorum ex metallo statuas, sub unico Crucis signo servatisque servandis, in forma Ecclesiae solita benedicere queant cum applicatione indulgentiarum quae numerantur in elencho per typos edito sub die v mensis septembris anno **MGMXIV**, non exclusis, quod ad rosaría et coronas precatorias, indulgentiis a S. Birgitta nuncupatis et aliis quae a Patribus Crucigeris appellantur. Iisdem quoque Promotori generali et zelatoribus sacerdotibus, dummodo ad sacramentales confessiones excipiendas sint probati, veniam facimus, unico pariter Crucis signo, benedicendi Crucifixis, iisque applicandi plenariam indulgentiam, a quocumque ex fidelibus in mortis articulo constitutis lucrandam, ad normam decreti Supremae S. Officii Congregationis die x mensis iunii anno MGMXIV dati. Ad haec indulgemus, ut Missae quae ad quodlibet cuiusque ecclesiae altare rite per quemvis sacerdotem adprobatum saecularem, seu, de Superiorum suorum licentia, regularem, celebrabuntur pro anima Promotoris generalis, zelatorum, zelatricum et sociorum enunciatae unionis, ei animae pro qua celebratae fuerint perinde suffragentur ac si fuissent ad privilegiatum altare peractae. Tandem largimur* ut Promotor generalis et zelatores sacerdotes pro tempore exsistentes quater in hebdomada altaris privilegiati indulto gaudeant. Porro permittimus, ut, exclusa plenaria in mortis articulo lucranda indulgentia, Promotori generali, zelatoribus, zelatricibus, sociisque universis liceat plenariis supradictis ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque, si malint, expiare.

Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII decembris MCMXXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD VIRUM PRINCIPEM CAMILLUM FRANCISCUM MASSIMO: DE SOLEMNIIS DECRETIS SANCTO PHILIPPO NERIO, TERTIO PLENO SAECULO EX QUO IN ALBUM SANCTORUM RELATUS EST.

Signor Principe,

Con particolare soddisfazione del Nostro animo abbiamo appreso che i Padri Filippini e l'Oratorio secolare della Chiesa Nuova si apprestano a celebrare solennemente il terzo centenario dalla canonizzazione di san Filippo Neri, e che hanno affidato ad un Comitato, di cui Ella è benemerito Presidente, il compito di promuovere tale celebrazione.

Molto opportuno Ci è sembrato il programma di rendere memorabile la fausta ricorrenza, più che con la pompa dei festeggiamenti, con l'efficacia di manifestazioni e di opere che mirino a ritemprare, sull'esempio di san Filippo, la fede e le virtù cristiane.

Noi vogliamo sperare che in tale maniera rifulgerà di nuova luce la mite figura del grande Apostolo di Roma, il quale seppe congiungere alla santità più austera l'amabilità disinvolta ed il sorriso della festevolezza. Speriamo soprattutto che si riaccenda in mezzo ai giovani il fervore da lui acceso quando li conduceva alla visita ed all'assistenza degli infermi negli ospedali, al catechismo dei fanciulli e degli operai, e sulle tombe dei martiri, e quando, a chi gli auspicava gli onori della terra, egli rispondeva guardando il cielo: « Paradiso, paradiso! ».

Se per tutti i romani tornerà grato che si rievochino questi cari ricordi, molto più' ciò torna gradito a Noi, che amiamo con speciale affetto quest'alma città di Roma, dal cui episcopato Ci deriva la suprema autorità, che, per quanto immeritevoli, rivestiamo.

Perciò ben volentieri, signor Principe, mettiamo a sua disposizione la Nostra offerta per concorrere alle spese della nuova urna, che, nella presente occasione, si è stabilito di fare con l'obolo dei fedeli, per custodire più degnamente il caro deposito delle spoglie mortali del Santo. Ed a questa sacra urna verremo in spirito pellegrinando coi Nostri figli per implorare da Dio, nella diffìcile ora che volge, su questa Nostra città i divini favori.

Intanto Ci è grato d'impartire a lei, signor Principe, ai Padri Filippini, ai membri del Gomitato e dell'Oratorio secolare della Chiesa Nuova, l'apostolica benedizione.

Dal Vaticano, 24 novembre 1921.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD E.MUM P. D. AUGUSTUM TITULO SANCTAE CAECILIAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM SILJ: DE HOSPITIO FILIABUS CARCERE DETENTORUM IN VALLE POMPEIA EXCITANDO,

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Datis hodierna die litteris ad dilectum filium Bartholum Longo, probari Nobis significavimus consilium ab ipso initum hospitalis excitandae domus in Valle Pompeia filiabus carcere detentorum excipiendis. Iamvero hoc ipsum hospitium, sicut cetera opera Pompeiana, obtineat volumus pontificalis instituti dignitatem ; ita quidem ut Delegationis Pontificiae, quam * Nos sacrae aedi adiunctisque beneficentiae operibus proposuimus, illud auspicio ductuque condatur, conditumque ab eadem Delegatione et regatur et administretur. Nec dubium est quin vir egregius primus omnium capturus sit de hoc praescripto Nostro voluptatem, utpote qui, horum operum decori simulque perennitati et incremento prospiciendi causa, anno MCMVI eadem in possessionem Apostolicae Sedis transtulerit. Quae res quantae fuerit opportunitatis ex eo perspici licet quod, his vix exactis quindecim annis, Pompeiana opera, Nostrae Delegationis sollertia, mirandum in modum profecerunt. Nam, ut praecipua quaedam attingamus, commemorare libet et alumnorum ex utroque sexu triplicatum fere numerum, et hospitium pro filiis vinctorum ingenti molitione auctum; et officinas variis artificiis ab alumnis exercendis innovatas; et orphanotrophium puellarum atque aedificia Basilicae continentia valde

amplificata; et scholas pueris Pompeianis apertas, itemque alia plura rei sociali iuvàndae instituta; et speculam sismieo-meteorologicam conditam, eamque omni instrumento locupletatam ; et domum sacerdotum Basilicae sacra procurantium exstructam ; denique turrim campanariam magnae molis ex vario marmore, iussu Decessoris Nostri f. r. Pii X in Christi Redemptoris honorem inchoatam multumque iam provectam, quam quidem quantocius absolvi cupimus, eo magis quod ex ruinis Pompeiorum veterum assurgens, omnibus ostendet quam magnifice christiana religio de idolorum cultu triumpharit.

Itaque cum de his omnibus vehementer gaudemus tibique gratulamur ex animo, tum fore confidimus ut Delegatio Pontificia, cui tu pro tua officii conscientia egregie praees, id quoque novum opus omni cura prosequatur, tenuiores puellas levando earumque animos ad christianam virtutem fingendo.

Quam quidem ad rem, opportunum a Deo auxilium precati in caelestium munerum auspicium, itemque ut paternae benevolentiae Nostrae pignus, tibi, dilecte fili Noster, ceterisque apud sacram aedem et coniuncta opera elaborantibus, in primis vero potissimis illis adiutoribus tuis dilectis filiis Vincentio Celli et Iosepho De Angelis, quos quidem sacerdotes optimos hic honoris causa nominamus, atque etiam iis omnibus qui charitatis stipem ad Pompeianam Nostram Delegationem mittentes, institutum novum iuvabunt, apostolicam benedictionem effuso animo in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die v mensis decembris anno **MCMXXI**, Pontificatus Nostri octavo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD EGREGIUM VIRUM BARTHOLUM LONGO, DE EODEM ARGUMENTO

Diletto figlio. — Con benevolenza del tutto paterna abbiamo accolto il reverente omaggio delle sue pubblicazioni: ***Vie meravigliose della Provvidenza*** e ***11 Rosario e la Nuova Pompei,*** l'una delle quali commemora opportunamente il trentesimo anno dell'Ospizio Educativo per i figli dei carcerati, e l'altra dà l'annunzio ed-iì programma di una nuova istituzione, che della prima è corona e compimento e che consiste nella fondazione di un asilo e luogo di educazione per le povere figlie dei

detenuti. Con questa opera Ella desidera concretare finalmente un disegno vagheggiato da lungo tempo e la cui attuazione costituirebbe un novello trionfo della cristiana carità ed insieme un tratto della divina clemenza, perchè le sarebbe riservato il conforto di poter iniziare, all'età di ottanta anni, un'opera destinata a salvare tante infelici fanciulle, la cui innocenza trovasi esposta ai più gravi pericoli. Noi ce ne rallegriamo vivamente con Lei e ne volgiamo un inno di ringraziamento alla misericordia del Signore, ma in pari tempo Le facciamo l'augurio che il buon Dio Le riserbi il conforto anche maggiore, di poter salutare, come Falba, così il pieno meriggio del nascente Istituto. Per la prosperità e per l'incremento del quale formiamo fin d'ora i più ardenti voti, mentre confidiamo che la divina Provvidenza, la quale ha fatto sorgere nella gloriosa Valle di Pompei, mercè la generosità dei fedeli, il magnifico Santuario mariano e le molteplici opere di beneficenza che lo circondano in quella guisa che le stelle coronano il capo della Vergine santa, voglia anche sovvenire largamente alla nuova provvidenziale impresa. Frattanto, in auspicio dei celesti aiuti, Noi impartiamo di tutto cuore l'apostolica benedizione a Lei, diletto figlio, alla non meno diletta di Lei consorte la signora contessa De Fusco, ed a tutti quei pii benefattori che in qualsiasi modo porteranno il loro contributo al sollecito compimento della novella salutare istituzione.

Dato in Roma presso S. Pietro, il 5 dicembre 1921, del Nostro Pontificato anno ottavo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD EGREGIUM VIRUM ALOISIUM OSTER, PRIMARIUM IN GERMANIA SODALITATIS A SANCTA INFANTIA IESU ADMINISTRATOREM, SEPTUAGESIMO QUINTO EXEUNTE ANNO EX QUO IBIDEM PRAEFATA SOCIETAS EST CONSTITUTA.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Iucundum sane nuntium dudum accepimus, sodalitatem scilicet a Sancta Infantia Iesu cotidie magis per Germaniam universam florere, idque praeclara sollertia cum tua, tum ceterorum omnium quos tu habes pii operis socios. Imprimisque non parum charitas Nos affecit catholicorum Germaniae puerorum, qui quidem, quamvis ipsi magna in egestate versarentur, •curam tamen de tot parvulis in tenebris, et umbra mortis sedentibus

habere non desierunt. Profecto preces vel stipem pro sacris missionibus- offerendo iidem optimos se alumnos praebuere pueruli Iesu, qui ob eam causam venit in hunc mundum ***ut salvum faceret quod perierat.*** Neque minore laude ornatos hic volumus viros omnes qui tam salutare opu& provehere istic contendunt: satis compertum est quantum conferat id studium sacrarum missionum ad excitandum in animis adulescentium fidei spiritum ac virtutis ardorem. Itaque non modo de rei catholicae incremento, sed etiam de recta iuventutis institutione hi bene mereri dicendi sunt. Nunc vero, anno exeunte quinto et septuagesimo ex qua feliciter societas ***a sancta Infantia*** in Germania constituta est, vehementer de perceptis fructibus laetati, debitas vobiscum Deo agimus grates, ac precamur ut suis muneribus Iesus infans vos cumulare velit, praecipueque dono pacis veri nominis, quam ipse nascens hominibus bonae voluntatis de caelo deduxit. Quorum bonorum in auspicium itemque ut paternae benevolentiae Nostrae pignus, tibi, dilecte fili,, iisque omnibus qui ad societatem istam quoquo modo pertinent, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **VIII** mensis decembris **MCMxxi,** Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD RR. PP. DD. BASILIUM SUCIU, ARCHIEPISCOPUM ALBAE-TULIENSEM, RAYMUNDUM NETZHAMMER, ARCHIEPISCOPUM BUKARESTIENSEM, CETEROSQUE RUMENIAE EPISCOPOS OBSEQUIOS1S LITTERIS RESPONDENS EX PRIMO EORUMDEM CONVENTU DATIS.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Iucundum sane Nobis accidit litterarum officium quod e conventu Bucarestiensi, coram Legato Nostro nuper habito, communiter ad Nos dedistis: ea enim vos declarastis quae egregia vestra in Iesu Christi Vicarium pietate ac fide digna sunt. Profecto nihil plane utilius esse potest, quam ut saepe Pastores sacri in unum conveniant, quo melius, collatis consiliis, suis dioecesibus, post tantam praesertim rerum omnium conversionem, prospiciant. Itaque magni facimus praeclaram vestram clerique istius sollertiam: quae quidem cum valde, saeviente bello, desudariL, tum, eo confecto, vel latior patet ei campus ut tam magna fidei damna

resarciantur et ad pristinam christianae vitae professionem populus feliciter revocetur. Libentes igitur in partem diligentiae vestrae Nos venimus, quidquid a vobis ad animarum fructum sit consultum approbando; quae coepta ut Deus sua ope fortunet precamur vehementer. Atque caelestium munerum conciliatricem itemque paternae benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles fratres, cunctoque clero et populo unicuique vestrum concredito, apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **xni** mensis decembris **MGMxxi,** Pontificatus Nostri anno octavo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA, CONGREGATIO CONSISTORIALIS

' I

ALBIENSIS

DENOMINATIONES DIOECESIS

. DECRETUM

Castrensem et Vauriensem dioeceses tum vetustate tum Praesulibus, qui illas obtinuerunt, illustres fuisse ecclesiastica docet historia; ex hac enim plane constat utramque sedem erectam fuisse a Ioanne XXII anno MCGCXVII atque inter Pastores nonnullos sacra purpura decoratos exstitisse vel etiam ad Summum Pontificatum evectosuti Clementem VII, usque dum, per conventionem anno MDCCCI cum gubernio Gallico a S. Sede initam, ambae sedes suppressae archidioecesi Albiensi adiectae fuere. Ecclesiae tamen cathedrales adhuc nomine ac splendore clarescunt. Quae cum memoria recoleret hodiernus Archiepiscopus Albiensis, SSmum D. N. Pium PP. XI supplex deprecatus est ut in posterum sua Ecclesia etiam titulis memoratarum Ecclesiarum denominari possit. Sanctitas porro Sua ut aliquod suae paternae benevolentiae pignus ostenderet tum erga Archiepiscopum tum erga clerum et fideles, qui illas civitates incolunt, oblatis precibus annuere dignata est; ideoque de Apostolicae potestatis plenitudine statuit ac decrevit ut posthac Albiensis Ecclesia Castrensi et Vauriensi quoque titulis condecoretur, atque Albiensis, Castrensis et Vauriensis nuncupetur; itemque illius Archiepiscopus Albiensis, Castrensis et Vauriensis audiat.

Super hisce autem idem Beatissimus Pater praesens edi iussit consistoriale decretum perinde valiturum ac si super iisdem Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent.

Contrariis quibusvis non obstantibus etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Consistorialis, die 17 februarii 1922.

Vp.C. CARD. DE LAT, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

L. *B* S.

Aloisius Sincero, ***Adsessor.***

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Pius Pp. XI, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

10 februarii 1922. — Metropolitanae Ecclesiae Olindensi et Recifensi praefecit R. P. D. Michaelem de Lima Valverde, hactenus Episcopum Sanctae Mariae. ,

— Titulari episcopali Ecclesiae Verissensi, R. P. D. Heivetium Gomez de Oliveira, hactenus Episcopum Sancti Aloisii de Maranhâo, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Silverii Gomez Pimenta, Archiepiscopi Mariannensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Siuniensi, R. D. Franciscum Mariam Gonzalez, Canonicum Magistralem cathedralis Zamorensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Francisci Mendoza, Archiepiscopi de Durango.

17 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Eeniensi, R. P. Augustinum Giustiniani, O. F. M., quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Augustini Simeone, Episcopi Adiacensis, cum obligatione residendi in civitate ***Bastia.***

20 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Isiondensi, R. D. Emmanuelem Anatolium Chaptal, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Ludovici S. R. E. Card. Dubois, Archiepiscopi Parisiensis.

22 februarii. — Cathedrali episcopali Ecclesiae Sancti Augustini, R. P. Patritium Barry, antea eiusdem dioecesis Vicarium Generalem.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Germiensi, R. D. Michaelem Sheehan, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Michaelis Kelly, Archiepiscopi Sydneyensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Surensi, R. D. Ioannem Swint, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Patritii Donahue, Episcopi Whelingensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Antipyrgensis, R. D. Hermenegildum Ricci, O. F. M., quem constituit Vicarium Apostolicum Hu-pé occiduo-septentrionalis.

24 februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Glasguensi, R. D. Donaldum Mackintosh, Rectorem Collegii Scottorum in Urbe.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Berythensi, R. P. D. Augustum De Assis, hactenus Episcopum titularem Diocletianopolitanum.

24 februarii 1922.,— Cathedrali Ecclesiae S. Ludovici Potosiensis, R. P. D. Michaelem de la Mora, hactenus Episcopum de Zacatecas.

— Cathedrali Ecclesiae Centumfocensi, R. P. D. Valentinum Zubizzareta, hactenus Episcopum Camagüeyensem.

— Cathedrali Ecclesiae Camagüeyensi, R. D. Henricum Perez Serantes, Vicarium generalem dioeceseos Centumfocensis.

7 *martii.* — Cathedralibus episcopalibus Ecclesiis Terracinensi, Setinae et Privernensi invicem perpetuo unitis, R. P. Salvatorem Baccarini, e Congregatione Resurrectionis D. N. I. C.

— Metropolitanae Ecclesiae Mediolanensi R. P. D. Eugenium Tosi, hactenus Episcopum Andriensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ebronensi R. D. Iordanum Corsini, archipresbyterum Sancti Georgii *in Br aida* Veronae, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Rmi P. D. Bartholomaei S. R. E. Cardinalis Bacilieri, Episcopi Veronensis.

SACKA CONGREGATIO CONCILII

LAUDEN.

CIRCA DONARIA VOTIVA ET ALIENATIONES

DUBIA

Attentis deductis et resolutis in causa Dioecesis N. *Donariorum votivorum,* die 12 iulii 1919 *(A. A. S.,* XI, p. 416), Ordinarius Laudensis ab hac Sacra Congregatione reverenter postulavit infrascriptorum dubiorum solutionem:

I. Utrum ad alienationem rerum utcumque pretiosarum, semper necessarium sit beneplacitum Apostolicum, an possit Ordinarius intra certos summae limites huiusmodi alienationem permittere.

II. Utrum ad alienationem quorumcumque donariorum votivorum requiratur beneplacitum Apostolicum, an possit Ordinarius de eisdem disponere, intra certam summae quantitatem.

III. An ad alienationem donariorum votivorum requiratur beneplacitum Apostolicum, quando ipse oblator donarii in alienationem ultro consentiat.

IV. Utrum mera oblatio doni ad altare vel ad sacram iconem, praesumptionem voti secum ferat, an positive constare debeat donarium ex voto oblatum esse.

V. An in Ordinarii facultate sit, quando Consilium administrationis et Capitulum cathedrale inter se dissentiant, supplere alterutrius consensum, tum in negotio alienationum tum in quovis aequipollenti contractu.

Die 14 ianuarii 1922, Sacra Congregatio Concilii in plenariis Emorum ac Revmorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, perpensis omnibus, respondendum censuit:

Ad 1. Ad Pontificiam Commissionem Codicis pro canonibus authentice interpretandis.

Ad 2. ***Affirmative*** ad primam partem; ***negative*** ad alteram.

Ad 3. ***Affirmative.***

Ad 4. Donarium praesumi votivum nisi de contraria donatoris vel offerentis voluntate aliunde constet.

Ad 5. ***Negative.***

Facta autem de praemissis SSmo Domino Nostro Benedicto PP. XV relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, in Audientia postridie habita, Sanctitas Sua datas resolutiones approbare et confirmare dignata est.

D. C**ARD.** S**BARRETTT,** ***Praefectus.***

L. © S.

I. Mori, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

DECRETUM

DE QUINQUENNALI RELATIONE A RELIGIONIBUS FACIENDA

Sancitum est in Codice iuris canonici, ut quilibet supremus Moderator sive monasticae Congregationis sive cuiusvis Religionis iuris pontificii quolibet quinquennio, aut saepius si ita ferant Constitutiones, relationem de statu religionis ad Sanctam Sedem mittat.

Ut autem hoc canonum praescriptum ordinate et utiliter effectum .detur, haec Sacra Congregatio, re mature perpensa, ea quae sequuntur decernenda statuit:

I. Quinquennia sint fixa et communia omnibus Religionibus, iiicipiantque a die prima mensis ianuarii 1923.

Relationem itaque exhibebunt:

A) Ex Religionibus virorum:

a) in primo quinquennii anno: Canonici Regulares, Monachi, Ordines militares.

b) in altero: Mendicantes.

c) in tertio: Clerici Regulares.

d) in quarto: Congregationes votorum simplicium tam clericales quam laicales.

e) in quinto: Societates virorum more religiosorum viventium, sine votis aut cum votis privatis.

B) Ex Religionibus mulierum relationem mittent Congregationes, habito respectu ad regionem in qua exstat domus princeps Instituti, seu ubi sedem ex officio habet Moderatrix Generalis, sequenti ratione:

I anno quinquennii: ex Italia, Hispania et Lusitania,

II anno: ex Gallia, Belgio, Hollandia, Anglia et Hibernia,

III anno: ex reliquis Europae regionibus,

IV anno: ex utriusque Americae partibus,

V anno: ex aliis orbis partibus, et insuper Societates mulierum sine votis more religiosarum viventium vel cum votis privatis.

II. Congregationes quae relationem iam forte exhibuerint intra quinque annos praecedentes eum, in quo, ad normam supra descriptam eam mittere deberent intra quinquennium 1923-1927, eximuntur ab ea rursum mittenda pro hac prima vice.

III. In exaranda relatione pro Institutis votorum simplicium prae oculis habeantur quaestiones propositae in Instructione data a S. C. EE. et RR., nunc vero ab H. S. C. reformatae ad Codicis conformitatem, eisque fideliter respondeatur.

IV. Moderatores vero supremi Ordinum Regularium et earum Congregationum etiam votorum simplicium aut Societatum more religiosorum viventium, quae ad relationem mittendam ante Codicis promulgationem non tenebantur, quoadusque aliter a Sacra Congregatione provideatur, relationem de statu suae Religionis integram et veritati respondentem - super quo eorum conscientia oneratur - diligenter exarare curent ea ratione et forma, quae Instituti naturae aptior videatur; ita tamen, ut ex ea Apostolica Sedes de statu tam materiali quam morali et disciplinari Religionis plenam sibi notitiam comparare queat.

Prima autem relatio, ante alia de actuali statu religionis, contineat notitias historicas de Ordinis aut Congregationis fundatione; et praecipue ea quae spectant ad eiusdem approbationem per Apostolicam Sedem et

ad Constitutiones quibus in praesenti regitur. Interna quoque regiminis forma et natura votorum exponatur, et si qua mutatio in hisce facta fuerit decursu temporum aut si qua in Regulae observantia relaxatio, et quadam auctoritate inducta fuerit, declaretur.

Si qua Congregatio peculiare praescriptum habeat de relatione frequentius mittenda in Constitutionibus a Sancta Sede ***post Codicis promulgationem revisis aut approbatis,*** hoc servandum erit, nullo habito respectu ad ea quae de quinquennio praesens decretum praescribit.

Ssmus D. N. Pius Pp. XI in audientia concessa infrascripto P. Abbati Secretario die 25 februarii 1922, praesentis decreti tenorem adprobavit, ab omnibus servari et publici iuris fieri mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 8 martii 1922.

T**H.** C**ARD.** V**ALPRB DI** B**ONZO,** ***Praefectus.***

L. © S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., ***Secretarius.***

II

DE MUNERE SUPREMI MODERATORIS AD VITAM

DUBIUM

S. Congregationi Religiosorum Sodalium negotiis praepositae subiectum fuit sequens dubium:

« An fundatores aut fundatrices Congregationum Religiosarum vel « Piarum Societatum, more Religiosorum viventium, qui quaeve munere « Supremi Moderatoris aut Moderatricis in sua Congregatione funguntur, « ius habeant illud retinendi ***ad vitam,*** non obstante praescripto Consti-« tutionum, quae durationem muneris praedicti ad certum tempus coar-« ctent et reelectionem eiusdem personae ultra certum limitem prohi-« beant? ».

S. Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit: « Ne-« gative, nisi apostolicum indultum obtinuerint ».

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio divina Providentia Pp. XI, in audientia infrascripto P. Abbati Secretario concessa,

die 25 februarii 1922, Sanctitas Sua resolutionem S. Congregationis approbavit et confirmavit ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 6 martii 1922.

i **TH. CARD. VALFRÉ DI BONZO,** ***Praefectus.***

L. © S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., ***Secretarius.***

III

APPROBATIONES

Decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, Ssmus Dnus Noster Pius Pp. XI:

25 februarii 1922. — Instituti Sororum Misericordiae, Tertii Ordinis S. Francisci, cuius domus princeps in archidioecesi Olomucensi sita est, ***Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.***

— Congregationem religiosam Sororum Filiarum Sancti Camilli de Lellis Conf., vulgo « Figlie di S. Camillo » nuncupatam, cuius domus princeps in Urbe sita est, ***laudavit eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

EX VICARIATU APOSTOLICO DE ZANZIBAR DISTRAHITUR STATIO MISSIONALIS DE LIMURU ET CUM ADNEXO TERRITORIO ADDICATUR VICARIATUI APOSTOLICO DE KENYA.

R. P. D. Philippus Perlo, Vicarius Apostolicus de Kenya in Africa Centrali, expostulavit, ut territorium civile de Limuru in Vicariatu Apostolico Zanzibariensi propriae suae missioni cederetur. Cum R. P. D.

Ioannes Neville, Vicarius Apostolicus Zanzibarien., ad id adnuisset, Emi ac Revmi huius Sacrae Congregationis Patres, in comitiis generalibus die 14 superioris mensis ianuarii, quo fidei christianae progressui in dicto territorio aptius provideretur, precibus praelaudati Praesulis adnuendum esse censuerunt, atque expetitum territorium in sequentibus finibus determinaverunt, nempe:

Vicariatui Apostolico de Kenya, eam territorii plagam Vicariatus Zanzibariensis esse cedendam ad occidentem positam cuiusdam lineae, quae a Vico Matera in missione Kenya incipit, per lineam rectam procedit ad meridiem in Vicariatum Apostolicum Zanzibarien., usque ad punctum ubi parallelum geographicum de Limuni, sex millia passuum et dimidium (italice decem kilom.) ab eodem distat; quaeque linea deinde a Limuru semicirculum describens (cuius radium sit sex millia passuum et dimidium) cursum parallelum de Limuru ad partem oppositam attingit, ubi Vicariatus Apostolici Nili Superioris fines inveniuntur.

Quam Emorum Patrum sententiam in audientia diei 13 februarii eiusdem anni Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XI ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua adprobare ratamque habere dignata est, praesensque in re decretum edi iussit.

Datum Romae.ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 20 februarii an. 1922.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

f Petrus, Archiep. Diocletanus, *Secretarius.*

II

PROVISIO ECCLESIAE

Decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide diei 19 octobris 1921, Benedictus Papa XV metropolitanae Ecclesiae Scodrensi praefecit R. P. D. Lazarum Miedia hactenus Episcopum Scopiensem.

III

NOMINATIONES

Successivis decretis Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando nominavit ad suum beneplacitum :

11 februarii 1922. — R. P. Aloisium Martin a Ssmo Corde Iesu, ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum, ***Administratorem Apostolicum archidioecesis Ispahanensis.***

17 februarii. — R. P. D. Antonium Stoppani, Vicarium Apostolicum de Bahr-el-Ghazal, ***Administratorem Vicariatu» Apostolici de Gartum.***

18 februarii. — R. D. Henricum Gogarty, ex Instituto a Spiritu Sancto, ***Administratorem Apostolicum Vicariatus de Kilima-Njaro.***

22 februarii. — R. D. Gallum Steiger, O. S. B., ***Praefectum Apostolicum de Lindi.***

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

QUEBECEN, SEU LEODIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI **ALFR1DI** PAMPALON, SACERDOTIS PROFESSI E CONGREGATIONE SANCTISSIMI REDEMPTORIS.

In Canadensi Americae Septentrionalis regione atque in oppido prope civitatem Quebecensem ***Notre-Dame de Levis*** nuncupato, die 24 novembris anno 1867, ab honestis piisque parentibus Antonio Pampalon et Iosephina Dorion, ortum habuit eademque die in sacro fonte regenerata est Dei Famulus Alfridus Pampalon. Nondum sexennis matrem amisit, quae sicut Beatissimae Mariae Virginis cultum in eo specialiter insererat, ita moriens ipsum eidem Deiparae Virgini, tamquam filium amantissimae matri, obtulit et commendavit. Quum pater ad secundas transisset nuptias, et ipse et noverca puerum suavitate morum animique candore habuere carissimum. Succrescens aetate Alfridus frequentare coepit scholam parochialem cum fructu et laude in aemulationem

aequalium et admirationem magistrorum. Biennio post, novem circiter annos agens, ut litterarum rudimentis imbueretur, patrium Collegium ingressus est; et anno insequenti ad sacram Synaxim primum devotissime accessit. Naturali ingenio studium ac diligentiam adiungens in variis disciplinis multum profecit, speciatim in sacra doctrina. Prudentia et comitate animos concilians, parvas dissensiones iuveniles componere solebat atque sermones et mores, ubi fieret opus, industria sua moderari satagebat. Orationi assiduus, tempus animis recreandis destinatum saepe saepius in sacello ante Beatae Mariae Virginis simulacrum, effusis precibus, impendebat. Ad poenitentiae tribunal et ad Ssmae Eucharistiae sacramentum frequenter accedebat, absque ulla virtutis ostentatione et quavis humana consideratione despecta. Unde exemplar virtutum et iuvenis angelicus appellabatur. Hisce primis aetatis annis Alfridus operam praecipue navavit disciplinis, quae ad commercium pertinent, putans sibi vitam in statu saeculari ducendam esse. Sed in eius animum religiosae vocationis semen incidere coepit, quando ipse, semel iterumque gravi morbo correptus, sensit ad aliud vivendi genus a Deo esse vocatum. Tunc propositum voto sancivit, cum convaluisset se Congregationem domumque religiosam ingressurum. Quod, opitulante Dei gratia et probante spiritus moderatore, de superiorum consensu et licentia, undeviginti annos natus, in Collegio Ligoriano Pulcriprati ***(Beaupré),*** rite perfecit. Tum, Trudonopolim in Belgio missus, die 8 septembris anno 1886 habitum religiosum induit, ibique, tyrocinio incoepto atque laudabiliter expleto, anno sequenti, die 8 septembris, religiosa vota nuncupavit. Exinde Pulcrumiugum ***(Beauplateau)*** translatus, quod est in Luxemburgo Belgico, in Collegio Congregationis Ssmi Redemptoris studiis philosophicis biennium et theologicis quadriennium transegit, ingenii mediocritatis ipsorumque studiorum difficultatibus superatis per laborem, diligentiam ac praecipue per auxilium divini Spiritus, assidua prece, sanctis operibus ac observantia religiosa imploratum. Interea Ordines minores et maiores per gradus usque ad sacerdotium suscepit, et die quarta octobris anno 1892 devotissime sacris primitus operatus est. Insequente anno 1893, studiis absolutis, ad sacrum ministerium in civitate ***Mons*** exercendum destinatus, eiusmodi officio multa cum laude fungitur; atque inter cetera munia operariis fratribus spirituales tradit commentationes. Post annum Pulcrumiugum iterum petit, ibique alterum tyrocinium peragit ex Instituto Ligorianae Congregationis, quae suos alumnos ita prioris tyrocinii fervorem renovare atque excitare intendit, simulque illos ad sacerdotalia munera recte agenda instruit ac praeparat per labores, sermones et orationes. Montem reversus, con*-

eionibus, confessionibus, aliisque ministeriis et caritatis officiis sedulo incumbens, potissimum in aegrotos et pauperes, opportunum praestitit auxilium sacris expeditionibus suisque sodalibus missionariis. Anno 1894 ad exitum vergente, crudelis morbi signis in lethalem thysim conversis, tentatus, se totum divinae voluntati commisit et acquievit. Medicorum consilio et superiorum iussu salubriorem et nativum aerem respirare curavit in canadensi Pulcriprati collegio, quo a moderatoribus et alumnis desideratus et expectatus pervenit die 15 septembris anno 1895. Quantum potuit, sacris ministeriis suam operam tribuere nisus est; sed, ingravescente morbo, a quovis labore abstinere coactus fuit. Attamen, vires corporis et mentis, licet debilitatas, adhibuit precibus fundendis, libris pietatis legendis atque scribendis, rebusque divinis meditandis, dum morbi cruciatus absque ullo questu patienter ferebat. Sacrum quoque fecit usque prope ad mensem ante obitum, et deinceps, Ssma Eucharistia quotidie refectus, etiam in oratorium se duci rogabat, ibique diu manebat orans et adorans ante Ssmum Sacramentum in tabernaculo asservatum. Tandem, die trigesima mensis septembris anni 1896, cum animam iam ageret, Dei Famulus, Crucifixum in pectore premens et fixis oculis in imaginem Beatae Mariae Virginis ***de Perpetuo Stwcursu,*** clara et alta voce, mirantibus adstantibus, Canticum Marianum integre, persolvit: et ita, in brevi vitae cursu consummatus, meritis dives e terreno exsilio ad caelestem patriam evolavit. - De eius virtutibus et votorum observantia non est hic loquendi locus. Verum innuere liceat ferventem eius devotionem in Augustissimum Ssmae Trinitatis mysterium et in Dominum nostrum Iesum Christum infantem, patientem, gloriosum et eucharisticum.[1] In Beatissimam Virginem Mariam a pueritia peculiari pietatis affectu ferebatur, eamque studiose colebat atque ab aliis honorari satagebat; illius amore magis incensus ab aureo libello sui Patris legiferi sancti Alfonsi ***de Mariae gloriis.*** Ecclesiae catholicae et Romano Pontifici addictissimus, obsequium et obedientiam praestitisse fertur, sanam veramque doctrinam ac legem et sacra iura tuendo adversus acatholicos, quos historiae ecclesiasticae studio refutaba!. Impotens factus aliis operibus, benignissimum Deum suosque sanctos patronos et mediatores suppliciter exorabat, ut apostolicis consodalium et missionariorum laboribus uberrimi responderent salutiferi fructus. - Interim, fama sanctitatis Servi Dei, quae in eius vita intra quosdam fines circumscripta lucebat, post obitum magis clara et diffusa, assertis quoque gratiis seu prodigiis aucta, cum christifidelium concursu ád sepulcrum, opem implorantium et patrocinium, Processibus informativis Ordinaria auctoritate constructis in dioecesibus Quebeeensi et Leodiensi

aditum aperuit. Quibus absolutis et Romam ad sacram Rituum Congregationem transmissis, praehabita scriptorum eiusdem Servi Dei revisione et subsequenti declaratione diei 28 aprilis 1920, « nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit », quum, servato iuris ordine, omnia in promptu essent, ad quaestionem discutiendam de Causae introductione deventum est. Quapropter, instante Rmo P. Claudio Benedetti, Congregationis Ssmi Redemptoris et Causae postulatore, attentis litteris postulatoriis Erñi ac Rmi Dñi Cardinalis Ludovici Nazarii Bégin, archiepiscopi Quebecensis, et Sacrorum Antistitum suffraganeorum atque Revmorum Archiepiscoporum et Episcoporum ceterarum Provinciarum Canadensium, rogantibus quoque Rmis Praesulibus Congregationis Ssmi Redemptoris, una cum Rectore maiore et Superiore generali P. Patritio Murray, et clero ac populo urbis ***Levis*** aliisque illustribus viris ac mulieribus e coetu saeculari et religioso, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Aidanus Gasquet, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?*** Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: ***Affirmative, seu signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*** Die 17 ianuarii 1922.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habuit propriaque manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Aifridi Pampalon, sacerdotis professi e Congregatione Ssmi Redemptoris, die 22 februarii 1922.

^ A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. ÜB S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

DE COLLECTA IMPERATA SEU ORATIONE PRO PACE

DUBIUM

Expostulatur, est a Sacra Rituum Congregatione:

Utrum probari vel tolerari possit consuetudo in una vel altera dioecesi exsistens, qua collecta imperata seu Oratio pro pace « Deus a « quo sancta desideria » etc., addatur Postcommunioni Missae de die currente, omissis ***Secreta*** et ***Postcommunio*** de Pace.

Et sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissioni voto, propositae quaestioni respondendum censuit « Negative ad utrumque, iuxta Rubricas et Decreta ».

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 18 februarii 1922.

£8 A. C**ARD**. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. G. Praefectus.

L. % S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis diei 25 februarii 1912, iuxta designationem iam factam die 17 ianuarii a Benedicto f. r. XV, SSmus Dominus Noster Pius PP. XI Cathedrali Ecclesiae Magno-Varadinensi ritus rumeni praefecit R. P. D. Valerium Traianum Frentiu, hactenus Episcopum Lugosiensem; Cathedrali Ecclesiae Lugosiensi R. D. Alexandrum Nicolescu, canonicum metropolitanae Ecclesiae Albae-Iuliensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

NOMINA PONTIFICIA

Con Suo venerato chirografo del 6 febbraio 1922, Sua Santità PIO PP. XI si è degnato nominare Suo Segretario di Stato l'Emo e Revmo signor Cardinale PIETRO GASPARRI.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 21 febbraio 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi signori Cardinali, e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Terza Nuova Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Maddalena Marchesa di Canossa, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie della Carità.

Martedì 7 marzo 1922, presso l'Emo sig. Card. Antonio Vico, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione della ven. Serva di Dio Teresa del Bambin Gesù, religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi, nel Monastero di Lisieux, si è tenuta la Congregazione dei Riti *Antipreparatoria*, per discutere tre miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della medesima Venerabile, i quali vengono proposti per la sua beatificazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

7 febbraio 1922. **Monsig. Camillo Caccia-Dominioni,** ***Suo Maestro di Camera.***

» » » **I Monsignori Alberto Arborio Mella di S. Elia, Giuseppe Migone, Federico Callori di Vignale, Monalduzio Leopardi, Carlo Confalonieri,** ***Suoi Camerieri Segreti Partecipanti.***

22 » » **L'Emo sig. Card. Donato Sbarretti,** ***Protettore della Congregazione delle Suore di Moutiers.***

28 febbraio 1922. L'Emo sig. Card. Donato Sbarretti, ***Membro della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.***
2 marzo » Monsig. Ubaldo Mannucci, ***Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.***

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari dì S. S.:

8 febbraio 1922. Monsig. Benedetto Giuseppe Virili (Roma).
» » » Monsig. Gaetano Malchiodi (Roma).
» » » Monsig. Edmondo Nolan, dell'archidiocesi di Westminster.
» » » Monsig. Arturo Filippo Jackmann, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Eugenio Tisserant (Nancy e Roma).
» » » „ Monsig. Enrico Carusi (Roma).
» » » Monsig. Stanislao Legrelle (Malines e Roma).
» » » Monsig. Emilio Cali occhia (Roma).
9 » » Monsig. Ambrogio Gianni.
14 » » Monsig. Alfonso Greco (Roma).
» •» » Monsig. Giacomo Giuseppe Redmond, della diocesi di Liverpool.
» » » Monsig. Vincenzo Bruneiii, della diocesi di Novara.
15 » » Monsig. R. Guglielmo Clapperton, della diocesi di Aberdeen.
17 » » Monsig. Giuseppe Leone Gallardo, dell'archidiocesi di Buenos-Ayres¿
~» » » Monsig. Giuseppe Climént y Ureta, della diocesi di Pamplona.
» » » Monsig. Antonio Wojnillowicz, della diocesi di Luceoria e Zytomir.
» » » Monsig. Valeriano Baranowski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stanislao Jachniewicz, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Venceslao Nejmak, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giorgio Zwolinski, della medesima diocesi.
18 » » Monsig. Emerico David, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Antonio Giuseppe Mojta (Beja).
» » » Monsig. Oreste Gurini, della diocesi di Recanati.

18 febbraio 1922. Monsig. Giuseppe Sorbellini, della diocesi di Loreto.
21 » » Monsig. Gustavo Franceschi, dèll'archidiocesi di Buenos-Ayres.
» » » Monsig. Bernardo J. Mahoney (Roma).
» » » Monsig. Michele Curran (Roma).
22 » » Monsig. Vito Lattanzi, dèll'archidiocesi di Bari.
» » » Monsig. Salvatore De Angelis (Roma).
» » » Monsig. Leone Gromier (Roma).
24 » » Monsig. Gaetano Giusino di Belsito (Roma).

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

8 febbraio 1922. Il sig. marchese Enrico Rappini (Roma).
» » » Il sig. marchese Paolo Viti Mariani (Roma).
» » » Il sig. Cristoforo De Paus, del Vicariato Apost, di Norvegia.
» » » Il sig. marchese Gaetano De Felice (Roma).
» » » Il sig. conte Ranieri Callori di Vignale, della diocesi di Casal Monferrato.
» » » Il sig. marchese Eduardo Persichetti Ugolini, della diocesi di Aquila.
9 » » Il sig. conte Paolo Folicaldi (Roma).
» » » Il sig. conte Cesare Caterini (Roma).
13 » » Il sig. conte Antonio Cagiano de Azevedo (Roma).
» » » Il sig. conte Pietro Galeotti Ottieri della Ciaja, della diocesi di Chiusi.
» » » Il sig. conte Marcantonio Caracciolo del Leone (Roma).
» » » Il sig. marchese Giuseppe Sacripanti Vituzzi (Roma).
» » » Il sig. Giuseppe Sterbini (Roma).
» » » 11 sig. conte Pietro Chiassi (Roma).
» » » 11 sig. conte Giovanni Chiassi (Roma).
14 » » Il sig. conte Bernardo De Maupas de Juglart, dèll'archidiocesi di Parigi.
» » » Il sig. conte Enrico Pocci (Roma).
» » » 11 sig. conte Agostino Caterini (Roma).
» » » Il sig. barone Teodoro Cramer Klett di Norimberga.
15 » » Il sig. comm. Giuseppe Angelini (Roma),
>> » » Il sig. conte Luigi De Savignac, dèll'archidiocesi di Parigi.
» » » Il sig. conte Cognard D'Agoret, della medes. archidiocesi.
» » » Il sig. conte Bandino Ugurgieri della Berardenga, dèll'archidiocesi 'di Siena.
» » » Il sig. marchese Giovanni Siciliano di Rende (Roma).
»• » » [1 sig. conte Pietro Vial di Sant'Agata (Napoli e Nizza).
16 » » Il sig. conte Adriano Aloisi-Masella (Roma).

17 febbraio 1922. Il sig. marchese Alberto Ferrari (Roma).
» » » Il sig. conte Carlo De Loppinot, della diocesi di Nancy.
» » » Il sig. conte Francesco Vitali, dell'archidiocesi di Fermo.
» » » Il sig. Domenico Silvestri (Roma).
» » » Il sig. comm. Guglielmo Humphrey Page, della diocesi di Bruges.
» » » Il sig. Michele Valeriano y Finat dei marchesi de Baides, della diocesi di Malaga.
» » » Il sig. Adolfo Zaleski, della diocesi di Luceoria e Zytomir.
» » » Il sig. Alessandro Weriha-Darowski, della medes. diocesi.
18 » » Il sig. conte Paolo Santucci (Roma).
» » » Il sig. Evan Morgan, dell'archidiocesi di Cardiff.
» » * » Il sig. conte Vincenzo Maria Petrangolini, dell'archidiocesi di Udine.
» » » il sig. marchese Antonio De Faria (Losanna).
» » » Il sig. Tommaso Hughes Kelly, dell'archidiocesi di New-York.
» » » Il sig. Giuseppe Visibelli, dell'archidiocesi di Firenze.
» » » Il sig. marchese Filippo Sassoli de' Bianchi, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Il sig. Alfredo de' conti Lazzarini, della diocesi di Macerata.
» » » Il sig. conte Carlo Le Moyne de Martigny (Parigi).
21 » » Il sig. conte Riccardo Ceccopieri Maruffi (Roma).
» » » Il sig. conte Massimiliano Zara (Roma).
» » » 11 sig. conte Luigi Zara (Roma).
» » » Il sig. conte Isidoro Colonna Czosnowki (Roma).
» » » Il sig. conte Leone Colonna Czosnowski (Roma).
» » » Il sig. conte Giovanni Alfonso Castelli Mandosi Mignanelli (Roma).
» » » Il sig. conte Giuseppe Giovanni de Broqua, della diocesi di Dijon.
» » » Il sig. barone Pietro Andrea Pidoux de Maduère, della diocesi di Saint-Claude.
» » » Il sig. Giovanni Leslie, dell'archidiocesi di Armagh.
» » » Il sig. Alfonso Fernandez de Alcalde y Fernandez de Várela, della diocesi di Madrid.
» » » Il sig. conte Gerolamo Medolago Albani, della diocesi di Bergamo.
» » » Il sig. conte Pio Medolago Albani, della medesima diocesi.
22 » » Il sig. marchese Pio Del Turco Rosselli, dell'archidiocesi di Bologna.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.: -

8 *febbraio 1922.* **Monsig. Augusto Pelzer (Roma).**
14 » » **Monsig. Fourier Bonnard (Roma).**
15 » » **Monsig. Luigi Scialdoni (Roma).**
18 » » **Monsig. Giulio Sánchez, della diocesi di Santander.**

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

8 *febbraio 1922.* **Il sig. comm. Giuseppe Salviucci (Roma).**
» » » **Il sig. comm. Samuele Walker O' Neill (Roma).**
» » » **Il sig. Camillo Serafini (Roma).**
» » » **Il sig. comm. Pietro De Sanctis (Roma).**
» » » **Il sig. cav. Francesco Diamilla Magnelli (Roma).**
» » » **Il sig. conte Vincenzo Negri da Oleggio, dell'archidiocesk di Milano.**
» » » **Il sig. comm. Pio Folchi (Roma).**
» » » **Il sig. comm. Enrico Tuccari (Roma).**
» » » **Il sig comm. Odoardo Tabanelli (Roma).**
» » » **Il sig. Marcello Tabanelli (Roma).**
» » » **Il sig. avv. Giuseppe Casini (Roma).**
» » » **Il sig. comm. Francesco Emilio Sassi (Roma).**
» » » **Il sig. comm. Giuseppe Frasean (Roma).**
14 » » 11 **sig. Giovanni Campa (Roma).**
15 » » **Il sig. comm. Augusto Grossi Gondi (Roma).**
16 » » **Il sig.** 0. **Giorgio John, dèll'archidiocesi di Agra.**
17 » » **Il sig. cav. Giovanni Ladelci (Roma).**
» » » **Il sig. Ladislao Jaroszyñski, della diocesi di Luceoria e Zytomir.**
» » » **Il sig. Sigismondo Czerwinski (Roma).**
18 » » **Il sig. comm. Edoardo Persiani (Roma).**
» » » **Il sig. comm. Salvatore Parisi (Roma).**
21 » -» **Il sig. Alberto Buffa, della diocesi di Alessandria.**

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

8 *febbraio 1922.* **Monsig. Luciano Rossi (Roma).**
17 » » **Monsig. Stanislao Cichocki, della diocesi di Luceoria e Zytomir.**

Cappellani Segreti di S. S. :

9 *febbraio 1922.* **Monsig. Francesco Gasoni.**
» » » **Monsig. Luigi Testoni.**
» » » **Monsig. Filippo Giobbe.**
18 *y>* » **Monsig. Alfredo Piermattei.**

Chierici Segreti di S. S.:

9 febbraio 1922. Monsig. Riccardo Magnanensi.
» » » Monsig. Enrico Remiddi.

NECROLOGIO

21 aprile 1921. Monsig. Rinaldo Muñoz Olave, Vescovo tit. di Pogla.
12 luglio » Monsig. Ilarione Giuseppe Montéty, Arcivescovo titolare di Beyruth.
18 settembre » Monsig. Tommaso O' Gorman, Vescovo di Sioux Falls.
12 dicembre » Monsig. Giacomo Trobec, Vescovo tit. di Licopoli.
7 *gennaio 1922.* Monsig. Francesco Saverio Brunet, Vescovo di Mont-Laurier.
27 Monsig. Emanuele Damasceno da Costa, Vescovo di Angra.
15 Monsig. Venceslao Sangüesa y Guia, già Vescovo di Cuenca.
18 Monsig. Hussig Ghulian, Arcivescovo di rito armeno, già di Mardin.
24 » » Monsig. Bartolomeo Clemente Còmbes, Arcivescovo di Cartagine.
28 » » Monsig. Desiderato Giacinto Berthoin, Vescovo di Aut un.
» » » Monsig. Ramiro Fernandez y Valbuena, Vescovo titolare di Scillio.
» » » Monsig. Ippolito Teissier, Vescovo di Mysore.

Annus XIV - Vol. XIV 3 Aprilis 1922 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA **PII** PP. XI

MOTU PROPRIO

GRATIAE ET PRIVILEGIA CLERICIS CONCLAVISTIS CONCESSA

PIUS PP. XI

Romani Pontificis providentiae convenit, ut eos paternae caritatis significationibus primos prosequatur, quos et Sibi devinctos et officii retinentissimos, in ipso ineundo supremi apostolatus munere, cognoverit. Aequum igitur censemus, clericos Conclavistas infra scriptos, ceterosque ecclesiasticos viros, pariter infra nominandos, qui in Conclavi, in quo ad Petri Cathedram evecti sumus, vel Nobis et VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus uti familiares adstiterunt vel demandata sibi munia sollerter obierunt, peculiaribus gratiis ac privilegiis augere. Itaque Motu proprio et certa scientia haec quae sequuntur decernimus.

I. Clerici Conclavistae, qui secuti sunt S. R. E. Cardinales in Urbe degentes aut dioecesibus Italiae regendis praepositos, gratias, provisiones aut commendas quorumvis beneficiorum, si quae forte sibi conferantur, itemque Litteras Apostolicas de iis conficiendas, gratuito, at semel tantum, habeant.

II. Clericis Conclavistis S. R. E. Cardinalium, qui dioeceses extra Italiam moderantur, oratorii privati ius esto, ea

tamen lege, ut Ordinarius oratorium ante visitaverit ac probari! Quo ipso iure, eadem condicione servata, ceteris Conclavistis tum frui liceat, cum infirma sunt valetudine.

III. Idem esto privilegium iis qui comitati sunt S. R. E. Presbyteros Cardinales Gulielmum 0'Connell Archiepiscopum Bostoniensem, Ludovicum Nazarium Bégin Archiepiscopum Quebecensem et Bionysium Dougherty Archiepiscopum Philadelphiensem, quamvis hi post electionem Nostram advenerint ; modo tamen iis ne desint cetera quae in Conclavistis requiruntur.

IV. Gratis prorsus dentur Apostolicae de his privilegiis ac iuribus Litterae.

V. Quoniam vero clericis Conclavistis, qui adfuerunt **S.** R..E. Cardinalibus in Urbe commorantibus aut dioeceses Italiae regentibus, pro Apostolicae Sedis tenuitate non licet Nobis, quod decessores Nostri consueverunt, perpetuas constituere pensiones, iisdem, ut in hoc etiam genere aliqua voluntatis Nostrae significatio ne desit, trecentas libellas singulis, semel tantum, attribuimus.

Non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, aliisque licet speciali et individua' mentione dignis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis specialis et individua habenda mentio, eorumque tenores inserendi forent, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse Motu proprio derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat motu proprio: A.

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et cum declaratione quod reliqua privilegia et indulta contenta in similibus Motus proprii schedulis a nonnullis Romanis Pontificibus praedecessoribus Nostris favore Conclavistarum alias editis, ob hodiernas rerum ac temporum circumstantias, pro nunc in suspenso remaneant. Et quod praesentis

Nostri Motus proprii schedulae signatura sufficiat et ubique fidem faciat in iudicio et extra illud, quibuslibet contrariis non obstantibus ; et quod praemissorum omnium et singulorum maior et verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris, si videbitur, expediendis, in quibus singulorum Conclavistarum nomina et cognomina exprimi et describi, seu pro expressis et descriptis haberi possint, inter quos Sacrista et Magistri Caeremoniarum Cappellae Nostrae, nec non Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium. Volumus autem quod Litterarum super praesentibus conficiendarum ac etiam praesentis Nostri Motus proprii transumptis impressis ac manu alicuius personae in ecclesiastica dignitate constitutae subscriptis et sigillo munitis, eadem fides, tam in iudicio quam extra illud adhibeatur, quae originalibus Litteris vel praesenti Motui proprio originali adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae, aut exhibitus vel ostensus foret. - *Fiat : A.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xn mensis martii anno MDCCCCXXII, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI

INDEX CLERICORUM CONCLAVISTARUM

ALOISIUS SINCERO, Adsessor S. Congr. Consistorialis, Sacri Collegii Secretarius.

AUGUSTINUS ZAMPINI, ex Ordine Eremitarum S. Augustini, Episcopus tit. Porphyrien., Sacrarii Apostolici Praefectus.

CAROLUS RESPIGHI, Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum.

IOSEPH TANI,
IOANNES BAPTISTA MENGHINI,
ALOISIUS CAPOTOSTI,
MARCUS MARTINI,
CAROLUS GROSSO,
HENRICUS DANTE,
Magistri Caeremoniarum.

CAROLUS CONFALONIERI, Presbyter; conclavista NOSTER, dum Cardinalatus honore fungebamur.

HUMBERTUS BERTINI, Presbyter: VINCENTII, Episcopi Ostiensis et Praenestini, Card. VANNUTELLI.

IOSEPH TONDINI, Presbyter: CAIETANI, Episcopi Sabinen., Card. DE LAI.

PETRUS RAVELLT, Presbyter: ANTONII, Episcopi Portuensis et Sanctae Rufinae, Card. VICO.

IOSEPH MENGHINI, Presbyter: IANUARII, Episcopi Albani, Card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

IOSEPH CANDIDORI, Presbyter: BASILII, Episcopi Veliterni, Card. POM PILJ.

PETRUS BORGIA, Presbyter: IOANNIS, Episcopi Tusculani, Card. CAGLIERO.

IOANNES WARD, Presbyter: MICHAELIS, Tit. Sanctae Mariae de Pace, Card. LOGUE.

ALFIUS D'AGATA, Presbyter: IOSEPHI, Tit. SS. Ioannis et Pauli, Card. FRANCICA-NAVA DI BONTIFÉ.

ADULPHUS BARBERIS, Presbyter: AUGUSTINI, Tit. Sanctae Mariae in Viae, Card. RICHELMY.

SILVINUS TOMBA, Presbyter: BARTHOLOMAEI, Tit. S. Bartholomaei in Insula, Card. BACILIERI.

ALOISIUS CENTOZ, Presbyter: RAPHAELIS, Tit. S. Praxedis, Card. MERRY DEL VAL.

VINCENTIUS DI LORENZO, Presbyter: OCTAVII, Tit. S. Laurentii in Damaso, Card. CAGIANO DE AZEVEDO.

ARTHURUS CONELLI, Presbyter: PETRI, Tit. S. Chrysogoni, Card. MAFFI.

HECTOR BARANZINI, Presbyter: ALEXANDRI, Tit. SS. Andreae et Gregorii ad divum Scauri, Card. LU ALDI.

AUGUSTUS SORDET, Presbyter: DESIDERATI, Tit. S. Petri ***ad Vincula,*** Card, MERCIER.

ARTHURUS GERVASI, Presbyter: PETRI, Tit. S. Laurentii in Lucina, Card. GASPARRI, S. R. E. Camerarii.

HERNESTUS CAMUS, Presbyter: LUDOVICI HENRICI, Tit. S. Mariae Novae, Card. LUÇON.

AUGUSTUS GIRARDINI, Presbyter: PAULINI PETRI, Tit. S. Honuphrii in monte Ianiculo, Card. ANDRIEU.

IOANNES BARROS, Presbyter: ANTONII, Tit. SS. Marcellini et Petri, Card. MENDES BELLO.

ARTHURUS JACKMANN, Presbyter: FRANCISCI, Tit. S. Pudentianae, Card. BOURNE.

RICHARDUS HABERLIN, Presbyter: GUILELMI, Tit. S. Clementis, Card. O'CONNELL.

PHILIPPUS LANGDON, Presbyter: GUILELMI, Tit. S. Crucis in Hierusalem, Card. VAN ROSSUM.

- IULIUS LABERGE, Presbyter: NAZARII LUDOVICI, Tit. SS. Vitalis, Gervasii et Protasii, Card. BÉGIN.

SOLDANUS MESLINI, Presbyter: IOANNIS, Tit. Sancti Eusebii, Card. CSERNOCH.

IOANNES GARTNER, Presbyter: GUSTAVI FRIDERICI, Tit. S. Marci, Card. PIFFL.

CAESAR CORTINI, Presbyter: ALFONSI, Tit. S. Mariae Angelorum in Thermis, Card. MISTRANGELO.

HERMANNUS BONAZZI, Presbyter: ANDREAE, Tit. SS. Cosmae et Damiani, Card. FRÜHWÍRTH.

ARCHANGELUS MATTERÀ, Presbyter: RAPHAELIS, Tit. S. Hieronymi Illyricorum, Card. SCAPINELLI DI LÉGUIGNO.

HUGO CAMOZZO, Presbyter: PETRI, Tit. SS. XII Apostolorum, Card. LA FONTAINE.

AMBROSIUS GIANNI, Presbyter: VICTORII AMAD A EI, Tit. S. Priscae, Card. RANUZZI DE BIANCHI.

FORTUNATUS RASPANTI, Presbyter: DONATI, Tit. S. Silvestri ***in Capite,*** Card. SBARRETTI.

CAROLUS DE LA BARRE, Presbyter: LUDOVICI HERNESTI, Tit. S. Mariae in Aquiro, Card. DUBOIS.

SEBASTIANUS TARTAGLIA, Presbyter: THOMAE PII, Tit. SS. Quirici et Iulittae, Card. BOGGIANI.

THBODORICUS DE ANGELIS, Presbyter: ALEXIÏ, Tit. S. Callisti, Card. ASCALESI.

ANTONIUS RONCHE, Presbyter: ALOISII IOSEPHI, Tit. Ssmae Trinitatis in monte Pincio, Card. MAURI N.

PAULUS KRAUSE, Presbyter: ADULPHI, Tit. S. Agnetis extra moenia, Card. BERTRAM.

ODDO ZANGOLINI, Presbyter: AUGUSTI, Tit. S. Caeciliae, Card. SILJ.

MICHAEL MONJE, Presbyter: IOANNIS, Tit. S. Mariae de Populo, Card. SOLDEVILA Y ROMERO.

ALBERTUS VUILLERMOZ, Presbyter: THEODORI, Tit. S. Mariae supra Minervam, Card. VALERE DI BONZO.

ALEXANDER FAJECSKI, Presbyter: ALEXANDRI, Tit. S. Augustini, Card. KAKOWSKI.

THADDAEUS ZAKRZEWSKI, Presbyter: EDMUNDI, Tit. S. Ioannis ante portam Latinam, Card. DALBOR.

FRANCISCUS VAGNI, Presbyter: FRANCISCI, Tit. S. Marcelli, Card. RAGONESI.

FRANCISCUS MÜLLER, Presbyter: MICHAELIS, Tit. S. Anastasiae, Card. DE FAULHABER.

IOSEPH WHITAKER, Presbyter: DIONYSII, Tit. SS. Nerei et Achillei, Card. DOUGHERTY.

IOSEPH SANZ, Presbyter: IOANNIS, Tit. S. Mariae de Aracoeli, Card. BENLLOCH Y VIVO.

MAXIMUS ALBAGÉS, Presbyter: FRANCISCI ASSIS., Tit. S. Sabinae, Card. VIDAL Y BARRAQÜER.

HEMERICUS DAVID, Presbyter: CAROLI IOSEPHI, Tit. SS. Quatuor Coronatorum, Card. SCHULTE.

FERDINANDUS CENTO, Presbyter: IOANNIS, Tit. S. Mariae trans Tyberim, Card. TACCI.

PORPHYRIUS CORDEIRO, Presbyter: CAIETANI, Diaconi S. Agathae, Card. BISLETÍ.

GREGORIUS AGUILAR, Presbyter: LUDOVICI, Diac. S. Mariae in Via Lata, Card. BILLOT.

NATHANAËL BOATTINI, Presbyter: MICHAELIS, Diac. S. Eustachii, Card. LEGA.

IOSEPH DREHMANNS, Presbyter: AIDANI, Diac. S. Mariae in Porticu, Card. GASQUET.

IOANNES POLI, Presbyter: NICOLAI, Diac. S. Mariae ***in Domnica,*** Card. MARINI.

PETRUS CATALDI, Presbyter: ORESTIS, Diac. S. Mariae ***in Cosmedin,*** Card. GIORGI.

ANTONIUS BARRECA, Presbyter: CAMILLI, Diac. S. Mariae Scalaris, Card. LAURENTI.

Fr. **AUGUSTINUS RUELLI**, ex Ordine Eremitarum Sancti Augustini, Subsacrista.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERIGITUR IN SINIS NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA DB LANG-LONG APPELLANE A.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus, Nos admonet supremi apostolatus officium, quo in terris fungimur. Iam vero, cum venerabilis frater ioannes B. De Guébriant, Visitator Apostolicus regionis Sinensis, Apostolicam hanc Sedem instanter flagitaverit, ut missio separata erigeretur pro incolis e stirpe Dioy, qui habitant in parte meridio-oceidentali vicariatus Apostolici de Kui-Ceu et in parte occiduo-septentrionali vicariatus Apostolici de Koang-si, atque huic Visitatoris Apostolici postulationi etiam petitiones accesserint venerabilium fratrum tam Francisci L. Seguin Vicarii Apostolici de Kui-Ceu, quam Mauritii Ducœur Vicarii Apostolici de Koang-si: Nos, collatis consiliis cum V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, memoratorum Praesulum votis concedendum esse existimavimus. Quare, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, a vicariatu apostolico de Kui-ceu seiungimus territorium complectens sub-praefecturas civiles de Panhien, Pougan, Ganlan, Hinjen, Hiny, Tchenfong, Lanlong, Tsehen, Loufou : insuper districtus de Matchang, Nicoutchang, Tchehiang, pertinentes ad subpraefecturam de Kouanlin et districtus de Potang, Hohon, Yangkia et Cheten ex subpraefectura de Tseyuin. A vicariatu autem Apostolico de Koang-si seiungimus subpraefecturas civiles de Liniun, Silong, Silin. Hoc autem territorium sic a dictis vicariatibus Apostolicis separatum, Apostolica similitef Nostra auctoritate, per praesentes erigimus in praefecturam Apostolicam ab urbe ***Lang-Long*** nuncupandam et societatis Parisiensis pro missionibus exteris curis concredendam.

Porro haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumqùe ex nunc et inane fieri,

si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XVI** februarii **MCMXXII**. Pontificatus Nostri anno primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

n

ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE NAGOYA IN IAPONIA

Ad perpetuam rei memoriam. — In hac sublimi Principis Apostolorum cathedra divinitus collocati, in omnes catholici orbis regiones, vel longo terrarum marisque spatio dissitas, oculos mentis Nostrae convertimus, et quae christiano nomini provehendo bene vertant, quae rei sacrae procurationi melius gerendae expédiant, ea sollicito ac paterno studio decernere maturamus, iamvero, cum venerabilis frater Ioannes P. Rey, e societate Parisiensi pro missionibus exteris, Archiepiscopus Tokyensis, et dilectus filius Ioseph Reiners, e societate Verbi Divini de Steyl Praefectus Apostolicus de Nijgata in Iaponia, Sanctae huic Sedi exposuerint pius aequo vasta esse suae iurisdictionis territoria: Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, praehabito favorabili voto Delegati Apostolici in Iaponia, omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, memoratorum Ordinariorum votis benigne concedendum censuimus. Quare Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, ab archidioecesi Tokyensi seiungimus duas praefecturas civiles ***Aichi*** et ***Gif u*** nuncupatis; et a praefectura Apostolica de Nijgata tres praefecturas civiles ***Fukui, Ishikawa*** et ***Toyama.*** Territorium autem harum quinque civilium praefecturarum sic separatarum erigimus in distinctam praefecturam Apostolicam, ab urbe principe ***de Nagoya*** nuncupandam, curis concredendam societatis Verbi Divini de Steyl. Verum statuimus novam hanc missionem de Nagoya, temporanea ratione, Praefecto Apostolico de Nijgata in administrationem esse concredendam.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definien-

dum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII februarii MGMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

Iii

BEATA MARIA VIRGO IN CAELUM ASSUMPTA IN GALLICAE NATIONIS PATRONAM PRAECIPUAM SANCTAQUE IOANNA ARCENSIS IN MINUS PRINCIPALEM PATRONAM RITE ELECTAE DECLARANTUR ET CONFIRMANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Galliam, Ecclesiae filiam primogenitam merito appellatam, Romani Pontifices Nostri decessores iugiter per saecula singularibus paternae voluntatis significationibus prosecuti sunt. Decessor quidem Noster bo. me. Benedictus Pp. XV, cui maxime cordi fuit spirituale bonum Galliae, praenobili huic nationi peculiare benevolentis animi pignus exhibere cogitavit. Etenim cum nuper VV. FF. Nostri Cardinales, Archiepiscopi et Episcopi Galliarum unanimi consensu per venerabilem fratrem Stanislaum Touchet, Episcopum Aurelianensem, supplices ferventesque ad ipsum preces admovissent, ut Beatam Virginem Mariam sideribus receptam in Gallicae nationis Patronam principem, in alteram vero caelestem patronam Sanctam Ioannam Aurelianensem Puellam declarare dignaretur, Decessor idem Noster optatis hisce piis benigne concedendum censuit; at morte interceptus, quod mente conceperat consilium exsequi nequivit. Sed Nobis, modo ad sublimem Principis Apostolorum cathedram divinitus evectis, gratum acceptumque est desideratissimi Nostri decessoris votum implere et, suprema Nostra auctoritate, illa decernere quae in emolumentum Galliae bene, prospere feliciterque eveniant. Constat ex veteri proverbio « Regnum Gallicum regnum Mariae » fuisse vocatum: idque iure. A primis enim Ecclesiae saeculis ad nostra usque tempora, Irenaeus et Eucherius, Lugdunenses ambo, Hilarius Pictaviensis, Anselmus, primum in Gallia dein in Anglia Archiepiscopus, Bernardus Claravallensis, Franciscus Salesiuë, aliique plures sancti Doctores Mariam celebrarunt,

Deiparaeque Virginis cultum per Galliam provexerunt, ampiificarunt. Lutetiae Parisiorum, in celeberrima Universitate studiorum, cui a « Sorbona » titulus, iam inde a saeculo decimo tertio, probatum historice est Virginem fuisse sine labe conceptam conclamatami. Sacra etiam monumenta antiquam erga Virginem populi pietatem luculenter testantur: triginta quatuor enim cathedralia Galliae templa Deiparae Virginis titulo gaudent, inter quae memorare iuvat celeberrima, Rhemis, Parisiis, Ambiani, Carnuti, Constantiae et Rhotomagi erecta. Frequens concursus fidelium ad Marialia sanctuaria, quotannis, hac nostra quidem aetate, peregre confluentium, ostendit aperte quid possit in populo erga Deiparam pietas; et saepius in anno Lapurdensis basilica, licet perampla, impar videtur innumeris peregrinorum turmis continendis. Ipsa Virgo Mater, gratiarum omnium apud Deum sequestra, iteratis apparitionibús devotionem Gallici populi probare et confirmare visa est. Quin eliam Galliae principes et proceres sibi gloriae iugiter duxerunt, devotionem erga Virginem profiteri et tueri. Ad veram Christi fidem conversus, Clodovaeus continuo super druidici templi ruinas fundamenta ponit ecclesiae Nostrae Dominae, quam Childebertus filius eius absolvit. Plura templa Mariae dicat Carolus Magnus. Normandiae Duces Reginam nationis praedicant Mariam. Sanctus Ludo vicus Rex quotidie Virginis officium devote recitat. Ludo vicus XI, pro voto solvendo, Nostrae Dominae templum in loco Cléry aedificat; tandem Ludovicus XIII Galliae Regnum dedicat Mariae iubetque ut quotannis, festo die Virginis in caelum assumptae, solemnes in universis Galliae dioecesibus pompae habeantur: hasque solemnes pompas et in praesens agi singulis annis non ignoramus. Quod attinet ad Puellam Aurelianensem, quam decessor Noster ad supremos caelitum honores evexit, nemo inficiari potest, eam, Virginis auspiciis, liberandae Galliae missionem suscepisse et consummasse. Primum enim Nostrae Dominae de Bermont, postea Aurelianensis, denique patrocinio Rhemensis Virginis freta, tantum opus virili pectore aggressa, inter enses districtos interrita, inter castrorum licentiam intemerata, supremo a discrimine patriam liberavit,* Galliamque restituit. Ipsa caelestibus monita vocibus, glorioso vexilio nomini Iesu, Galliae veri Regis, illud addidit Mariae. Ipsa, rogo imposita, inter flammas supremo ore Iesu et Mariae nomina ciens, advolavit in caelum. Asperrima tempestate praesentem Aurelianensis Puellae opem experta, Gallia gaudeat ergo eadem altera caelesti Patrona; id.postulat clerus et populus, id quod iam gratum fuit praelaudato Nostro decessori, etiam Nobis ipsis placet. Quare, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis pro Sacris

Ritibus tuendis, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam, sub titulo Assumptionis in caelum, uti praecipuam universae Galliae apud Deum Patronam rite electam declaramus et confirmamus, cum omnibus privilegiis atque honorificentiis, quae huic nobili titulo ac dignitati competunt. Insuper enixis votis Antistitum, cleri ac fidelium e dioecesibus et missionibus universae Galliae obsecundantes, illam inclytam Puellam Aurelianensem, quam omnes Galliae catholici cives tamquam heroem religionis et patriae peculiari admiratione ac veneratione agnoscunt et recolunt, Sanctam Ioannam Virginem Arcensem, uti Patronam minus principalem Galliae, pleno populi suffragio electam, libentissime declaramus et constituimus, interposita similiter suprema Nostra Apostolica auctoritate, honorificentiis omnibus ac privilegiis pariter attributis, quae huic minoris Patronae titulo de iure competunt. Precamur propterea bonorum omnium auctorem Deum, ut, utraque caelesti Patrona, Deipara nempe in caelum Assumpta et Sancta Ioanna Virgine Arcensi, aliisque Sanctis Patronis locorum et Titularibus ecclesiarum, tam dioecesium quam missionum, suffragantibus, Gallia catholica ad spem verae libertatis et pristinae dignitatis erecta, sit vere Romanae Ecclesiae filia primogenita, et avitas giorio-sasque traditiones mente, opere et amore foveat, servet, adaugeat, in bonum religionis ac patriae.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; universaeque Gallicae nationi, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, quavis auctoritate, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die u mensis martii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

PIA CONSOCIATIO «A CHORIS MARIANIS» IN URBE INDULGENTIIS ET GRATIIS i SPIRITUALIBUS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam, rei memoriam. — Cum, sicuti accepimus, in ecclesia ad Sanctae Theresiae de Urbe canonice erecta exsistat pia consociatio a « Choris Marianis », et Procurator generalis Carmelitarum Excalceatorum enixas Nobis humiliter preces adhibuerit, ut moderatoribus, zelatoribus et sociis in ipsa consociatione inscriptis nonnullas de thesauro Ecclesiae Nobis divinitus commisso indulgentias et spirituales gratias largiri dignemur, Nos, ut ipsa societas uberiora in Domino incrementa capiat, optatis his annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus. Quam ob rem, audito dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis nunc et in posterum existentibus praefatae associationis moderatoribus, zelatoribus et sociis, qui die primae inscriptionis, aut uno ad cuiusque arbitrium eligendo die e septem continuis immediate sequentibus: et semel in mense die similiter ad arbitrium eligendo: nec non quotannis Nativitatis, Circumcisionis, SSmi Nominis Iesu, Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Christi, Sacri Cordis Iesu, et Pentecostes ac Sanctissimae Trinitatis festivitatibus: pariterque SSmae Virginis Immaculatae Conceptionis, Nativitatis, Praesentationis, Annuntiationis, Visitationis, Purificationis, Assumptionis et Commemorationis Mariae Sanctissimae a Monte Carmelo festis diebus: item festis Archangelorum Michaelis, Gabrielis et Raphaelis, et Sanctorum Angelorum Custodum; pariterque festo Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae, festo et sollemnitate Sancti Iosephi, Virginis Sponsi ; festis Sanctorum XII Apostolorum, Sanctorum Omnium, Sanctorum ex Ordine Carmelitarum, Sancti Ioannis a Cruce, Sancti Francisci Xaverii, Sanctae Theresiae a Iesu, Beatorum Dionysii a Nativitate et Redempti a Cruce; die tandem festo annuo piae consociationis, qui vulgo vocatur « Festa Missionaria », admissorum sacramentali confessione expiati atque eucharisticis epulis refecti, propriam societatis ecclesiam, si praesto sit, secus quamvis aliam ecclesiam sive cappellani publicam, a medietate diei praecedentis ad mediam usque noctem festi respectivi, devote visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum pre-

ces effundant, quo die iniuncta pietatis opera impleant, plenariam: insuper iisdem moderatoribns, zelatoribus et sociis nunc et in posterum in eadem societate existentibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si, vere poenitentes et confessi, SSmum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium patienti animo susceperint, etiam plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus et largimur. Iisdem autem moderatoribus, zelatoribus et sociis praesentibus et futuris, quo die in Tabernaculo latentem Eucharistiam contrito saltem corde, precesque, ut superius diximus, fundentes celebrent, septem annos totidemque quadragenas: quoties vero vel precibus vel stipe sacras Carmelitani Ordinis missio nes adiuvent, de numero poenalium dierum in forma Ecclesiae solita centum expungimus. Concedimus quoque, Apostolica Nostra auctoritate, per praesentes, indultum, ut Missae, quae ad quodvis cuiusque ecclesiae altare rite celebrabuntur pro anima cuiusque moderatoris, zelatoris, nec non sodalis defuncti, ipsi animae perinde suffragentur, ac si fuissent ad privilegiatum altare peractae; et moderatoribus ac sacerdotibus in ipsam Societatem nunc et in posterum adlectis sive adlegendis, dummodo aliter simili facultate non gaudeant, quater in hebdomada personale altaris privilegiati indultum tribuimus. Tandem iisdem moderatoribus et sacerdotibus inscriptis, qui sint ad sacramentales confessiones excipiendas probati, facultatem facimus benedicendi, « unico « Crucis signo », extra Urbem, servatis formula et ritu praescriptis, obiecta pietatis, iisque applicandi indulgentias a Nobis concessas sub die **XVII** februarii mensis vertentis anni **MGMXXII** : nec non coronas precatorias cum applicatione indulgentiarum tum PP. Crucigerorum tum Sanctae Birgittae: denique Crucifixos, cum applicatione indulgentiae in mortis articulo lucrandae a quovis fideli, qui, sub statutis conditionibus, C rucifixum sic benedictum vel deosculatus sit vel saltem tetigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Praesentibus perpetuo valituris.

Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis martii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

ACTA BENEDICTI XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

GOMPSANA, GAMPANIENSIS
S. ANGELI DE LOMBARDIS ET BISAG1ENSIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad christifidelium bonum maxime confert, ut dioeceses ita distribuantur, quo earum regimini ac necessitatibus facilius et commodius occurri possit. Hinc est quod si nova temporum ratio effiagitet ut id immutetur, quod olim fuerat sancitum, Apostolica Sedes non abnuat, sed in more habeat, dioeceses separare, unire, novisque limitibus circumscribere, prout ipsa res postulat, ut amoveantur ea, quae in animarum verterent perniciem. Iamvero id plane accidit relate ad archidioecesim Compsanam et ad dioecesim Campaniensem, Compsanae ab anno millesimo octingentesimo decimo octavo unitam, et in perpetuam administrationem Archiepiscopo Compsano concreditam. Distantia enim et difficultate viarum iter a Campania ad oppidum Compsam diuturnum et grave est; et idcirco Ordinarius suas oves invisere, et hae suum Ordinarium adire, ut plurimum, nequeunt, nisi magnis toleratis expensis et tempore non modico emenso. Quapropter vix ab istius ordinationis initio adversus hanc duarum dioecesium unionem querelae motae sunt, et modo ab una, modo ab altera nova ordinatio expetita fuit. Nuperrime vero Capitulum cathedrale Campaniense moras abrumpendas esse duxit et ad remedium afferendum tam noxio ecclesiastici regiminis statui, supplices preces Nobis obtulit, ut Campaniensis dioecesis seiungeretur ab archidioecesi Compsana, ipsique proprius Episcopus constitueretur. Qua petitione S. Congregationis Consistorialis examini subiecta, eidem S. Consilio visum est, bono animarum cessurum dioecesim Campaniensem separare ab archidioecesi Compsana, novos utriusque Eccie-

siae limites statuere et archidioecesim Gompsauam copulare cum dioecesibus unitis S. Angeli de Lombardis et Bisaciensi, servato, quantum fieri poterat, ordine civilis divisionis. Nos autem votum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium excipientes, et spirituali fidelium bono prospicere cupientes, re mature perpensa, omnium ac singularum, quorum haec res interest, vel sua interesse praesumant, consensu suppleto, auctoritate Nostra et de Apostolicae potestatis plenitudine, statuimus ut memorata dioecesis Campaniensis seiungatur ab archidioecesi Compsana, utraque novis limitibus circumscribatur, ut infra indicabimus, et archidioecesis Compsana uniatur, copuletur et principaliter adiungatur dioecesibus unitis S. Angeli de Lombardis et Bisaciensi. Suo itaque honore antiquae archidioecesi Compsanae servato, illius Ordinarius nomen, titulum ac honorem habebit Archiepiscopi Compsani et Episcopi S. Angeli de Lombardis et Bisaciensis; et qua Archiepiscopus Compsanus subdita habebit oppida vulgo nuncupata ***Coma, S. Andrea di Coma, Andreita, Cairano, Galitri, Teora, Quaglietta, Senerchia, Galabritto, Caposele, Pescopagano.*** Ordinarius autem Campaniensis, praeter oppida iam nunc sibi propria, hoc est ***Campagna, Caggiano, Satriano Lucano, S. Angelo le Fratte, Savoia di Lucania*** vulgo nuncupata, obnoxia sibi habebit ***Contursi, Palomonte, Oliveto Citra, Buccino, S. Gregorio Magno, Salvitelle, Auletta, Laviano, Santo Menna, Castelnuovo di Coma, Valva, Colliano,*** etiam vulgo nuncupata, quae omnia hucusque in dioecesi Compsana erant, sed, quum sint in circumscriptione civili Campaniensi et Campaniae propiorem et faciliorem habeant accessum, eidem dioecesi adiunguntur una cum oppido ***Vietri di Potenza*** vulgo nuncupato, quod est in provincia civili Potentina. Insuper, quod modo attinet, Episcopus Campaniensis Sanctae Sedi erit immediate subiectus. Pro dotatione autem mensarum episcopalium volumus ut census, canones et praestationes, quas paroeciae Ecclesiarum Compsanae et Campaniensis solvere tenentur, ei dioecesi tribuantur cui paroeciae ipsae subiiciuntur. Praeterea ex reditibus publici aerarii duae tertiae partes, quae ad libellas octo millia ducentas triginta quatuor numerantur, adscribantur Episcopo Campaniensi, tertia vero pars Archiepiscopo Compsano, qui insuper percipiet omnes reditus mensarum episcopalium S. Angeli de Lombardis et Bisaciensis. Omnia autem et singula documenta, quae attinent ad paroecias separandas et adiungendas dioecesi Campaniensi, servatis servandis et quantum fieri poterit, tabulario Curiae Campaniensis tribuantur. Cathedralis Ecclesiae Campaniensis, ut supra circumscriptae, constituimus Episcopum venerabilem fratrem Carmelum Cesarano, hactenus Archiepiscopum Compsanum et Administratorem perpetuum Campaniensem,

quem proinde absolvimus a vinculo metropolitanae Ecclesiae Gompsanae et decoramus titulo ***ad personam*** Archiepiscopi-Episcopi Gampaniensis.

Ecclesiae vero metropolitanae Compsanae praeficimus venerabilem fratrem Iulium Tom masi, hactenus Episcopum S. Angeli de Lombardis et Bisaciensis, quem proinde Archiepiscopum Compsanum et Episcopum S. Angeli de Lombardis et Bisaciensem constituimus.

Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nemini, ullo tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodo libet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat se obnoxium evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad praemissa omnia et singula exsecutioni mandanda, cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, deputamus venerabilem fratrem Albertum Costa, Episcopum Melphiensem et Rapollensem, eique tribuentes etiam potestatem subdelegandi alium virum, in ecclesiastica tamen dignitate constitutum, ita ut ipse valeat et satagat quaecumque ordinare, declarare, statuere ac definitive decernere, quae huic rei conficiendae erunt necessaria. Eidem exsecutori Apostolico adiicimus obligationem, intra sex menses a data praesentium Litterarum computandos, ad S. Congregationem Consistorialem transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis. Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur eadem prorsus fides, quae hisce litteris tribueretur si originaliter exhibitae vel ostensae fuerint.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die trigesima mensis septembris, Pontificatus Nostri anno octavo.

)$j C. C**ARD**. DE LAI, ***Episc. Sabinen.***
S. C. Consist. Secretarius.

O. C**ARD**. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

Ludo vicus Schüller, ***Protonotarius Apost.***
Leopoldus Capitani, ***Reg. Sub. ex spec. dei.***

Loco *ffc* **Plumbi.**

Beg. in Cane. Ap., vol. XXVI, n. 6.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACKA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

REPROBATIO LIBRI: « UNE MYSTIQUE DE NOS JOURS »

Emi ac Rmi Domini Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores generales, in ordinario consessu habito feria iv, die 15 martii *19%%* decreverunt: Opus cui titulus: « Chanoine S. Legueu - ***Une mystique dt nos jours. Sœur Gertrude-Marie, religieuse de la Congrégation de Saint-Charles d'Angers »*** esse reprobandum.

Et insequenti feria v, die 16 eiusdem mensis etanni, Sanctissimus D. N. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem ratam habuit et publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 17 martii 1922.

Aloisius Castellano, ***Supremae S. C. S. Officii Notarius.***

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

AMAZONENSÍS-FLUMINIS NIGRI

DE FINIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Revmus Apostolicus Praefectus Fluminis Nigri nuper a Sancta *Sede postulavit, ut a dioecesi Amazonensi distraheretur paroecia a Sancta Rita de Mouia nuncupata suaeque praefecturae uniretur, tum ob illius regionis animarum salutem, tum ob ipsius praefecturae com-

modum. Quare Ssmus Dnus Noster Pius Papa XI, accedente consensu R. P.D. Irenaei Joffily, Episcopi Amazonensis, et suffragante Ulm o ac Rmo Dno Henrico Gasparri, Archiepiscopo Sebastensi, in Brasiliana Republica Apostolico Nuntio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, hoc consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent, praefatam paroeciam S. Ritae de Moura, cum omnibus et singulis fidelibus ibi exsistentibus, a dioecesi Amazonensi separat et Apostolicae praefecturae Fluminis Nigri coniungit et unit. Contrariis quibuscumque haud obstantibus. Ad haec autem exsecutioni mandanda idem Ssmus Dnus deputat R. P. D. Henricum Gasparri, Archiepiscopum Sebastensem, in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere eidem imposito ad hanc S. Congregationem mittendi, intra sex menses a data praesentium computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 3 martii 1922.

)$l C. **CARD. DE LAT**, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

h. % S.

Aloisius Sincero, ***Adsessor.***

II

TAMAULIPANAE

DE EPISCOPALIS SEDIS TRANSLATIONE

SSmus Dnus Noster Pius PP. XI, decreto S. Congregationis Consistorialis, die 3 martii 1922, statuit ut episcopalis sedis dioeceseos Tamaulipanae a civitate Victoria in urbem ***Tampico*** transferatur.

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, Benedictus fel. rec. Pp. XV, has quoque Ecclesias de proprio singulas Pastore providit:

20 decembris 1921. — Titulari episcopali Ecclesiae Papianensi praefecit R. P- Hyginum Nuti, Vicarium Apostolicum Aegypti.

21 decembris 1921. — Titulari episcopali Ecclesiae Tegeensi, H. D. Augustinum Blessing, Vicarium Apostolicum de Limon.

29 decembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicomediensi, R. D. Carolum Cremonesi, Eléemosynarium Sanctitatis Suae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lambactitanae, R. P. Ioannem M. Blois, Vicarium Apostolicum Manciuriae Meridionalis.

Item successivis eiusdem Sacrae Congregationis decretis Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI:

13 martii 1922. — Titulari episcopali Ecclesiae Myriophytensi praefecit R. D. Arnoldum Verstraelen, e Societate Verbi Divini de Steyl, Vicarium Apostolicum Insularum Sundae Minorum.

17 martii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cabasitanae, R. P* D. Othonem Nuñez et Zarate, hactenus Episcopum Zamorensem in America Septentrionali, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Eulogii Gregorii Gillow, Archiepiscopi de Antequera.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Dramensi, R. P. D. Guilelmum Piani, hactenus Episcopum tit. Palaeopölitanum, quem constituit Delegatum Apostolicum in Insulis Philippinis.

— Cathedrali Ecclesiae Sacramentensi, R. P. D. Patri cium Keane* hactenus Episcopum titularem Samaritanum.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Squillacensi, R. D. Antonium Melomo, Rectorem Seminarii Consentini.

18 martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Scillitanae, R. P. D. Beniaminum Iosephum Keiiey, hactenus Episcopum Savannensem.

22 martii. — Titulari episcopali Ecclesiae labrudensi, R. D. Henricum Friteau, e Congregatione Spiritus Sancti, Vicarium Apostolicum de Loango.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tiberiopolitanae, R. D. Adalberum Fleischer, Vicarium Apostolicum de Mariannhill.

28 martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Legionensi, R. D. Iulianum Leventoux, e Congregatione Iesu et Mariae vulgo « Eudistarum », Vicarium Apostolicum Sinus Sancti Laurentii.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

CIRCA PECUNIAS RELfGIOSlS OBVENIENTES OCCASIONE SERVITII MILITARIS PRAESTITI TEMPORE BELLI.

DUBIA

Sacrae Congregationi Religiosorum Sodalium negotiis praepositae, sequentia dubia pro opportuna solutione subiecta fuere:

I. Utrum religiosi sollemniter professi ad tenorem iuris communis quidquam pecuniarum, quae illis occasione servitii militaris durante bello praestiti obvenerunt, vel ob venient, iure sibi retinere valeant, vel potius eas omnes suo Ordini refundere teneantur.

II. Utrum religiosi sollemniter quidem professi, sed ex indulto Apostolico post professionem nihilominus. capaces adquirendi, quidquam pecuniarum, de quibus in primo dubio, suas facere valeant absque assensu et licentia expressa sui Superioris maioris.

III. Utrum religiosi simpliciter professi, sive in perpetuum sive ad tempus, quorum constitutiones excludunt post professionem omnem ulteriorem acquisitionem bonorum temporalium, teneantur dictas pecuniae ointes suae Religioni tradere.

IV. Utrum religiosi quomodocumque simpliciter professi in perpetuum vel ad tempus, sive in Ordine sive in Congregatione, quorum constitutiones non obstant, de pecuniis ***titulo stipendii (le solde)*** acceptis quidquam suum facere valeant, vel potius quidquid post eorum dimissionem ex exercitu superfuerit, respectivae Religioni tradere teneantur.

V. Utrum pensio vitalitia data ob mutilationem vel debilitationem in bello perpessam religiosis simpliciter professis, vel iis de quibus in can. 673 § 1, aut demum iis quorum vota vel promissa suspensa manebant, pertineat ad respectivam Religionem aut Societatem.

VI. Utrum emolumenta pecuniaria, ob decus militare ***(la médaille militaire, la croix de la légion d'honneur)*** in bello reportatum obvenientia, pertineant ad ex-milites aut potius ad Religionem.

VII. Utrum retributio singulis militibus in actu eorum dimissionis tributa tamquam sollemne publicae gratitudinis signum ***(la prime de la démobilisation)*** pertineat ad Religionem.

VIII. Utrum qui de pecuniis occasione beiti perceptis contra superiores resolutiones, iam disposuerit etiam in favorem tertii, teneantur ad restitutionem.

Porro Eminentissimi Patres in plenario coetu ad Vaticanum habito die 24 februarii 1922, re mature perpensa, ad proposita dubia respondendum censuerunt:

Ad i. ***Negative*** ad 1^{am} partem ; ***affirmative,*** ad 2^{am}.

Ad II. ***Negative.***

Ad III. ***Affirmative,*** quoad religiosos qui tempore servitii militaris votis ligati erant; ***negative,*** quoad ceteros.

Ad IV. Si agatur de iis qui tempore servitii militaris votis adstricti erant: ***negative*** ad 1^{am} partem, ***affirmative*** ad 2^{am}; si vero de iis quorum vota cessarunt, ***affirmative*** ad 1^{am} partem; quoad alteram vero: aequam compensationem suae Religioni tradant.

V. Quoad religiosos tempore servitii militaris votis obstrictos: pertinet ad Religionem; quoad ceteros : pertinet ad personam, quae tamen tenetur eam suo Instituto tradere quamdiu in eo permaneat.

Ad VI. ***Negative*** ad 1^{am} partem ; ***affirmative*** ad 2^{am}, nisi de iis agatur qui votis non erant obstricti tempore belli.

Ad Vil. ***Affirmative-,*** nisi tempore belli votis ligati minime fuerint,

Ad VIII. ***Affiritäative;*** nisi religiosus ex permissione Superioris, rationabiliter praesumpta, egerit.

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Pp. XI ab infrascripto P. Secretario S. Congregationis, in audientia habita die 25 februarii 1922, Sanctitas Sua resolutionem EE. Patrum approbare et confirmare dignata est.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 16 martii 1922.

TH. CARD. VALPRÈ DI BONZO, ***Praefectus.***

L. ✠ S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., ***Secretarius.***

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

LITTERAE CIRCULARES

DE PRIMO INTERNATIONALI CONVENTU CONSOCIATIONIS MISSIONALIS CLERI MENSE IUNIO INEUNTE IN URBE HABENDO.

Quo centenaria commemoratio Sacrae Congregationis de Propaganda Fide (MDCXXIL-MCMXXII) dignior atque sacris missionibus utilior evadat, visum est heic Romae primum internationalem conventum indicere ***Missionalis Cleri Consociationis,*** de qua Summus Pontifex fel. rec. Benedictus XV" in Encyclicis litteris ***Maximum illud,*** diei 30 novembris a. 1919, haec inter alia habebat: « Scitote igitur Nos cupere in omnibus orbis catholici dioecesibus eam quam vocant ***Missionalem Cleri Consociationem*** institui, quae in dicione sit Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, cui quidem S. C. omnem iam huius rei fecimus facultatem ».

Quod quidem iam a Summo Pontifice Benedicto XV in audientia diei n mensis novembris e. a. adprobatum, gloriosus Pontifex Pius divina Providentia Papa XI benigne confirmare ratumque habere dignatus est.

Diebus itaque i, n, **III** proxime futuri mensis iunii, mane tantum (ab hora nona ad hora primam p. m.), in aula magna Apostolicae Cancellariae praedictus conventus habebitur, hunc in finem nempe ut laudatae Missionalis Cleri Consociationis (vulgo: ***Unione Missionaria dei Clero)*** notitia, eaque certa et quibusvis dubitationibus libera, publice detur; mediaque praefiniantur ad eandem in omnibus catholici orbis dioecesibus excitandam ac fovendam.

Praeses conventus erit Emus ac Revmus Dominus Camillus Laurenti S. R. E. Diaconus Cardinalis, eiusque vices gerent R. P. D. Guido Conforti, Archiep. episcopus Parmen. et R. P. D. Iulius Tiberghien, Archiep. tit. Nicaenus.

Actuarius: Illmus et Revmus D. Caesar Pecorari, S. G. de'Propaganda Fide Subsecretarius; eiusque vices geret Revmus D. Petrus Ercole, Secretarius Missionalis Cleri Consociationis in Urbe.

Consilium vero eiusdem conventus nonnulli Urbani Antistites nec non religiosi viri e singulis nationibus Romae degentes, constituent.

Cum itaque perplures catholici orbis Archiepiscopi atque Episcopi, proxime futuro mense maio in Urbem sint adventum, occasione auspicatissima Eucharistici conventus, eos omnes per praesentes rogamus, iis non exceptis in quorum dioecesibus supradicta Missionalis Cleri Con. sociatio nondum constituta fuit, ut adesse quoque velint eiusdem Piae Consociationis conventui ad sacrarum missionum bonum et incrementum; quod Ssmo D. N. Pio divina Providentia Papae XI gratissimum apprime fiet.

Libelli seu tesserae pro conventu Missionalis Cleri Consociationis penes Secretariam S. C. de Propaganda Fide haberi poterunt.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die prima mensis aprilis MGMXXÏI.

G. M. CARD. VAX ROSSUM, *Praefectus.*

L. I$I S.

f P. Fumasoni-Biondi, Archiep. Diocletanus, ***Secretarius.***

n

DECRETUM

DISTRICTUS CIVILES DE YENKI ET DE ILAM A VICARIATU APOSTOLICO MANOIURIAE SEPTENTRI0NAL1S SEPARANTUR ET DEFINITIVE ADIICIUNTUR VICARIATUI APOSTOLICO DE WONSAN IN COREA.

Post erectionem vicariatus apostolici de Wonsan in Corea, R. P. Abbati Bonifacio Sauer, Episcopo tit. Appian., eiusdem Ordinario, commissa fuit administratio districtuum civilium de Yenki et Ilam, pertinentium ad vicariatum apostolicum de Manciuria septentrionali.

Cum autem RR. PP. DD. Vicarius Apostolicus de Wonsan et Vicarius Apostolicus de Manciuria Septentrionali (accedente consensu favorabili, tum Superioris Societatis Parisiensis pro missionibus exteris, cui concredita est missio de Manciuria Septentrionali, tum Archiabbatis S. Ottiliae, cui subsunt missionarii vicariatus de Wonsan), petiissent ut idem territorium de Yenki et de Ilam definitive huic vicariatui de Wonsan uniatur, ad efficacius providendum, tum adsistentiae fidelium, tum paganorum conversioni, Emi ac Rmi Patres huius Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, re mature perpensa, in comitiis generalibus diei 13 mensis martii decreverunt districtus civiles de Yenki et de Ilam separandos esse a vicariatu de Manciuria Septentrionali et definitive uniendos esse vicariatui de Wonsan.

Quam Emorum Patrum sententiam Summo Pontifici Pio divina providentia Papae XI, in audientia eiusdem diei a R. P. D. huius Sacrae Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua adprobare ratamque habere dignata est, ac praesens in re decretum expediri mandavit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S Congregationis de Propaganda Fide, die 19 martii 1922.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

h. * **S.**

f P. Fumasoni-Biondi, Archiep. Diocletanus, ***Secretarius.***

III

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dnus Noster Pius Divina Providentia PP. XI, decreto huius Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando diei 4 martii 1922, cathedrali Ecclesiae Rosensi praefecit R. P. Iacobum Moris, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

RESCRIPTA AD AUGENDAM CELEBRITATEM SOLLEMNIUM TERTIO EXEUNTE SAECULO AB INSTITUTA SACRA CONGREGATIONE DE PROPAGANDA FIDE INDICTORUM.

!

DE ADDITIONE OPPORTUNAE IN VOCATIONIS LITANIIS SANCTORUM

Beatissimo Padre,

La Commissione per i festeggiamenti del terzo centenario della S. Congregazione di Propaganda, presieduta dall'Emo Cardinale Prefetto della medesima, supplica instantemente la Santità Vostra perchè voglia benignamente degnarsi di approvare la seguente invocazione e di dare ordine che venga inserita nelle Litanie dei Santi:

Ut omnes errantes ad unitatem Ecclesiae revocare, et infideles universos ad Evangelii lumen perducere digneris: Te rogamus, audi nos.

ROMANA

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptam invocationem pro privata et publica recitatione, necnon pro additione Litaniis Sanctorum post invocationem ***Ut cuncto populo christiano,*** etc., approbare et ad universam Ecclesiam extendere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 22 martii 1922.

£8 A. CARD. Vrco, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C Praefectus.

L. ffi S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

DE CELEBRATIONE MISSAE VOTIVAS PRO FIDEI PROPAGATIONE SEMEL IN ANNO IN QUALIBET DIOECESI.

Beatissimo Padre,

La Commissione per i festeggiamenti del terzo centenario della S. Congregazione di Propaganda, presieduta dall'Emo Cardinale Prefetto della medesima, supplica umilmente la Santità Vostra perchè voglia benignamente disporre che in ogni diocesi sia celebrata una volta l'anno, in giorno da stabilirsi dai rispettivi Ordinari, la Messa votiva ***de Fidei Propagatione,*** nell'intento di eccitare così maggiormente il clero a favore delle sacre missioni ed ottenere dal Signore gli aiuti necessari per il maggior sviluppo delle medesime.

ROMANA

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, his precibus ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatis, benigne annuit pro gratia iuxta petita, ita tamen, ut praedicta Missa votiva ***de Propagatione Fidei*** cum ***Gloria*** et ***Credo*** celebrari possit semel in anno diebus ab Ordinario cuiusque loci designandis, exceptis tamen Festis duplicibus I et II classis, Dominicis maioribus, necnon Octavis I et il ordinis, Feriis et Vigiliis quae sint ex privilegiatis: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 22 martii 1922.

£g A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. j$j S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (FOLCHI-BAILLY)

Cum ex actis processus in Curia Mediolanensi peractis, constet Dominam Paulam Bailly, in causa conventam, reperiri non posse, per praesens edictum eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, coram Nobis in sede Tribunalis S. R. Rotae (Palazzo della Dataria, via della Dataria, n. 94, Roma) die o maii 1922, hora 10, ad dubium concordandum vel infrascriptum subscribendum, et ad diem destinandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae, de qua supra, definitione.

DUBIUM

An sit proponenda ad novum examen praesens causa.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco Dominae praefatae, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione pars conventa moneatur.

Franciscus Solieri, ***Ponens.***

L. *ffâ* S. * -

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 martii 1922.

Ioannes Ladelci, ***Notarius.***

Traduction

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par ***edit***

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (fOLCHI-BAILLY-)

Puisqu'il conste des actes du procès, qui a été fait dans la Curie de Milan, que Madame Paule Bailly, défenderesse en cette cause, ne peut -être trouvée, sur l'instance de l'Avocat de Monsieur Philippe Folchi, Nous citons par le présent édit la même défenderesse à comparaître par propre, personne ou par procureur légitimement constitué, devant Nous, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Dataria, via della Dataria, n. 94) le 5 mai 1922, à 10 heures du matin, pour souscrire le doute ci-dessous rapporté et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote.

DOUTE

Est-ce que la cause présente doit être proposée pour un nouvel examen.

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence de la dite défenderesse doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente -citation.

François Solieri, ***Ponent.***

L.)$i S.

Donné à Rome, le 20 mars 1922.

J. Ladelci, ***Notaire.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì 28 marzo, la Santità di Nostro Signore ha rice-Yuto in solenne Udienza le Loro Maestà il Re ALBERTO e la Regina ELISABETTA del Belgio, col Loro Figlio Primogenito LEOPOLDO, Duca del Brabante.

Il Santo Padre si è degnato di rispondere a mezzo della Sua Segreteria di Stato ai singoli telegrammi con cui Enti civili e morali e persone private avevano umiliato al Suo Trono omaggio di filiali auguri nella fausta circostanza della Sua esaltazione alla Cattedra di S. Pietro.

Se qualcuno di tali omaggi fosse rimasto senza risposta, ciò si deve al fatto che il telegramma di riscontro non ha potuto essere inoltrato per insufficienza d'indirizzo. L'Augusto Pontefice desidera tuttavia che anche per la via presente giungano a tutti indistintamente i graziosi sensi del Suo paterno gradimento.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 14 marzo 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta ia Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale, gli Emi e Revmi signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella Causa di Beatificazione «~ Canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Teresa Eustocbio Verzeri, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie del Sacro Cuore di Gesù.

Martedì 21. marzo 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale, al giudizio degli Emi © Revmi signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Pietro Casani della Natività di Maria Santissima, Sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Regolari Poveri della Madre di Dio e delle Scuole Pie.

2) Riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Angelo da Furcio, Confessore, Sacerdote professo degli Eremitani di Sant'Agostino.

3) intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Pietro Renato Rogue, Prete della Missione, ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede.

4) Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa (e dell'Elogio da inserirsi nel *Martirologio)* in onore del Beato Angelo de Scarpetti, Confessore-dei suddetto Ordine Agostiniano.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

11 marzo 1922. Monsig. Ubaldo Mann/ucci, ***Consultore detta Sacra Congregazione del Concilio.***
17 » » Il sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Bel monte, ***Pro* tettore dell'Istituto dei Religiosi Terziari Cappuccini della Vergine Addolorata.***
» » » U medesimo Emo sig Cardinale, ***Protettore dell'Istituto delle Religiose Terziarie Cappuccine della Sacra Famiglia dell'arcMd. di Valenza (Spagna).***
26 » » Monsig. Diego Venini, ***Cameriere Segreto Partecipante di Sua Santità.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Benedetto XV di fel. mem. si era degnato di nominare:

Protonotarii apostolico ad instar participantium:

3 gennaio 1922. Monsig. Alfredo Lemée, della diocesi di Séez.

Prelati Domestici di S. S.:

.6 luglio 1921. Monsig. Bernardo Giorgio Traudt, dèll'archidiocesi di Milwaukee.
» » » Monsig. Boleslao Goral, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Davide 0' Hearn, della medesima archidiocesi.
3 dicembre » Monsig. Carlo Baden, dèll'archidiocesi eli Cincinnati.
4- gennaio 1922. Monsig. Tommaso P. Smith, della diocesi di Altoona.

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

13 marzo 1922. Monsig. Tommaso Giuseppe Walsh, Vescovo di Trenton.
20 » » Monsig. Giovanni Becker, Arcivescovo di Portalegre nel Brasile.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium :

13 febbraio 1922. Monsig. Michele Faloci Pulignani, della diocesi di Foligno.
21 » » Monsig. Giovanni Enrico Fox, della diocesi di Trenton.
24 * » Monsig. Giuseppe Duarte Dias d'Andrade, della diocesi di Coimbra.
26 » » Monsig. Domenico Claessens, della diocesi di Ruremonda.

6 marzo 1922. Monsig. Enrico Castelli, dell'archidiocesi di Napoli.
» Monsig. Rodolfo Ottavio Maria Harscouët, della diocesi di Annecy.
15 » Monsig. Carlo Napoleone Gariépy, dell'archidioc. di Quebec.
» Monsig. Andrea Micheletti, della medesima archidiocesi, professore decano della facoltà giuridica nella Università di Lublino.
16 » Monsig. Elia Pietro Simorre, della diocesi di Costantina.
23 » Monsig. Francesco Saverio Vales Failde, della diocesi di Madrid.

Prelati Domestici di S. S.

11 febbraio 1922. Monsig. Giuseppe A. Wbitaker, dell'archid. di Filadelfia.
13 » » Monsig. Ettore Baranzini, Rettore del Seminario dei Santi Ambrogio e Carlo, in Roma.
» » . - » Monsig. Andrea Boucher, dell'archidiocesi di Parigi.
22 » » Monsig. Giuseppe Rotondi, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Ermenegildo Pellegrinetti, Uditore della Nunziatura Apostolica di Polonia.
» » - » Monsig. Giovanni Ivasco, della diocesi di Gheiia.
24 » » Monsig. Guglielmo I. Mac Kean, della diocesi di Trentork,
» » » Monsig. Pietro I. Petri, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo P. Cantwell, della medesima diocesi.
» » Monsig. Giovanni I. Greerisill, dell'archidiocesi di Filadelfia.
» » » Monsig. Tommaso F. Me Nally, della medesima archidioe.
» » » Monsig. Giuseppe A. Me. Cullongb, della medesima archid.
3 marzo » Monsig. Decio Botti, di Roma.
9 » » Monsig. Elia Caversasio, dell'archidiocesi di Milano.
20 » » Monsig. Giuseppe De Angelis, della diocesi di Norcia.
» » » Monsig. Ernesto Camu, dell'archidiocesi di Reims.
, » » Monsig. Luciano Paulot, della medesima archidiocesi.
22 » » Monsig. Leonzio de Villeneuve, della diocesi di Monaco (Principato).
23 » » Monsig. Tito Paffetti, di Roma.
» » » Monsig. Francesco Roberti, di Roma.
24 » » Monsig. Giacomo Sprankling, della diocesi di Southwark.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Benedetto XV di fel. mem. si era degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

15 gennaio 1922. Al sig. Alessandro Sbardella, della diocesi di Palestrina.
16 » » Al sig. Rodolfo Kohlruss, Console generale della Repubblica Austriaca a Lubiana.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

5 luglio 1921. Al sig. Guglielmo Giorgio Bruce, dell'archid. di Milwaukee.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

17 gennaio 1922. Al sig. barone Minora Saito, Governatore generale di f.•hosen (Corea).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

5 gennaio 1922. Al sig. prof. Michele Aguilar Cuadrado, Primo Astronomo dell'Osservatorio di Madrid.

17 » » Al sig. Takekichi Matsunaga, Segretario Capo del Con. Cent nel Governo di Chosen.

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

29 marzo 1922. A S. E. il barone Eugenio De Beyens, ambasciatore del Belgio presso la S. Sede^

» » » A S. E. il sig. Enrico laspar, ministro degli Esteri in Belgio.

» » » Al sig. conte Giovanni de Merode, Gran Maresciallo della Corte Belga.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

22 febbraio 19%2. Al sig. Ludovico Kintsschots, dèll'archidiocesi di Malines.

2 marzo » Al sig. Carlo Paz, Inviato di Bolivia presso la Santa Sede in Missione straordinaria.

La Commenda dell 'Ordine Piano :

29 marzo 1922. Al sig. conte Guy d'Oultremont, aiutante della Corte del Belgio.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

29 marzo 1922. Al sig. capitano comandante, conte Andrea de Meeus, ufficiale d'ordinanza del He del Belgio.

» » » Al sig. Fernando Muuls, segretario del ministro degli Esteri del Belgio.

» ». » Al sig. cav. Stefano Ruzette, segretario dell'ambasciata del Belgio presso la S. Sede..,

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 febbraio 1922. Al sig. Giulio Acosta Garcia, Presidente della Repubblica di Costarica.

29 marzo » Al sig. conte Filippo de Lannoy, Gran Maestro della Casa della Regina del Belgio.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 marzo 1922. Al sig. Alessandro Alvarado Quirös, Ministro degli Esteri della Repubblica di Costarica.

17 » » Al sig. barone Enrico de Woelmont, già Consigliere della Ambasciata Belga presso la Santa Sede.

« tibus, solus Romanus Pontifex; si autem ***de parochiis*** agitur, non solus « Romanus Pontifex (cfr. S. C. Gönsist. in Placent. 15 mart. 1909), sed ***« etiam Episcopus est competens*** (S. C. Concil. 23 aprii. 1864; in Syrac. « 28 mart. 1903), verum ex gravi causa et servatis legitimis solemni- « tatibus ». Itaque, ex hac doctrina, probe distinguenda erit dismembratio proprie dicta - cuius obiectum directum et exclusivum sunt bona beneficii, quaeque proinde indolem seu rationem habet mere ***oeconomicam*** et ideo communibus legibus de alienatione bonorum subiacet - a dismembratione minus propria, cuius obiectum est pars territorii, quaeque proinde rationem seu indolem mere ***moralem, iurisdictionalem seu disciplinarem*** habet, eiusdem generis ac erectio et suppressio, ac propterea iisdem facultatibus erigendi et supprimendi plane contineri videtur, iuxta notissimam regulam : « Cui maius conceditur, et minus concedi « videtur». « Non debet cui plus licet, quod minus est, non licere ». Ulp., 1. 21, ff. de ***reg. iur.,*** 4, 17. Nec obstat quod per accidens, cum hac territorii separatione etiam bonorum seu proventuum aliquam imminutionem, is, de cuius iurisdictione territorium erat, persentire debeat; quum id non directe et exclusive intendatur, sed necessario permitti debeat, iuxta effatum: «Accessorium naturam sequi congruit principa- le lis » ; cap. 42, de Reg. Iur., in VI (V, 12).

Hanc vero doctrinam ultro recepit ac pro more expolivit nuper datus Codex iuris canonici.

Ex canone enim 1421 habetur ***divisio beneficii*** « cum ex uno, duo « vel plura beneficia fiant; ***dismembratio,*** cum pars ***territorii*** aut ***bonorum*** « alicuius beneficii ex eodem detrahitur et alii beneficio vel causae piae « aut ecclesiastico instituto assignatur ».

Canon autem 1427 non solum attribuit Episcopis ius peragendi ***divisionem beneficii seu paroeciae*** hisce verbis: « possunt etiam Ordinarii ex « iusta et canonica causa paroecias quaslibet... dividere, vicariam per- « petuam vel novam paroeciam erigentes », verum etiam ***dismembrationem territorii beneficii seu paroeciae,*** aliis verbis subsequentibus : «aut « earum territorium dismembrare », quin novum erigatur beneficium seu paroecia.

Contra, canone 1422 reservatur Apostolicae Sedi tantum ***dismembratio bonorum beneficii seu paroeciae,*** nempe « quae detractis bonis « beneficialibus fiat quin novum erigatur beneficium ». Ratio huius reservationis Apostolicae non videtur, hodie, proprie in eo consistere quod in casu agatur de vera alienatione bonorum ecclesiasticorum ; quia secus eam Ordinarii, saltem ad tramitem iuris Codicis, vi canonis 1532, usque ad summam lib. 30.000 peragere valerent. Ex adverso id repetendum

videtur - praeterquam ad praecavendos abusus inde forsan orituros, ne scilicet ut unum adornetur altare exponetur alterum - ex eo quod in themate agitur de alienatione ***absque compensatione seu pretio,*** idest de vera bonorum ecclesiasticorum ***donatione,*** cui saepius obstat contraria fundatorum vel oblatorum voluntas, ad quam supplendam minime protenditur Ordinariorum potestas.

Quum itaque dismembrationes ab Archiepiscopo Utinensi peractae non sint beneficíales sed territoriales, idest reducantur ad veras delimitationes finium paroecialium, non videtur ambigendum ipsas iuxta tenorem canonis 1427 esse in eiusdem Ordinarii potestate. Hoc enim canone iam definitive explosa censeri debet contraria opinio Fagnani, ßouix, aliorumque severiorum, quam tenuisse videtur etiamnum Rota, in Annecien., 5 febr. 1918; Derthonen., 31 ian. 1919, etc., iuxta quos haec dismembratio fieri non posset ab Episcopo, hac obstante causa, quod fines ***certi*** paroeciarum, utpote ad ius publicum pertinentes, iam nonnisi a Suprema Auctoritate immutari valeant (cfr. c. 1509, 3).

Nec in contrarium opponi posse videtur simultanea decimarum dismembratio ; nam haec nonnisi secundario et per accidens subsequuta est dismembrationem ipsius territorii, dum canone 1422 reservatur S. Sedi dismembratio tantum bonorum beneficii seu paroeciae, quin simul territorium dismembretur. Praeterea, ut adnotat Archiepiscopus Utinensis in primis litteris diei 7 iunii 1921 « tratterebbesi nel caso di stralcio di « decime domenicali, pagate precisamente dagli abitanti del territorio « dismembrato e unito all'altra parrocchia, i quali diffìcilmente si adat- « teranno a pagare alla parrocchia dalla quale per ragioni canoniche « sono stati divisi ». Denique decimae de quibus agitur sunt parvi momenti, quum idem Archiepiscopus in postremis litteris diei 3 decembris 1921 haec subdat: « Le frazioni già smembrate e unite alle altre « parrocchie coll'attribuzione dei rispettivi quartesi, per la quale chie- « deva sanatoria nell'ipotesi che avessi ecceduto la mia competenza « ordinaria, sono quelle di Soleschiano, tolta a Pavia di Udine e unita « a Marzano, e quella di Casanova tolta a S. Margherita e unita a Pas- « sons. Soleschiano dava a Pavia d'Udine un quartese in media di un « quintale di frumento e di due quintali di granturco. ***Una miseria,*** « come diceva lo stesso parroco di Pavia, ***che non bastava neppure a « compensarlo della spesa del cavallo.*** Le cinque case di Casanova aggregate a Passons davano a S. Margherita in media un quintale di fru- « mento e dodici quintali circa di granoturco, computando anche i « campi rimasti al di là del nuovo confine e sotto la giurisdizione di « S. Margherita. La terza frazione non ancora smembrata e che sarebbe

« da dismembrarsi dalla parrocchia di Madrisio dietro ripetute insistenti « richieste dei frazionisti a motivo della grande lontananza, sarebbe « Cornazzais da unirsi a Varmo: e questa non dà che il quartese del « piccolo suo territorio (ab. 250), che si riduce ad alcune centinaia di « lire, mentre al parroco rimane il quartese di altre quattro grosse fra- « zioni ».

Ideo, nec videtur necessarium in hac facti specie provocare ad can. 1500 statuentem: « Diviso territorio personae moralis ecclesiasticae « ita ut ***illius pars alii personae morali uniatur*** vel distincta persona « moralis pro parte ***dismembrata*** erigatur; etiam bona communia quae « in commodum totius territorii erant destinata, et aes alienum quod « pro toto territorio contractum fuerat, ***ab auctoritate ecclesiastica, cui « divisio competat,*** cum debita proportione ex bono et aequo dividi « debent etc. ». Etenim hic canon agit de bonis ***communibus*** totius territorii ex quo fit dismembratio, quemadmodum patet etiam ex tenore canonis 1427 § 3; dum decimae in themate habendae sunt uti bona propria ad partem tantum territorii dismembrati spectantia; et ideo necessario sequuntur territorium cui accedunt.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Propositis itaque dubiis:

I. ***An loci Ordinario absque beneplacito Apostolico competat dismembratio paroeciarum in casu.***

Et quatenus ***negative:***

II. ***An et quomodo, praeter sanationem quoad praeteritum, concedi possit facultas peragendi dismembrationem aliarum paroeciarum in casu.***

Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Revmorum Patrum comitiis, die 14 ianuarii 1922 in Palatio Apostolico Vaticano habitis, respondendum censuit:

Ad I. ***Affirmative.***

Ad II. Provisum in primo.

Facta autem postridie de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIONES VICARIATUUM APOSTOLICORUM

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

15 februarii 1922. — ***Vicarius Apostolicus de Hupé occiduo-meridionali,*** R. P. Herrnenegildus Ricci O. F. M.

14 martii. — ***Vicarius Apostolicus Insularum Sundae Minorum in Indiis Hollandicis,*** R. D. Arnoldus Verstraelen, e Societate Verbi Divini de Steyl.

22 martii. — ***Vicarius Apostolicus de Mariannhill,*** R. P. Adalberus Fleischer, Superior generalis Congregationis Missionariorum de Mariannhill.

— ***Vicarius Apostolicus de Loango,*** R. D. Henricus Friteau, e Congregatione Spiritus Sancti.

28 martii. — ***Vicarius Apostolicus Sinus Sancti Laurentii in Canadensi Dominio,*** R. D. Iulianus M. Leventoux, e Congregatione Iesu et Mariae, vulgo « Eudistarum ».

— ***Vicarius Apostolicus de Kansii orientali in Sinis,*** R. P. D. Salvator Walleser, O. F. M. Capuccinorum, Episcopus tit. Tanagrensis.

— ***Vicarius Apostolicus de Ninghia,*** R. P. D. Godefridus Frederix, e Congregatione Tmmaculati Cordis B. M. V. de Scheut, Episcopus tit. Tagastensis.

n

NOMINATIONES

Per decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, d. d. 21 martii 1922, R. D. Salvator Nuffel, O. S. B., electus est ***Praefectus Apostolicus de Transwaal septentrionali, in Africa meridionali.***

Item eadem Sacra Congregatio nominavit ad suum beneplacitum decreto diei 3 aprilis R. D. Hubertum Otto, e Congregatione Immaculati Cordis B. M. V.„de Scheut, ***Administratorem Apostolicum Vicariatus de Kansù occidentali;*** et decreto diei 5 e. m. R. D. Hieronymum Van Aertselaer, e Congregatione Immaculati Cordis B. M. V. de Scheut, ***Administratorem Apostolicum Missionis de Mongolia exteriori.***

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ROMANA SEU BERGOMEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI TERESIAE EUSTOCHIO VERZERI, FUNDATRICIS FILIARUM SACRI CORDIS IESU.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine, et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Multae quidem in hac Causa excitatae inde ab initio fuerunt difficultates. Quae si cui fortasse graves adeo videri potuerint, ut Causae ipsius arduum sane incertumque portenderent exitum, id, ceu valde proclive est coniectare et arguere, factum exinde fuit, quod scilicet eaedem perpensae sunt difficultates seorsim ab universa praefatae venerabilis Ancillae Dei Teresiae Eustochio Verzeri vita, et a peculiari praesertim, quod sortita illa fuerat, ingenio nec non cunctis nondum bene compertis et exploratis adiunctis, quibuscum, uti vere certoque contigerant, nexa et colligata manent facta, unde obiiciendi sumpta fuerat materies. Quapropter huc quum primae spectaverint responsiones, quas ad primum editas animadversiones, alterius quoque Patroni valido efficacique sibi adscito auxilio, concinnandas sategit Defensio, incommodorum mole, quibus impedita nimis nimisque fatigata exterius apparebat, non modice levari coepta est Causa. Quae idcirco eodem pergens itinere, eo usque fauste feliciterque est subinde progressa, ut vel ipsae, quae.ex adverso oppositae fuerant difficultates, dum, prout earum fert natura earumque sibi proposuerat auctor, pervestigandae et adquirendae veritati magnopere inservierunt, apta insimul ministraverint arma, quibus ex inito certamine superior evaderet Defensio illudque cum victoria concluderet.

Equidem, de venerabilis Teresiae virtutibus quum e proposito edisserunt testes, a prima exorsi eiusdem Servae Dei aetate, quaedam in medium illi proferunt quae, externo licet ex cortice impune praetermitti posse viderentur, penitius tamen inspecta pondus suum pandunt atque momentum. Ita, puerascebat adhuc Teresia; siquidem vix quinque nata

erat annos, quum, quodam festo die prolapsa est in terram totaque, qua induebatur, luto nova aspersa est vestis, eamque exuens, gravissima haec christianaeque sapientiae plena fertur protulisse verba: ***Ecco che sono le vanità del mondo!*** (Summar., pag. 35). Sub idem pariter tempus-quinquennis namque aut saltem sexennis erat, quum, piae matris suasu, ad sacramentum Poenitentiae primum accessit; si quae autem, ea in aetate, esse tunc poterant illius admissa, multis cum lacrymis confessa est sacerdoti, qui sancti Aloisii Gonzagae nomine eam dilaudavit. Ast, laudem hanc aegre admodum tulit planeque a se reiecit Teresia; neque ad confessarium eumdem, qui tantum sibi non dubitavit tribuere praeconium, amplius est reversa; sibique posthac selegit quoque familiae suae confessarium, sacerdotem Iosephum Benaglio, Bergomensis cathedralis ecclesiae canonicum illiusque Seminarii rectorem (Ibid., pagg. 304405). Parva quidem ista sunt, sed sagaci expertoque viro sat firmum perhibent argumentum excellentis sublimisque illius operis, quod in Teresia maturrime perficere aggressa fuerat divina Gratia, cui, sua ex parte, advigilandi erectoque animo cooperari inde a pueris assuescebat Teresia adeo, ut iam nunc, sicut inclusam semine, futuram prospicere liceat ac demirari eiusdem sentiendi agendique rationem atque peculiare sanctitatis genus, ad quod eam delegerat Deus.

Revera, vixdum Teresia, quae interim adoleverat, a nuper memorato suimet confessario, sacerdote Iosepho Benaglio, accepit, huius neptem, nomine Virginiam Simoni, Benedictinarum a sancta Grata coenobium esse ingressam, sortis eiusdem compotem fieri valde concupivit. Quocirca, generose abiectis commodis mundanisque spretis illecebris, quae e conspicuo diviteque gentis suae statu copiose manabant, quod tantopere exoptaverat, est assecuta, quamvis magnae atque cito eam invenerint aerumnae, quae, ut provisum a Deo erat, venerabilem Teresiam, quoad inter homines est diversata, ferme oppleverunt, vitaeque ipsius praecipuam veluti impresserunt notam. Vix enim attinet dicere quae quotque eidem, ob trinum asceterii sanctae Gratae ingressum et egressum, perferenda fuerint convicia, obtrectationes, repugnantiae, contradictiones, molestiae aliaque generis eiusdem, quae tantum abfuit, ut vim suam remitterent multoque minus desinerent, quin potius magis magisque excreverunt in dies, praecipue quum de nova condenda et gubernanda actum est sodalitate; cunctisque tandem, tamquam cumulus, comitialis accessit morbus, quo per quatuor postremos vitae annos divexata fuit acerbe. Iamvero quum in hoc, quod, cuiusdam instar incruenti martyrii, subeundum Ancillae Dei fuit per integrum paene aetatis suae spatium, eximium illa, oculatis enarrantibus et admirantibus testibus, exhibuerit

exemplum humilitatis, patientiae, fortitudinis et obedientiae conscientiae suae moderatoribus; quaeque interea muneris sui conditiónisque propria erant, mira constantia et fidelitate observare et custodire perrexerit: apta atque idonea suppetunt, hoc ipso, elementa, quibus, ipsam Ancillam Dei adeptam fuisse sibi heroicae virtutis meritum atque laudem probatur et patescit.

Neque, hac semel iuridice confecta praestitutaque probatione, perturbare eam valent suoque e loco dimovere quae contra facere, ex eisque difficilem sibi proponi concertationem ipsimet, disceptationis exordio, arbitrati fuerant actores. Haec sane, sive in scriptis Servae Dei suum nanciscuntur fundamentum, sive in studio partium, in quas scissus reperiebatur tunc temporis Bergomensis clerus. E scriptis autçm nonnullae prostant allataeque sunt Servae Dei epistolae, quas ad subiectas sibi sorores identidem dare curabat; in eisque si quando quaedam occurrunt, quae facile probari haud posse prima fronte apparent, ex eo hoc accidit, quod absoluta prorsus ratione eadem accipiantur. Verum, si, uti oportet, personarum, ad quas mittebantur epistolae, aequa ratio habeatur, planum tunc fit atque perspicuum non de principiis rem esse in abstracto propositis, sed de quibusdam peculiaribus opportunisque monitis, quae venerabilis Teresia eisdem sororibus dare muneris sui esse ducebat pro diversa earum indole spiritusque necessitate, in qua singulas versari ipsa probe noverat Ancilla Dei. Hisce aliae succedunt epistolae, in quibus, quos acerbos patiebatur angores suis venerabilis Teresia confessariis aperiebat, quibusque Servae suae Deus periculum facere optaverat; in eoque victrix illa merebatur discedere, quotidie et ubertim proficiendo in humilitatis virtute, illuc usque progrediens, ut, coram Deo constituta, nihil in semetipsa, praeter defectus, imperfection.es et peccata cogeretur agnoscere. Quo ex capite eiusdem pensandae sunt iustoque pretio existimandae notae illae haesitationes et anxietates, quae eam inquietam adeo tenebant atque sollicitam, quemadmodum cuncti suasum sibi habuerant eius confessarii, ipsique certiores fieri potuerant testes, qui intima illius usi erant consuetudine, suisque externa facta, de quibus tantum iudicat Ecclesia, inspexerant oculis. Quod si non aeque omnes e Borgomensi clero eamdem de Teresia foverint opinionem, id potiusquam ipsam Teresiam, eiusdem respiciebat spiritus magistros conscientiaeque moderatores, utpote qui sibi debito non habebantur in honore ab iis potissimum ex eodem Bergomensi clero, qui novas minusque tutas sectabantur doctrinas; eosque proinde iniuste temereque egisse haud ita multo post probavit eventus; quandoquidem Caietanus Benaglio, Petrus Aloisius Speranza, Alexander Valsecchi et Hieronymus Verzeri

ad episcopalem evecti sunt dignitatem, ipsamque Bergomensem aliasque finítimas non mediocri cum laude neque parvo cum fructu administrarunt Ecclesias.

Utraque itaque, positiva nempe et negativa, seu indirecta, heroicarum virtutum probatione, e praescripto iuris, allata, absolvi potuit quaestio, quae, abhinc sexennium, heroicis super virtutibus fuerat instituta, tribus de more Congregationibus; antepraeparatoriam quippe et praeparatoriam, quae praecesserant, generalis subsecuta est Congregatio quae, die decima quarta superioris mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Raphaele Merry del Val, Causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium : ***An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei Teresiae Eustochio Verzeri, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Omnes, qui convenerant quum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores suas quisque ex ordine aperuerunt sententias ; quibus tamen intento laetoque animo exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremum Sibi reservavit iudicium, cunctasque, qui aderant, ut communes fervidasque funderent Deo preces, interim est adhortatus, praesidium et lumen a Patre luminum impetraturus. Quumque decretoriam sententiam Suam patefacere statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam Passionis; ideoque, divina Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas aedes arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Raphaelem Merry Del Val, Causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit : ***Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei Teresiae Eustochio Verzeri, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.***

Hoc autem decretum publici iuris fieri, et in acta sacrorum rituum Congregationis referri mandavit postridie Kalendas apriles anno **MCMXXII.**

Cfr A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. J$i S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACEA ROMANA BOTA

I

DE MANILA

LEGATORUM PIORUM

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno septimo, [die 16 augusti 1921; BB. PP. DD. Ioannes Prior, Pro-Decanus, Ponens, ***Fridericus Cattani Amadori, Petrus Rossetti, Raphael Chimenti, Maximus Massimi, Iulius Grazioli, Franciscus Parrillo, Franciscus Solieri, Iosephus Florczak, Iacobus Sole et Egon Schneider, Collegii rotalis Auditores in causa*** De Manila - Legatorum Piorum, ***inter*** Sacram Provinciam SS. Nominis Iesu O. E. S. Augustini, ***repraesentatam per legitimum procuratorem Thomam Ambrosetti, advocatum, et*** R. D. Vincentium Lapus, ***parochum loci « Candaba », repraesentatum per legitimum procuratorem Felicem Santi, advocatum, interveniente et disceptante in causa Promotore Iustitiae huius S. Tribunalis, sequentem in quarto iurisdictionis gradu tulerunt definitivam sententiam.***

Quarta iam vice in iudicio agitatur causa de dominio praediorum, quae pia femina Lucia Gumamela conventui PP. Augustinianorum de Candaba, prope urbem Manilensem in Insulis Philippinis, testamento suo diei 16 decembris 1679, sub clausula 116, cum onere Missarum reliquit. Praedia contigua in eodem latifondo, ***Delayap*** seu ***Marimla*** nuncupato, per clausulam eiusdem testamenti immediate superiorem, 115 nimirum, Provinciae SSmi Nominis Iesu eiusdem Ordinis Eremitarum S. Augustini legavit, cum simili obligatione Missas pro se suisque celebrandi. Paullo post, defuncta pia testatrice, Definitorem plenarium dictae Provinciae, in qua situm est oppidum Candaba, die 14 maii 1680 facultatem dedit Patri Provinciali utrumque [legatum acceptandi. De mandato, itaque, et scripta, licentia sui Provincialis, Fr. Iosephus a Cruce, Prior conventus Candabensis, coram notario instrumentum confici iussit die 25 ianuarii 1681 in exsecutionem clausulae 116, ubi solemniter declarat: « che fin da ora e per sempre assegna è fonda nella « chiesa e convento sotto l'invocazione di S. Andrea, che dota con le

« dette 45 cabalitas, con i detti stagni, nella qualifica di Priore che egli « è di questo convento, aftinché come beni di esso siano conosciuti ed « avuti, e in vista di essi, ora e per sempie, abbia l'obbligo il detto « Rev. Padre Priore di detto convento di Candaba, e gli altri che in « avvenire gli succederanno e saranno Priori di esso, di dire, in ciascun « anno, le dette otto Messe... con le rendite e frutti che daranno i detti « terreni ... i quali resteranno perpetuamente come beni del convento ».

Provincia et conventus Candabensis haec bona pacifice possederunt usque ad annum 1771, quo tempore religiosi in insulis Philippinis per edictum Gubernatoris civilis, Anda, eiecti sunt e paroeciis, seu missionibus, eisque suffecti fuerunt sacerdotes saeculares, quibus commissa fuit administratio et concessus ususfructus bonorum, quae ad religiosos pertinebant. Hi, autem, pluries protestati sunt apud Regem Hispaniarum, et tandem anno 1826 per decretum regium in possessionem missionum et bonorum redintegrati sunt. Patribus Augustinianis, vero, tantummodo auno 1354 reddita fuit possessio praediorum conventus Candabensis, p o.* t ohitdm nimirum parochi Aniceti de Mercede, qui anno 1826 iam dictae n i-sionis curam agebat, ibique usque ad mortem remansit.

Possessio latifundi conventui legati penes PP. Augustinianos ab illo tempore perduravit usque ad hodiernam litem. Quamvis, enim, bello durante Foederatos Americae Status inter et Hispaniam, anno 1898 a paroecia Candabensi, sicut a ceteris Insularum paroeciis, discedere coacti sint, neque post pacem compositam et Insulas Foederatis Americae Statibus traditas, ad curam animarum in oppido Candabensi exercendam admissi fuerint, bona tamen conventui a Lucia Gumamela relicta adhuc possidebant et administrabant anno 1904; quo tempore Rev. Vincentius Lapus, qui ad curam Candabensem « come parroco « interino » ab Ordinario Maniiensi deputatus fuerat, a tribunali dioecesano petiit ut praedia, de quibus in clausula 116 testamenti Luciae Gumamela, sibi tamquam parocho loci Candaba adiudicarentur, idque obtinuit sententia Curiae Manilensis, die 4 augusti 1908. Cum autem appellatio a PP. Augustinianis interposita deserta declarata fuerit, quia eorumdem procurator terminum peremptorium a iudice statutum ad appellationem prosequendam neglexerat, sententia in rem iudicatam transiit et ad exsecutionem demandata fuit.

In eadem autem exsequenda, per decretum Curiae, die 5 iunii 1909, PP. Augustiniani sub poena censurarum iussi sunt parocho Lapus tradere non solum praedia sub clausula 116 inclusa, sed etiam alia sub clausula 115 Provinciae SS. Nominis Iesu legata, de quibus nihil in iudicio disceptatum vel actum fuerat. Provocarunt, itaque, PP. Augu-

stiniani ad N. **S.** Ordinem postulantes restitutionem in integrum, et causa agitata fuit coram b. m. Rmo P. D. Sebastianeiii, Decano, sub his dubiorum formulis: « 1. An sit locus restitutioni in integrum; et quatenus ***«affirmative:*** 2. Ad quem pertineat dominium controversorum bonorum « (cum fructibus) legatorum a pia femina; Lucia Gumamela in casu ». Ad haec dubia responsum est in sententia diei 7 februarii 1916: « Ad « I. ***Affirmative;*** ad II. ***Pertinere ad Fratres AugusUnianos Provinciae « SS. Nominis Iesu*** ». Quae sententia plene confirmata est sententia alterius turni rotalis, Ponente R. P. D. Petro Rossetti, lata die 17 febr. 1919.

Contra rem iudicatam ex duabus sententiis conformibus exsurgentem, ad normam can. 1902, I° Codicis iuris canonici, victus recursum interposuit ad Supremum Tribunal Apostolicae Signaturae, petens declarationem nullitatis sententiae, vel saltem restitutionem in integrum. Causa proinde acta fuit super duobus dubiis ad tramites can. 1603 § 1, n. 3 et 4, et can. 1604 § 3, constitutis: « 1. An constet de nullitate « sententiae rotalis in casu; et quatenus ***Negative:*** 2,. An sit locus resti- « tutioni in integrum ». Respondit Apostolica Signatura sententia lata die 6 martii 1920 edita autem decisione die 6 aprilis 1920: « Ad I. ***Negative;*** ad « II. ***Affirmative*** ». Coarctata tamen fuit restitutio in integrum ad legatum clausulae testamenti 116, ut ex exarata decisione Supremi Tribunalis patet: « ... circa legatum clausulae 116 iterum iudicium fieri debere « constabat, ac propterea adversus rem iudicatam procul dubio restitutio- « nem in integrum ex explicito praescripto legis concedere oportebat ». In eadem decisione ratio assignatur ob quam, ad normam can, 1905 § 2, n. 4, petita restitutio concessa fuit; quia videlicet: « evidenter « neglectum fuit legis praescriptum »; et lex in casu est peculiare statutum ultimae voluntatis piae testatricis, quod evidenter neglectum fuisse dicitur, quia nullimode vel saltem non satis consideratum fuit, iuxta praescriptum can. 1536 § 1 et 533 § 1, n. 3 et 4, an fundi conventui tributi regularibus qua talibus seu ***reduplicative,*** vel potius intuitu missionis seu paroeciae iisdem donati sint : an item bona legata fuerint ad Dei cultum beneficientiamve ***eo ipso loco*** impendendam.

Quod, itaque, in sententia rotali omissum fuisse iudicatum est, in hodierno iudicio est supplendum. Cum autem partes de dubii formula proponenda convenire non potuerint, pJenarium N. Auditorium - ***omnibus enim videntibus,*** ad normam can. 41 § 3, ***Legis Propriae*** causa diiudicanda est - sequens dubium, ad tramitem can. 24 § 3, ***Legis Propriae,*** ex officio determinavit:

« An bona, de quibus in clausula 116 testamenti Luciae Guma- « mela, conventui de Candaba tributa sint intuitu PP. Augustiniano-

« rum, ita ut ad ipsos, non autermad missionem seu paroeciam, eorum-
« dem dominium pertineat in casu ».

IN IURE. - Imprimis notandum est quod altera sententia rotalis coram Rossetti, ex reiecto nullitatis capite per sententiam Apostolicae Signaturae, integra in suo robore permanet; immo, vim rei iudicatae et firmatae habet quoad bona sub clausula 115 Provinciae Augustinianaé adiudicata; ratione autem restitutionis in integrum a Supremo Tribunali concessae, quoad alia bona sub testamenti clausula 116, rotalis sententia consueta iuridica sequela rei iudicatae caret, quae aliter ex bina sententia conformi de iure communi exsurgeret.

Secundo loco, recolendum est PP. Augustinianos in iudicium raptos fuisse utpote ***possessores*** bonorum controversorum : actor enim Vincentius Lapus, uti legitur in sententia primi gradus, a Curia Manilensi postulavit: « Il diritto di amministrare, usufruire e sopportare i pesi « di una Cappellania costituita di alcuni terreni sul territorio di De- « layap... i quali presentemente si trovano amministrati dalla Corpo- « razione Agostiniana, ed i cui titoli sono intestati ai Parroci Religiosi « che furono di quel paese ». Possessio autem - uti explorati iuris est, et notat Reiff., lib. % tit. 12, n. 40 - « relevat ab onere probandi, et transfert istud in actorem, nam: actore non probante, qui convenitur, etsi nihil praestiterit, obtinebit, ut dicitur in cap. ***Cum Ecclesia,*** § fin. h. t. Concordat textus in 1. ***Possessiones,*** c. ***De Probationibus,*** ibi: Non enim possessori incumbit necessitas probandi eas (possessiones) ad se pertinere, cum, te (actore) in probatione cessante, dominium apud eum remanet; cum similibus ».

Attamen ipse possessor ius suum plene probare tenetur, quoties actor fundatam intentionem in iure habet ad obtinendum id quod petit, seu quoties ipsi assistit iuris praesumptio. Ita Reiff., 1. c, n. 41 et 42: « ... ratione praesumptionis stantis contra possessorem, aliquando transfertur onus probandi in reum seu possessorem ...; hoc ipsum accidit quoties actor intentionem suam habet fundatam in iure communi, nam tunc alia probatione non indiget, sed reo possessori incumbit onus probandi, arg. can. ***Contra mores,*** Dist. 100; et 1. ***Possidentis,*** C, de probatione ».

Hanc privilegiatam iuris conditionem patronus actoris suo clienti, sacerdoti Lapus, frustra vindicare conatur. Citat primo loco canonem Codicis 1536 § 1, ubi dicta iuris praesumptio enunciatur respectu donationum, quae fiunt rectoribus ecclesiarum: «Nisi contrarium probetur, praesumendum ea quae donantur rectoribus ecclesiarum, etiam religiosorum, esse ecclesiae donata». At lex nuper dati Codicis, vim

obligandi exserentis a die 19 maii ann. 1918, vel novam inducit disciplinam, et tunc casui nostro non est certo applicanda (cfr. can. 10, Cod. 1. C); vel veterem antea vigentem refert, et tunc eius intellectus ex veteris iuris auctoritate necnon ex receptis apud probatos auctores interpretationibus aestimandus est (can. 6 § *%* Cod. I. C). Relatus vero canon potissimum ex Const. ***Romanos Pontifices,*** Leonis XIII, quam et ipse patronus pro sua thesi invocat, excerptus dicitur; hinc an et quaenam praesumptio sit ibi statuta, et an sub eius ductu testamentum Luciae (rumamela, an. 1689 conditum, interpretari oporteat, accurate investigandum.

Et recolendum imprimis Constitutionem in themate recentissimi iuris esse, cum pro Anglia edita die 8 maii 1881 ad insulas Philippinas die 1 ianuarii 1910 dumtaxat extensa fuerit. Sive autem in eius parte dispositiva, qua vel novum ius constituit vel prius statutum confirmat, sive in parte narrativa, ubi testimonium reddit de iure olim vigente, praetensae iuris praesumptionis favore paroeciae vel missionis relate ad bona per testamentum relicta, exceptis tantummodo aedificiis, nullum vestigium reperitur. Pontifex, legem constituendo, suprema sua auctoritate ea confirmat quae ab altera Synodo Westmonasteriensi statuta fuere: « Iubet, igitur, ratio, itemque Nos constituimus, hac in re religiosos ad leges Westmonasteriensis Synodi sese affatim accommodare oportere ». In decretis vero huius Synodi iuris praesumptio favore missionis seu paroeciae restringitur ad aedificia, usibus religiosis destinata, quae vel ab aliquo benefactore providentur, vel, partim saltem, ex stipe a fidelibus collata eriguntur, quo altero casu praesumptio favore missionis est iuris et de iure. Simul autem cavetur ut dicta praesumptio iuris vel iuris et de iure ad ***novas*** tantum fundationes applicetur, ubi de regularibus est quaestio. En Synodi verba: « IV. Quotiescumque erigatur aut provideatur ecclesia seu schola, sive aliud quodvis aedificium usibus religiosis destinatum, sive ex integro sive ex parte pecuniis collatis a fidelibus, vel etiam a quavis societate piorum catholicorum, eleemosynarum administratrice, eiusmodi aedificium habendum est veluti in perpetuum illi loco addictum. Et quamvis missio de qua agitur sit ab aliqua corporatione religiosa occupata et administrata, eleemosynae illae praesumuntur non corporationi ipsi, seu Dei cultui promovendo et pauperum levamini fuisse collatae, eoque in loco ad hosce usus erogandae. V. Similiter iudicandum, si ab aliquo benefactore talia aedificia alicubi provideantur, nisi certissime constet declarasse se in tali erectione non loci eiusque fidelium commodum respexisse, sed Ordini illi donum voluisse conferre : ***Regulae sub numero praecedenti et sub hoc traditae,***

quoad ius in fundationes, sunt applicandae ad novas tantum fundationes, cum de Regularibus agitur ». Haec adiuncta cautio, qua vis retroactiva decreti expresse excluditur, procul dubio demonstrat dictas iuris praesumptiones in iure communi non exstitisse: nulla enim erat ratio cur Regulares quoad antiquas fundationes ab onere a iure communi imposito eximerentur a S. Congregatione de Propaganda Fide, cuius approbatione Synodus Provincialis Westmonasteriensis indigebat ut vim legis Haberet.

De fundis vero per donationes vel testamenta fidelium ad pias causas destinatis Synodus speciatim agit sub numero secundo et tertio eiusdem decreti VIII, in quibus de praesumptione iuris omnino silet, et praecipit dumtaxat ut, ubi dubia est intentio donatoris vel testatoris, interpretatio fiat iuxta consuetas regulas canonicas. Ita sub numero IT: « Igitur adlaborandum ut omni modo determinetur (si dubium existat) intentio et animus donatoris vel testatoris alicuius fundi, et ut usui ab ipso definito ipsius fructus accuratissime applicentur ». Sub numero III: « Si vero huiusmodi intentio non constet ex aliquo certo documento, ***servandae sunt regulae sive canones, quibus de tali voluntate recte iudicari possit »***.

Sed neque ex parte narrativa Constitutionis Leonianae praesumptio iuris deduci potest. Ad rem certe non faciunt verba a patrono actoris citata: « Nihil enimvero in his decernendis vel praecipiendis est actum, quod iuris communis doctrinis vulgatissimis apprime non congruat ». Hic enim agitur taxative de duobus rescriptis S. Congregationis de Propaganda Fide diei 19 aprilis 1869 et diei 10 maii 1868, in quibus nihil habetur de praetensa iuris praesumptione, sed quorum primum statuit Regulares, bonorum temporalium, quae ipsis intuitu missionis tributa sunt, Episcopis rationem reddere oportere, non autem eorum quae ad ipsos qua regulares spectant : « I. Missionarii regulares bonorum regularium, ad ipsos qua regulares spectantium, rationem Episcopis reddere non tenentur. II. Eorum tamen bonorum, quae missioni vel regularibus intuitu missionis tributa fuerunt, Episcopi ius habent ab iisdem Missionariis regularibus, aeque ac a parochis cleri saecularis, rationem exigendi ». Alterum rescriptum « in mandatis dederat ut bona missionum diligenter describerentur, ea secernendo quae propria missionum essent ab iis quae ad sodalitia sodalesve singulos pertinerent ».

In posteriori paragrapho Constitutionis agitur de iuris praesumptione favore missionis, ibique prima facie videretur thesis actoris sustineri per verba ab ipso citata: «-Praeterea si in parochum rectoremve, a quibus spiritualia alimenta fideles accipiunt, haud inconcinne praesumi potest collata liberalitas, ubi ecclesia bonis praedita sit, per quae reli-

gionis decori et ministrorum tuitioni prospiciatur, longe aliud iudicium esse debet ubi eam bonorum copiam ecclesia non habeat, ac liberalitate fidelis populi unice ac potissimum sustententur. Tunc enim largitores putandi forent voluisse consulere cultus divini splendori et religionis dignitati». At patronus actoris in citatione facienda periodum complere obliviscitur, verba principalia in fine omittens, quibus omissis alius exsurgit doctrinae sensus. Scripsit enim Summus Pontifex: « Tunc largitores putandi forent voluisse consulere cultus divini splendori et religionis dignitati, ***ea ratione et modo quem ecclesiastica auctoritas decerneret ».***

Si, videlicet, lex quaedam ab auctoritate ecclesiastica feratur, seu, uti ulterius exponitur in Constitutione Pontificia, si legis auctoritas sese interponat, tempora et causas largitionum praestituens, hac lege ligantur voluntates fidelium, qui nequeunt pro arbitrio modum et finem designare in quem oblatam stipem erogari oporteat. Hic, nimirum, non est quaestio de regula interpretationis faciendae in dubio de intentione largitoris, qua beneficium parochi vel rectoris sit praeferendum, si ecclesia bonis praedita sit, sin aliter, ecclesiae vel missioni favendum esset; agitur potius de pii largitoris voluntate, etiam clare manifestata, per legem limitanda: « nequit enim facere privata voluntas - prout addit Constitutio - ut quod a legitima potestate in bonum commune praecipitur, certo destituatur effectu ». Id ulterius patet ex allato exemplo legis primitivae Ecclesiae, qua cautum fuit ut pecunia omnis dono accepta, non solum ad Dei cultum et pauperum levamen adhiberetur, sed etiam ad honestam cleri sustentationem. Nullius autem legis auctoritas in casu nostro se interposuit ad piae testatricis voluntatem limitandam.

Ea autem quae in Constitutione ***Romanos Pontifices*** ex auctore Reiffenstuel referuntur ***de oblationibus*** fidelium, ad rem nostram non faciunt, quia ***de oblationibus*** sensu stricto canonico tractat, prout in tit. 30, lib. 3, Decretalium, ***De Decimis, Primitiis et Oblationibus,*** quae dona per testamentum relicta non complectuntur: et in verbis ex commentario Reiffenstuel citatis iste auctor quaestioni sibi propositae respondet: « Ad quem pertineant ***oblationes in vel extra ecclesiam factae?*** » (Reitfenstuel, lib. III, tit. 30, n. 190). Cum, videlicet, in hisce casibus largitorum intentio, uti plurimum, lateat, hinc praesumitur, ***praesumptione per consuetudinem inducta,*** uti notat Constitutio Pontificia, eas donationes, paucis tantum subductis ab auctore Reiffenstuel indicatis, intuitu ecclesiae factas fuisse. Inde autem regula desumi nequit ad interpretandam testatoris voluntatem imperfecte expressam in instrumento solemniter confecto, quod dicta consuetudo nullatenus afficit.

Neque ipsa citata Constitutio hanc regulam ad interpretandam testatoris voluntatem supplere dicenda est: etenim in eadem per totam desideratur quaelibet mentio testamenti aut testatorum; ac solummodo commemorantur, in sensu mox citato, ***largitores: ... «quid largitor voluerit ».***

Nec iuvat actori regula a S. Sede admissa, iuxta Revmum Archiepiscopum Cerretti, in negotiis tractandis cum Statibus Foederatis Americae Septentrionalis de bonis ecclesiasticis in Insulis Philippinis, nempe: « che fosse riconosciuta ad essi (religiosi) la proprietà di quei beni i «quali m base a documenti fosse risultato che erano ceduti o donati « all'Ordine Religioso e non alle parrocchie o chiese, il che qualora non « fosse chiaramente risultato, i beni s'intendevano donati o ceduti alla « parrocchia ». Scitum enim est S. Sedem in huiusmodi negotiis cum Statu civili agendis, pro bono rei publicae et salute animarum, iuribus inconcussis ecclesiasticis, etiam pro subditis, renunciare posse et solere. Unde ex actis in talibus negotiis nefas esset concludere regulam a S. Sede admissam iuris communis doctrinam pro duobus saeculis anteactis referre. Ceterum, illius controversiae definitio immutatum reliquit dominium latifundi Marimla seu Delayap, cuius possessio post dictam compositionem factam penes PP. Augustinianos adhuc manebat;

Maioris speciei argumentum forsitan patronus actoris invenire potuisset in decretali Innocentii III cap. 15, tit. 26, lib. 3, ***De testam. et ultim. volunt.,*** ubi expresse agitur de legato facto Episcopo, quod decernit Pontifex praesumendum esse intuitu ecclesiae relictum, nisi testator propinquus sit Episcopi, quod etiam observandum esse voluit in casu aliorum, qui ecclesiasticam administrationem haberent: « Requisisti de iis, inquit, quae testator pro anima sua legat in ultima voluntate, qualiter sint inter Episcopum et Ecclesiam dividenda... Sed considerandum est diligenter, utrum testator leget hoc modo: « ***Relinquo*** (inquit) ***istud Episcopo»,*** aut: ***«Relinquo istud Ecclesiae*** ». In primo casu distinguendum est, utrum relinquatur illud Episcopo ab extraneo, an a propinquo. Si ab extraneo, generaliter verum est, quod praesumitur esse relictum intuitu Ecclesiae, non personae... Si vero relinquatur illud Episcopo a propinquo, praesumitur esse relictum non intuitu Ecclesiae sed personae, nisi forte contrarium probaretur... Illud autem est generaliter observandum circa eum qui potest proprium possidere, praelationem, vel administrationem Ecclesiae non habentem, quod si ei aliquid specialiter relinquitur, non solum a propinquo, verum etiam ab extraneo, intelligitur esse relictum non intuitu Ecclesiae sed personae, nisi probatio in contrarium appareret».

Attamen decretalis Innocentii III casui nostro applicari nequit, quia Doctores, duce A Mostazo, tenent in dict. cap. ***Requisisti*** sermonem non esse de legato pio, sed profano facto Episcopo (A Mostazo, ***De causis piis,*** lib. i, cap. 1, n. 20); hinc distinctio inducta inter extraneum et consanguineum legantem, quatenus ille praesumendus sit voluisse Ecclesiae, Episcopi sponsae, prospicere et legatum pium relinquere, alter vero, causa sanguinis, personae Episcopi prospicere et consequenter legatum profanum relinquere; Pontifex nimirum suo decreto favorem causae piae tribuit. Controversia hodierna, autem, vertitur inter duas causas aequo iure pias, monasterium nempe PP. Augustinianorum et missionem Candabensem, unde pontificium decretum uni prae alteri non favet.

Praeterea, saeculo decimo septimo, quo tempore scilicet Lucia Guíñamela elogium suum confecit, teste Card. De Luca, qui vita functus est an. 1683, quatuor annos post mortem piae testatricis, praevaluit doctrina quod, licet causa pia in ultimis voluntatibus et legatis iuris favore gaudeat respectu defectus solemnitatum a lege positiva praescriptarum, nullo tamen privilegio prae causis profanis fruatur, ubi quaestio fit de imperfecta seu obscura voluntatis legantis manifestatione. Ita in ***Summa legatorum,*** n. 68: « Duplex itaque defectus vel imperfectio in legatis aliisque ultimis voluntatibus dignosci solet, voluntatis scilicet ac solemnitatis; in iis itaque voluntatis defectum respicientibus (quidquid aliqui male opinentur) nullus est piae causae favor... quoniam defectus est naturae, cui legis positivae privilegia non dispensant, ut generaliter in testamentorum aliarumque voluntatum sede, occasione legatorum advertitur ». Admittit quidem favore causae piae praesumptionem benignae interpretationis, hanc tamen praesumptionem negat esse talem praesumptionem iuris, quae clarae seu plenae probationi tantummodo cedere debeat, sed quaestionem esse potius facti quam iuris affirmat, et dictam praesumptionem favore causae piae cedere oportere fortiori praesumptioni in contrarium. « Favor piae causae - scribit ***(De legatis,*** disc. 14, n. 6 seq.) - hunc effectum operatur, magis benignae ac latae interpretationis praesumendo voluntatem disponentis eo modo quo melius ac pinguius illa impleri potest. ... Ubi vero facti circumstantiae ob claram probationem, vel ***fortiores praesumptiones,*** dictam praesumptionem cessare faciant, ... tunc favor causae piae nullius est operationis, ex vera propositione pluries insinuata sub tit. ***De testam.,*** quod piae causae privilegium operativum est in iis, quae pendent a iuris positivi subtilitate et solemnitatibus, non autem in iis, quae sunt voluntatis ac iuris naturae... Et consequenter tamquam in ***quaestionem facti et volun-***

tatis potius quam iuris, ... decisio regulanda est ***ex f acti circumstantiis ex quibus verisimilem disponentis voluntatem*** indagare oportet, illamque servare».

I**N FACTO**. - Praesumptio iuris, itaque, in casu actori non favet, nec is proinde ab onere probandi relevatur, cum PP. conventi in meliori conditione sint possidentium. Attamen dato et non concesso, quod praesumendum sit bona controversa legata fuisse conventui intuitu missionis, nisi contrarium probetur, dicendum est in casu plene constare bona, de quibus in claus. 116 testamenti Luciae Gumamela, intuitu PP. Augustinianorum conventui de Candaba fuisse legata.

Imprimis id patet ex verbis ipsis clausulae 116, praesertim si cum clausula superiore (n. 115) comparentur: « Dichiaro parimenti che tutti « i miei seminativi etc. li lascio in limosina al Convento del Beato San- « f Andrea qui di Candaba; ad elezione del Padre Priore Fra Giuseppe « della Croce resti fondarne cappellania, perchè godano di Messe le « anime dei miei genitori e io, e i miei fratelli. Faccia quanto comando ». Notandum praesertim est testatricem non dixisse simpliciter: « lascio al « Convento », sed: « lascio ***in limosina*** al Convento »: familiae scilicet religiosae de Candaba - conventus enim, communitatem Fratrum Augustinianorum significat, non domum materialem, quae subiectum iuris esse nequit - constitutae ex Fratribus Mendicantibus qui de eleemosynis vivebant, eleemosynam conspicuam reliquit. Merito, igitur, Fratres illius eleemosynae eumdem esse scopum reputarunt ac aliorum donorum, quae ipsis a piis legatoribus titulo eleemosynae obveniebant, nempe ad eorum substentationem. Hic eleemosynae scopus, a qualitate legatarii indicatus, non minus clare emergit ex considerata qualitate personae legantis. Lucia Gumamela, enim, utpote inter Tertiarias Ordinis S. Augustini cooptata, se filiam Ordinis reputabat et sororem PP. Augustinianorum, quae in clausula 14 testamenti vocat: «Mis Hermanos Confradres de nuestro Padre S. Augustin ». Habitu Ordinis indutam sepeliri se iussit: exsecutores suae ultimae voluntatis detegit tum ipsum Priorem Provincialem eius temporis, Fr. Ioannem Xeres, tum illius praedecessorem, Fr. Iosephum Duque, ambos ex Ordine Eremitarum S. Augustini, quibus, aiebat: « do ogni mia facoltà come se io fossi « loro, perchè possano difendere cause contro chiunque, pretendesse di « pregiudicare i miei diritti... e di possedere terreni dei miei, tutti i « quali intieramente consegno ai miei esecutori testamentari, fino alFul- « tima sentenza definitiva; e così facciano ciò che comando, che è mia « volontà ». Ex pluribus titulis, nimirum, ostenditur testatricis animus

in religiosos propensus, unde iure arguitur ipsam, eleemosynam Fratribus Mendieantibus relinquendo, religiosis ipsis benefacere voluisse.

Eadem conclusio fluit ex contextu clausulae 116. Immediate enim sequitur clausulam (n. 115), qua alia pars latifundi Marimla Provinciae legata fuit, cuius terminos accurate repetit. In clausula 115 legitur: « ... le ***dono per elemosina alla Provincia del SSmo Nome di Gesù*** del « Nostro S. Padre Agostino ; ***ad elezione del Nostro P. Provinciale*** resti ***« farne cappellania e applicare Messe*** pei miei genitori ecc. ». Cui respondet clausula 116: « lascio ***in limosina al convento del Beato S. Andrea qui « in Candaba; ad elezione del Padre Priore,*** Fr. Giuseppe della Croce, « resti ***farne, cappellania, perchè godano di, Messe*** le anime dei miei «genitori ecc. ». Bona autem Provinciae legata, intuitu PP. Augustinianorum collata fuerunt, prout statuit res iudicata, ex duplici sententia conformi exsurgens. Neque aliam interpretationem patitur clausula subsequens, iisdem terminis expressa, siquidem ex materia subiecta ratio diversae interpretationis non habetur. Si dicatur conventum missionem seu ***Doctrinam**** localem, ens iuridicum a conventu certe distinctum, quodammodo repraesentasse, sicut Capitulum ecclesiam collegiatam quam regit, quatenus missionis administratio ad conventum spectabat, idem dici potest de Provincia respectu missionum quibus praeerat, cum pro ***omnimoda auctoritate*** qua gaudebat, per speciale privilegium exemptionis a Summis Pontificibus Hadriano VI et S. Pio V concessum, ***Doctrinas*** sibi subditas potestate quasi-episcopali regeret et administraret. Si itaque ecclesiastica administratio missionum in casu Provinciae non obstat quominus bona intuitu PP. Augustinianorum tributa esse dicantur, ita nec in casu conventus obstare debet, perpensis praesertim rationibus superius allatis et aliis hic breviter indicandis.

Omnino congruum, enim, piae testatrici videri debuit, ut, facta provisione pro Ordinis Provincia, non praetermitteretur, in bonis distribuendis, domus religiosa in loco Candaba, iurium subiectum a Provincia distinctum (can. 488 § 6, Cod. I. C), quacum arctiore consuetudinis vinculo iungebatur. In territorio enim Candabensi erat sedes hereditaria familiae suae, ibique per ministerium Patrum conventus vita eius religiosa enutrita fuit. Priori conventus praecipue, Fr. Iosepho a Cruce, multum debuit, eique in elogio suo gratum animum profitetur: « per il « grande aiuto che mi ha dato e il grande amore che ha verso di me » (claus. 110). Quapropter, attenta maxime indole solemnis documenti, a perito legali, nimirum, iuxta minutissimas instructiones testatricis in 125 clausulis magna cum cura confecti, alia clausulae 116 significatio impossibilis evadit. Fingatur paulisper, enim, testatricem, post exaratam

AD R. P. LUCAM A MARIA SANCTISSIMA PRAEPOSITUM GENERALEM ET AD UNIVERSUM ORDINEM FRATRUM CARMELITARUM EXCALCEATORUM: DE HONORIBUS S. THERESIAE DECRETIS, TERTIO PLENO SAECULO EX QUO IN ALBUM SANCTORUM EIUS NOMEN RELATUM EST.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Quamquam haud sane diu est, cum decessor Noster fel. rec. Pius X, datis ad vos litteris, Theresiam, legiferam Matrem vestram, amplissimo honestavit praeconio, tamen aliquid de eius laudibus attingere etiam Nobis videtur opportunum, non tam quia tertius annus saecularis adest, ex quo caelitum sanctorum honoribus aucta est - id enim una cum praestantissimis viris quatuor ei contigit - quam quia hunc ipsum in annum natalis trecentesimus incidit sacri Consilii christiano nomini propagando. Etenim in Theresia non solum singularis quaedam sapientia movet admirationem, sed etiam illud studium, quo incredibiliter ardebat, ut omnes, qui ubique essent, catholicae fidei expertes Ecclesiae sanctae sese adiungerent. Iam ab ineunte aetate hunc apostolicum ardorem ostendit, cum de paterna domo se clam subducens, Evangelii disseminandi aut martyrii pro Christo faciendi causa, in Africani traiicere tentavit. Quod propositum si tunc peragere prohibita est, divinae Providentiae nutum licet agnoscere, eam in aliud tempus reservantis, quo pro Ecclesia multo uberius multoque felicius laboraret. - Profecto, quam Iesus Christus Ecclesiae pollicitus erat perpetuam praesentiam suam ad opitulandum, ea praeclare, si unquam alias, patuit sub lutheranae haeresis ortum; cum, qui novatorum impetum retunderent, non pauci sanctimonia et actione vitae mirabiles exstiterunt. In eo numero nobilem sibi locum Theresia vindicat; de qua in decessoris Nostri Gregorii XV gravissimis litteris ita scriptum legimus: « In diebus nostris fecit (Deus) « salutem magnam in manu feminae;... quae excelsiora moliens, et vir- « tutem sexus animi magnitudine supergressa, accinxit fortitudine lum- « bos suos et roboravit brachium suum, et instruxit exercitus fortium, « qui pro domo Dei Sabaoth et pro lege eius et pro mandatis eius armis « spiritualibus decertarent » ***(Bull, canoniz.).***

Scilicet, seraphico amore haec Deum diligens, nihilque toto pectore nisi-Dei gloriam anhelans, omnino pati, non poterat, aliqua ex parte regnum Christi coangustare quod contra magis magisque per orbem

terrae amplificari vehementissime cupiebat; eamque ob causam, Eliae spiritu, quo ipsa agebatur, eum alumnos disciplinae suae diligentissime imbuisset, eos contumaciae perfidiaeque haereticorum obiecit; cumque videret graves fidelium iacturas tamen fieri, eosdem suos filios ad quaerendam infidelium salutem convertit, ut Ecclesiae detrimenta idoneis emolumentis compensarent. Interea mirificae cuiusdam opportunitatis subsidium evangelicis operariis comparavit, constituto apud omnia Carmelitidum asceteria ***precum*** et ***paenitentiae*** apostolatu, qui dicitur, quo sacratae virgines in apostolicos fratrum labores uberem de caelo opem devocare non cessant.

Itaque sapientissimae Matris hortatu praeceptisque conformati, non est mirum, si sodales Carmelitae in traducendis ad fidem barbaris alacres diligentesque in exemplum sese praestare instituerint; qui quidem demandatam sibi dominici agri partem ad excolendum multo sudore atque etiam suo ipsorum cruore, quotiescumque res postulavit, perfuderunt. Atque in hoc genere illud non silebimus, Carmelitarum excalceatorum consilia et studia non parum apud hanc Apostolicam Sedem valuisse, ut propriam Sacram Congregationem conderet catholicae fidei propagandae; quod Clementis VIII, Pauli V et Gregorii XV acta loquuntur.

Nos igitur hoc fausto Theresianae familiae tempore, dilecti filii, vestram domesticam laetitiam participantes, quam velimus ista, quae celebraturi estis, sacra saecularia magnum vobis afferant studii salutaris incrementum. Quare agite; sic seraphicae Matris sollemnem renovate memoriam, ut simul, eius et praescripta et exempla recolendo, quae ad Evangelii diffundendum lumen pertinent, animos vestros redintegretis. Item ex vestrorum recordatione maiorum qui, Theresiae repleti spiritu, in regionibus barbarorum non mediocri cum Ecclesiae utilitate desudarunt, hunc percipite fructum, ut ad sacras missiones eo vel impensius incumbatis. Ita cum sanctissimae Matri pergratum feceritis, tum vero summa Nostra vota, quantum est in vobis, expleveritis: siquidem nihil quicquam habemus antiquius, quam ut cum animarum tam immenso numero, quae in tenebris et umbra mortis sedent, lucem et vitam Christi Redemptoris communicemus. — Auspicem divinorum munerum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte fili, et universo isti, cui praees, Ordini apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxxt mensis martii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

PIVS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Pius Pp. XI, decretis S. Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

12 martii 1922. — Cathedrali Ecclesiae Trevirensi praefecit R. P. D. Rudolphum Bornewasser, hactenus Episcopum titularem Bitensem et Auxiliarem Archiepiscopi Coloniensis.

2 aprilis. — Titulari Ecclesiae archiepiscopali Caesareae Ponti, R. P. D. Vincentium Pulisic, hactenus Archiepiscopum Jadrensem.

7 aprilis. — Cathedralibus Ecclesiis Rubensi et Bituntinae invicem perpetuo unitis, R. D. Placidum Ferniani, parochum Faventinae dioeceseos.

11 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Paralensi, R. D. Ioannem Smit, Vicarium Apostolicum de Norvegia et Spitzberg.

28 aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Castri Maris Stabiarum, R. P. D. Hubertum M. Fiodo, hactenus Episcopum Bovinensem.

2 maii. — Cathedrali archiepiscopali Ecclesiae Vrhbosnensi, R. P. D. Ioannem Saric, hactenus Episcopum titularem Caesaropolitanum.

21 aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Zamorensi Americae Septentrionalis, R. P. D. Emmanuelem Fulcheri et Pietrasanta, hactenus Episcopum Cuernavacensem.

— Cathedrali Ecclesiae Cuernavacensi, R. P. **D.** Franciscum Uranga et Saenz, hactenus Episcopum titularem Tlousinum.

— Cathedrali Ecclesiae Campecorensi, R. D. Franciscum Gonzalez, canonicum magistralem ecclesiae cathedralis Zamorensis Americae Septentrionalis.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

INSTRUCTIO

SEU ELENCHUS QUAESTIONUM AD QUAS RESPONDENDUM EST A MODERATORIBUS SEU MODERATRICI BUS GENERALIBUS INSTITUTORUM VOTA SIMPLICIA PROFITENTIUM IN RELATIONE AD S. SEDEM QUINTO QUOQUE ANNO TRANSMITTENDA.

(A Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium primum edita, ad tramitem Codicis iuris canonici a Sacra Congregatione de Religiosis revisa et emendata).

PRAEMITTENDA

1. Doceatur quae decreta approbationis seu commendationis, et quando, institutum a S. Sede obtinuerit.

2. Quinam sit finis sive scopus peculiaris Instituti.

3. Num titulus Instituti ab initio assumptus aut scopus vel habitus sodalium aliquatenus postmodum immutati fuerint et quanam auctoritate.

4. Quot sint sodalium classes. Quaenam vota emittantur.

5.* Quot sodales ab initio usque in praesens, aut saltem ultimo vicennio, habitum Instituti induerint.

6.* Quot sodales a fundatione Instituti usque in praesens, aut saltem ultimo vicennio, et quomodo, ab eo recesserint, sive tempore novitiatus, sive post emissa vota temporanea, sive post emissa vota perpetua. Num et quot fuerint ***fugitivi vel apostatae.***

7. Quandonam ultima relatio ad S. Sedem missa fuerit.

I. - DE PERSONIS

A) De admissis.

8. Quot postulantes ab ultima relatione admissi fuerint.

9. Num pro singulis habita sint testimonia a iure requisita; speciatim vero litterae testimoniales :

a) pro viris in genere,

b) pro clericis,

*** Ad interrogationes aut interrogationum partes asterisco notatas nonnisi in prima, post promulgatam hanc instructionem, relatione respondendum erit.**

c) pro illis (viris aut respective mulieribus) qui in Seminario, collegio vel alius religionis postulatu aut novitiatu fuerunt; et quidem iureiurando firmatae.

10. Num speciali aliquo modo seu industria ad nomen Instituto dandum, quis allectus fuerit; et praesertim num ephemeridum ope moderatores hunc in finem usi sint.

11. Num praeterea exquisita fuerit sufficiens notitia circa eorum indolem et mores quoties id necessarium erat vel opportunum.

12. Quoties et super quibus impedimentis seu defectibus dispensatio necessaria fuerit et a quonam Superiore ecclesiastico concessa.

13. Num postulatum omnes ii quibus praescriptus est peregerint per tempus statutum in domo in qua regularis disciplina servetur.

B) De Novitiis.

14. Quot et quaenam sint domus novitiatus et num unaquaeque auctoritate S. Sedis instituta sit.

15. Quot novitii post ultimam relationem habitum Instituti susceperint.

16. Quot nunc in novitiatu degant.

17. Num novitii a professis rite separati existant.

18. Num omnes habeant integrum exemplar constitutionum.

19. Num omnes ante professionem per annum integrum et continuum in domo novitiatus sub cura magistri degerint.

20. Num magister novitiorum ab omnibus officiis oneribusque vacet, quae novitiorum curam et regimen impedire possint.

21. Num, quantum et qua auctoritate, tempus novitiatus,.ultra terminum in constitutionibus praefinitum, prorogatum vel imminutum fuerit.

22. Utrum novitii primo novitiatus anno vacaverint tantummodo exercitiis pietatis, an aliis etiam et quibus operibus addicti fuerint.

23. Num durante secundo anno novitiatus (ubi peragitur) novitii in alias domus missi fuerint, et num servata fuerit instructio S. G. de Religiosis diei 3 novembris 1921.

24. ***(In Institutis Sororum).*** Num ante admissionem ad habitum, ad primam professionem temporariam et ad professionem perpetuam, Episcopus vel eius delegatus praescriptam voluntatem adspirantis, et gratuito, exploraverit.

25. Num professioni, quoties locus erat, praemissa fuerit vel alias opportune peracta cessio administrationis propriorum bonorum ac dispositio de eorumdem usu et usufructu.

26. Num a novitiis ante professionem votorum temporariorum testamentum de bonis praesentibus vel forte obventufis libere conditum fuerit.

G) De Professis.

27. Quot nunc sint in Instituto sodales:

a) votorum temporariorum,

b) votorum perpetuorum.

28. Num vota temporaria semper tempore debito fuerint renovata.

29. Num sodales tempore debito ad vota perpetua admissi fuerint post elapsum tempus votorum temporariorum.

30. Quot sodales sive professi sive novitii post ultimam relationem obierint.

D) De egressis et dimissis.

31. Quot post ultimam relationem ab Instituto recesserint:

a) ex novitiis,

b) ex professis expleto tempore votorum temporariorum,

c) perdurantibus votis temporariis,

d) post emissa vota perpetua.

32. Num in dimittendis sodalibus semper observatae fuerint, pro casuum diversitate, normae in sacris canonibus et in propriis constitutionibus praescriptae.

33. Num (excepto casu urgenti de quo in cann. 653 et 668) aliquis dimissus aut egressus fuerit:

a) ante acceptam sententiae vel decreti confirmationem ab Apostolica Sede, si agatur de viris professis a votis perpetuis; vel ante acceptam ab eadem S. Sede decisionem, si de Sororibus a votis perpetuis professis agatur.

b) pendente recursu ad S. Sedem, si de professis a votis temporariis,

c) absque praevia dispensatione, ab ipso religioso expostulata, super votis emissis.

34. ***(In Institutis sororum).*** Num egressis quacumque de causa dos, quomodolibet constituta, integre tradita fuerit, una cum supellectili quam ad Institutum attulerant, in eo statu in quo tempore egressus reperiebatur.

35. Num iis quae, sine dote receptae, ex propriis bonis sibimet providere non valebant, in casu egressus ex Instituto, necessaria ex caritate suppeditata fuerint, quibus modo tuto ac convenienti domum redire et per aliquod tempus honeste vivere potuerint.

II. - DE REBUS

A) De domibus.

36. Quot domos Institutum habeat, et in quibusnam dioecesibus: an et quot habeat provincias.

37. An et quot novae domus post ultimam relationem apertae fuerint: et an in omnibus intercesserit legitima auctoritas et servata fuerit ratio in constitutionibus praescripta.

38. Quot sodales diversarum classium in singulis domibus commorentur, et (si diversa opera ab Instituto exerceantur) quibusnam operibus addicti sint.

39. Num post ultimam relationem domus aliqua suppressa fuerit et cuiusnam auctoritate.

40. Utrum singuli sodales proprias cellas habeant, an saltem in communi dormitorio suum quisque cubile convenienter ab omnibus aliis separatum.

41. Num infirmis curandis separatus locus undequaque aptus addictus sit.

42. Num pro recipiendis hospitibus adsint in domo cubicula sufficienter, ut decet, a communitate religiosa separata.

43. ***(In Institutis Sororum).*** Num habitatio capellani sive confessarii ingressum separatum et nullam cum Sororum habitatione communicationem habeat.

B) De bonis.

44. Quinam fuerint ab ultima relatione annui reditus et expensae:

a) tum Instituti in communi;

b) tum uniuscuiusque domus.

45. Num ab ultima relatione sive Institutum in communi, sive certae domus in particulari, nova bona mobilia vel immobilia et cuius valoris obtinuerint.

46. Num pecuniam semper utili foenori et honesto ac tuto collocaverint.

47. Utrum et quam iacturam bonorum suorum, post ultimam relationem, fecerint, vel damna subierint, et qua de causa.

48. Num et quae bona, sive immobilia sive mobilia pretiosa abalienaverint, et qua facultate.

49. Num illorum bonorum, quae ***capitalia*** vocantur, partem aliquam consurnpserint.

50. Num arca communis vel domus aliqua particularis aere alieno gravetur, et quanto.

51. Num ab ultima relatione nova debita contraxerint; quaenam, et qua auctoritate.

52. Num bona temporalia, tum religionis universae, tum singularum provinciarum et domorum, per oeconomos rite deputatos administrentur ad normam sacrorum canonum et constitutionum.

53. Num oeconomi, sive generalis sive locales, rationem suarum administrationum praescriptis temporibus rèddiderint; et num huiusmodi rationes modo praescripto examinatae et approbatae fuerint.

54. Num lites de bonis habeant.

55. Num pecuniae aliaeque res pretiosae caute custodiantur iuxta normas hac de re traditas et praescriptum constitutionum.

56. Num et quo pacto pecuniam sive res pretiosas, a saecularibus depositas, custodiendas acceptaverint.

57. ***(In Institutis Sororum).*** Utrum dotes Sororum iuxta leges canonicas in tuto ac fructifero investimento de consensu Ordinarii loci collocatae fuerint; an et quae earum pars, quo modo et cuius permissu in expensas faciendas insumpta fuerit.

58. Num et quaenam legata pia seu fundationes in Instituto, sive pro Missis celebrandis, sive pro operibus caritatis exercendis, existant.

59. Num huiusmodi onera fideliter adimpleta fuerint.

60. Num pecunia, qua huiusmodi fundationes constitutae fuerunt, rite collocata et seorsim ab aliis quibuslibet administrata fuerit.

61. Num Episcopo iuxta sacrorum canonum praescriptum de huiusmodi fundationibus ratio reddita fuerit.

62. Quantum superfluae pecuniae in fine cuiuslibet anni a singulis domibus in aream communem collatum fuerit.

63. Utrum sponte an invite huiusmodi pecuniae collatio ab omnibus facta fuerit.

64. Num superiorissa vel oeconoma habeat pecunias, de quibus libere, etsi pro bono instituti, disponat, quin ullam rationem reddat.

III. - DE DISCIPLINA

A) De vita religiosa.

65. Num in unaquaque domo exercitia spiritualia pro singulis diebus, mensibus, annis vel aliis certis temporibus statuta accurate peragantur.

66. Num omnes sodales quotidie Missae sacrificio assistant.

67. Utrum omnes sodales exercitiis communibus interesse possint, et an illis qui quandoque pro negotiis domesticis ab aliquo exercitio communi eximuntur, saltem concedatur tempus privatim illud peragendi.

68. Num serventur canonica statuta:

a) quantum ad conscientiae manifestationem non exigendam,

b) quoad sacramentalem confessionem,

c) circa eucharisticae communionis frequentationem.

69. Num adsint confessarii ad iuris normam designati; num et qui abusus irrepserint, sive ex parte Superiorum libertatem a lege con-

cessam coarctantium, sive ex parte subditorum permissa libertate abutentium.

70. Num in Institutis Sororum ubique quovis triennio confessarius ordinarius mutetur, vel debita auctoritate confirmetur.

71. Num praescriptiones de clausura servanda in parte domus Religiosis reservata fideliter observentur.

72. Num Religiosis frequenter permittatur locutorium adire et an Constitutiones in hac re serventur.

73. Num Religiosis e domo egredientibus, extra casum necessitatis, a Superioribus socius addatur.

74. Num, qua ratione et quibus temporibus habeantur institutiones catecheticae et piae exhortationes ad conversos aliosque alumnos nec non ad famulos seu convictores.

75. Num et quaenam scripta periodica sodales edant aut illis conscribendis operam conferant: num in iis, sicut etiam in libris edendis, statutae leges servatae fuerint.

76. Num et quibus libris, sive antiquis sive recentioribus, etiam manu scriptis, sola moderatorum Instituti licentia editis sodales utantur.

B) De observantia quarumdam specialium legum.

77. Num omnia circa Capitulum generale praescripta diligenter observata fuerint:

a) quoad litteras convocatorias;

b) quoad electionem delegatorum ;

c) quoad electionem scrutatorum et secretarii;

d) quoad electionem Moderatoris generalis;

e) quoad electionem Consiliariorum, Oeconomi et Secretarii generalium.

78. Num omnino liberum fuerit sodalibus litteras, quae ab inspectione Superiorum exemptae sunt, sive scribere sive recipere.

79. Num lex de mutandis Superioribus post statutum tempus fideliter observetur. Num, quot dispensationes et a quo super hac lege impetratae fuerint. "

80. Num Moderator generalis et Superiores provinciales praescriptam domorum visitationem rite peregerint.

81. Num Moderator generalis et Superiores sive provinciales sive locales praefinitis temporibus consiliarios suos convocent, ut cum eis agant de negotiis sive Instituti sive provinciae sive domus.

82. Num in deliberationibus debita libertas consiliariis servata fuerit.

83. Num in Consilio generali electiones libere et iuxta normas praescriptas factae fuerint.

84. Utrum ubique vigeat vita communis; num omnibus sodalibus necessaria, praecipue quoad victum et vestitum, a Superioribus ea qua decet paterna caritate suppeditentur, et an forte sint qui haec sibi ab extraneis procurent.

85. Num alicubi sodales sint numero insufficientes ita ut nimis onerentur laboribus cum gravi valetudinis discrimine.

86. Num provideatur ne quid desit infirmis ex iis, quibus iuxta propriam cuiusque conditionem indigent, atque ut in corporalibus et , spiritualibus necessitatibus qua par est caritate subleventur.

87. ***(In Institutis Clericorum).*** Quot annis clerici vacent studiis:

a) litterarum humaniorum,

b) philosophiae, et

c) theologiae.

Quatenus autem studia domi peragantur, quot professores singulis disciplinis tradendis sint addicti.

88. Num alumnis aut etiam magistris alia officia committantur quae a studiis eos avocent.

89. Num omnes studentes:

a) integrum cursum studiorum perfecerint antequam e domo studiis destinata exierint;

b) ante promotionem ad sacros Ordines studia per leges canonicas respective praescripta rite perfecerint;

c) cetera omnia a sacris canonibus pro admissione ad Ordines requisita (circa titulum ordinationis, litteras dimissorias, etc.) religiose observaverint.

90. Num servata fuerit lex de examine a sacerdotibus quotannis, saltem per quinquennium, peragendo.

91. Num aliquando exerceatur negotiatio per sacros canones interdicta: item an ars aliqua vel industria quae frequentiorem afferat consuetudinem cum extraneis; quibus cautelis, tum pro salute illorum sodalium qui his incumbunt, tum pro externorum aedificatione.

92. An Superiores curent inter suos subditos promovere notitiam et exsecutionem decretorum S. Sedis, quae religiosos respiciunt: item an publice legantur, praeter proprias constitutiones, decreta quae Apostolica Sedes legenda praescripserit.

C) De operibus Instituti.

93. Quot personis (vel classibus personarum) beneficia contulerint sodales iis operibus quibus iuxta scopum sui Instituti sese devovent.

94. Si numerus istarum personarum post ultimam relationem alicubi imminutus fuerit, indicentur rationes.

95. ***{Pro Institutis quae stipem ostiatim colligunt):***

a) an ex constitutionibus clare et certo constet de iure seu officio stipem ostiatim colligendi ;

ò) an sacrorum canonum praescripta et S. Sedis decreta hac de **Ve** edita in omnibus religiose observentur.

96. Num ab Institutis Sororum habeantur in suis domibus diversoria aut valetudinaria pro personis quibuscumque, etiam diversi sexus; et quatenus affirmative, cuius licentia et quibus cautelis.

97. Num et quomodo Sorores in seminariis vel collegiis vel quibuscumque ecclesiasticorum virorum domibus rem domesticam gerendam assumpserint.

98. Num Sorores opera quaedam caritatis exerceant (v. g. erga infantes aut parturientes aut chirurgi cultro incisos) quae virgines Deo dicatas et habitu religioso indutas dedecere videantur.

99. Num Sorores, quae infirmis in privatorum domiciliis inserviunt, praescriptas a Constitutionibus cautelas semper adhibeant.

100. Num Superiores permiserint commorationem sodalium in domibus saecularium, et quanto tempore.

101. ***(Pro Institutis virorum).*** Num aliquod Institutum Sororum quasi ab ipsis dependens, sibique aggregatum, directe vel indirecte, retinéant vel dirigant et quanam auctoritate.

102. Num post ultimam relationem aliquod novum opus, vel potius nova species operum, aliis iam existentibus adiuncta fuerit, et quanam auctoritate. .

103. Num in Instituto vel in aliquibus domibus irrepserint abusus et qui.

104. Num querelae vel difficultates exsistant :

a) cum Ordinariis locorum,

6) cum confessariis,

c) cum capellanis.

105. ***(Pro Institutis laicalibus utriusque sexus).*** An domos habeant in quibus suscipiantur ad commorandum adolescentes respectivi sexus qui publicas scholas laicas frequentant, quibus in locis, quas ve scholas adeant, quomodo et per quos eorum religiosae instructioni consultum sit.

* * *

Responsa autem ad suprascriptas quaestiones non solum a Moderatore seu Moderatrice generali, sed etiam a singulis Consiliariis seu Assistentibus generalibus, praevio maturo examine, signanda erunt. Si

agatur de Congregatione mulierum, signanda pariter erunt ab Ordinario loci in quo suprema Antistita cum suo Consilio residet.

Quod si quis ex iisdem Consiliariis seu Assistentibus aliquid magni momenti praeterea S. Sedi significandum esse putaverit, id etiam per privatas atque secretas litteras praestare poterit. Verumtamen memor ipse sit conditionis suae et sciat conscientiam suam graviter oneratum iri, si quid a veritate alienum secretis eiusmodi litteris exponere praesumpserit.

Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 25 martii 1922.

TH. CARD. VALFRÉ DI BONZO, *Praefectus.*

L.%8.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

II

APPROBATIONES

Decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, SSmus Dnus Noster Pius PP. XI:

20 martii 1922. — Societatis religiosae a Divino Salvatore nuncupatae, cuius domus princeps in Urbe sita est, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Institutum Sororum vulgo ab Immaculata nuncupatum, cuius domus princeps in civitate Ianuensi sita est, *approbavit et, ad septennium, experimenti gratia, eius Constitutiones.*

4 aprilis. — Instituti Sororum a Domina Nostra Matre Misericordiae, cuius domus princeps Tilburgi, in Hollandia, in dioecesi Buscoducensi, sita est, *novas Constitutiones definitive approbavit.*

— Instituti Sororum vulgo « Figlie di Maria Ausiliatrice » nuncupati, cuius domus princeps in dioecesi Aquensi sita est, *novas Constitutiones definitive approbavit.*

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

\ - I ,

EPISTOLA

AD EPISCOPOS, VICARIOS, PRAEFECTOSQUE APOSTOLICOS AC MISSIONUM SUPERIORES : DE RELATIONIBUS MISSIONUM, SINGULIS QUINQUENNIIS EXHIBENDIS.

Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando per epistolam datam die 1 iunii a. 1877 Vicarios et Praefectos Apostolicos monebat, ut temporibus pro visitatione SS. Liminum a Sixto V, constitutione ***Romanus Pontifex*** diei 20 dec. a. 1585, pro Episcopis statutis, vel frequentius, prout mos iam alicubi invaluerat, accuratas relationes de toto eorum pastorali munere deque omnibus ad Missionum suarum statum pertinentibus, transmitterent. Eum in finem epistolae adnectebatur ***series quaestionum,*** quibus in praedicta relatione exaranda respondere satagerent Superiores Missionum.

Verum, promulgato Codice iuris canonici, quo nonnulla innovata sunt aliaque aliter ordinata, expedire visum est ut memoratae quaestiones aliquantulum immutarentur, quo eiusdem Codicis praescriptionibus plenius responderent, atque omnimode cohaererent.

Itaque, ***de mandato SSmi D. N. Pii PP. XI,*** nova haec quaestionum series ad normam cc. 300 et 340 § 1 Codicis I. C. ab universis Episcopis, Vicariis Praefectisque Apostolicis ac Missionum Superioribus subiectis huic S. C. de Propaganda Fide in posterum prae oculis habenda erit in relationibus conficiendis.

Ad SS. Liminum visitationem autem quod attinet serventur cc. 299 et 341.

ANIMADVERTENDA

I. Relatio latina lingua, nitidis characteribus, in charta non translucida conscribenda erit et ab ipso Ordinario et ab uno saltem ex canonicis vel consultoribus ***(in dioecesibus)*** aut ex consiliariis Missionis subsignanda, adiectis die, mense et anno quibus data fuerit.

II. In prima relatione, post acceptam praesentem epistolam danda, ad singulas quaestiones, quae infra ponuntur, accurate ac plene responderi debet.

III. Idem faciendum erit ab omni novo Missionis Superiore, prima vice qua relationem quinquennalem exhibere debebit.

IV. In relationibus quae primam sequentur, Ordinarii omittere poterunt ea omnia, quae partem historicam ceterasque generales notitias Missionis respiciunt, si immutata permanserint.

CAPUT I

GENERALES NOTITIAE MISSIONIS

1. ***a)*** Breve ***compendium historicum*** circa originem, progressus ac mutationes dioecesis, vicariatus sive praefecturae aut Missionis conficiendum erit. Brevissima quoque adumbratio fiat de historia religiosa Missionis, de persecutionibus praesertim, ac de illustrioribus martyribus.

b) Describenda ***superficies, confinia*** quibus continetur territorium Missionis. Insuper charta geographica Missionis, si fieri potest, addatur.

c) Brevis notitia detur ***de natura loci caelique temperie,*** ac de fertilitate terrae, de ratione et mediis itinerum. Quinam morbi in ea forte praevaleant, et quibus cautelis vitari possint.

2. ***a)*** De ***divisionibus civilibus territorii,*** de principalioribus civitas tibus, de reipublicae seu Gubernii civilis forma.

6) De ***incolarum propriis moribus,*** indole, origine ; de praecipuis commerciis, et industriis regionis ac de varietate stirpium, linguarum ac religionum.

c) Quinam ***incolarum numerus: quot*** inter incolas sint ***catholici;*** si autem varii adsint ritus, quot catholici in singulis; et inter non catholicos quot ethnici, mahumetani, hebraei, haeretici, etc.

CAPUT II

DE CONSTITUTIONE MISSIONIS EIUSQUE DIVISIONE ECCLESIASTICA

3. Quinam ***locus residentiae Ordinarii*** cum omnibus indicationibus ad epistolas inscribendas necessariis.

4. In quot ***christianitates*** vel ***sectiones*** seu ***districtus*** aliasque circumscriptiones Missio divisa sit, et an ibi sacerdotum residentiae sint stabiles, et an facilis sit ad eas accessus.

5. ***a)*** An et quot adsint in dioecesibus ***paroeciae*** vel in aliis Missionibus ***quasi-paroeciae*** cum propria ecclesia, territorio determinato et peculiari rectore. - An erectio paroeciarum et quasi-paroeciarum facta fuerit per decretum asservatum in archivo Missionis. An observentur

instructiones huius S. C. diei 25 iulii a. 1920 et diei 9 dec. a. 1920 (cfr. ***Acta Apostolicae Sedis,*** a. 1920, pag. 331 et a. 1921, pag. 17), circa erectionem paroeciarum vel quasi-paroeciarum.,

6) An parochi, vel quasi-parochi (c. 451 § 2) applicent Missam pro populo (c. 466), tributum solvant pro Seminario (c. 1356 § 1), suas obligationes servent (cc. 451-470), et libero exercitio in cura animarum gaudeant, iuxta c. 415.

6. An habeantur ***vicarii foranei*** (cc. 217, 445 seq.) et Missionis districtus ita ordinati sint, ut plures uni sacerdoti tamquam Superiori subsint.

i 7. ***a)*** An spes affulgeat Missionem in plures dioeceses vel vicariatus seu .praefecturas in posterum dividendi, et quomodo hanc divisionem Ordinarius praeparet, instituendo in unaquaque parte illa opera, quibus opus est ut Missio independens haberi possit.

b) An et quaenam ***pars*** Missionis adsit quae ***nunquam fuerit evangelizata;*** an et quomodo provideri possit eius evangelizationi.

8. Utrum in singulis districtibus, paroeciis vel quasi-paroeciis diligenter serventur ***libri*** baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum et defunctorum, nec non status animarum, ad normam c. 470.

9. An quae in cc. 375 et seqq. de ***archivo dioecesano*** habentur, habita ratione locorum et personarum, in Missione constituta sint ad normam c. 304 § 1.

10. Exponatur insuper an habeatur ***directorium*** seu collectio regularum et consuetudinum Missionis circa ea, quae a sacerdotibus tum in sua vitae ratione tum in fidelium regimine sint servanda; illudque S. G. exhibeatur.

11. Dicatur utrum adsit ***catechismus,*** an sit communis cum aliis Missionibus eiusdem regionis, et an in variis libris huius generis servetur uniformitas circa doctrinae expositionem; ac eius exemplar ad hanc S. C. mittatur.

CAPUT III

DE ORDINARIO EIUSQUE PRAECIPUIS COOPERATORIBUS IN REGIMINE MISSIONIS

12. ***a)*** Indicet ***Ordinarius*** nomen et cognomen suum, aetatem, originis locum et Institutum religiosum si ad aliquod pertineat, et quaenam indulta et facultates a S. Sede receperit.

ò) In dioecesibus dicat Ordinarius, an sedes metropolitana sit, an et quas habeat suffraganeas sedes; et quem Ordinarium appellationis

iuxta c. 1594 § 2 Metropolita, probante Sede Apostolica, sibi elegerit; si vero suffraganea, quem Metropolitam habeat; si denique nulli Metropolitae suffragetur, queni Metropolitam pro concilio provinciali et pro iudicio appellationis sibi constituerit iuxta cc. 285, 292 et 1594 § 3.

c) An Episcopum ***auxiliarium*** vel ***coadiutorem*** cum futura successione habeat; et indicet eius aetatem, locum originis, Institutum religiosum si alicui pertineat.

d) Dicat an secundum praescriptum c. 309 constituerit suum ***Pro-Vicarium*** vel ***Pro-Praefectum,*** et indicet eius nomen, aetatem, nationem, Institutum religiosum si alicui forte pertineat; atque de eius qualitatibus et opere adumbratio aliqua fiat.

e) In dioecesibus vero, exponatur quaenam vigeat ratio providendi, Sede episcopali vacante, dioecesis regimini (cc. 429-443).

f) Utrum constituerit unum ***Vicarium generalem*** (in dioecesibus) vel ***Vicarium delegatum*** (in aliis Missionibus), et si plures ob quam rationem (c. 366, § 3) ; ac similiter referat de eorum aetate, natione, an ad aliquod Institutum religiosum pertineant, de eorum qualitate et opere brevis notitia detur.

13. ***a)*** In dioecesibus utrum adsint capitulum cathedrale et alia capitula insignia an ***communiae*** cleri ad modum capitulorum; et quae eorum praecipua statuta; utrum Episcopus nominet consultores dioecesanos (c. 423), et quis eorum numerus.

b) in aliis Missionibus vero utrum adsit ***Consilium Missionis*** ad normam c. 302, quot in eo exteri et quot indigenae sacerdotes habeantur; quae eiusdem Consilii attributiones.

14. ***a)*** An Ordinarius in regione sibi commissa commoretur et observantiam legum ecclesiasticarum urgeat (c. 386); an et quando ***Missionem visitaverit*** iuxta c. 301 ; an praeter loca, res, libros et archiva, persona* Iiter quoque clericos examinaverit, eos singillatim audiendo ut cognosceret quae sit uniuscuiusque vitae ratio, quae sit confessionis sacramentalis frequentia et alia huiusmodi; an in visitatione inspexerit quoque quae referuntur ad pia legata adimplenda et an circa Missarum manualium satisfactionem ac stipem omnia constituerit ad normam cc. 824-844.

b) An visitationem SS. Liminum suo tempore personaliter vel per procuratorem perfecerit.

15. An praecipuos presbyteros indígenas et exteros ***congr eget*** semel saltem in anno ut possit ex singulorum experientia et consilio deducere, quae sint perfectius in Missione ordinanda (c. 303).

16. ***a)*** Utrum et quomodo ***synodum*** celebraverit, et quando novissima synodus congregata fuerit (c. 304 § 2).

b) An aliquando consilium ineat cum Ordinariis vicinioribus vel eiusdem regionis in maioribus negotiis pertractandis.

c) Quando Missionum ***concilium nationale vel regionale*** celebratum fuerit, et an opportunum sit illud iterum convocari (c. 304, 2).

17. ***a)*** Quae mutua relatio intercedat inter Ordinarium et Superiores Religiosos (cc. 296 § 2 - 298) et an cum Superiore locali religioso eiusdem Instituti cui pertinet, Ordinarius concorditer vivat.

6) Utrum missionarii Episcopo, Vicario vel Praefecto Apostolico aut Missionis Superiori etiam ut religiosi subsint ; vel alteri Religioso Superiori sint subiecti, et saltem an sint Ordinario subiecti ad normam cc. 295, 296, 297, 630, 631.

c) An ipse Ordinarius, prout de iure, officia et residentias missionariis assignet (c. 296 § 1 coli. can. 454 § 5).

d) An in removendo aliquo missionario etiam religioso, praescriptiones c. 307 observentur.

18. Quomodo se habeat Ordinarius ***cum civili loci auctoritate;*** an eius dignitas et iurisdictio sarta tectaque ita semper servari potuerit, ut nunquam detrimentum libertati et immunitati Ecclesiae obvenerit.

CAPUT IV

DE ADIUTORIBUS SACRI MINISTERII

§ 1. - *De sacerdotibus in genere*

19. ***a)*** Numerus, nomina et praecipuae notae singulorum sacerdotum exterorum et indigenarum dentur. De iis qui zelo, pietate, scientia et disciplina'eminent, specialiter, indicato quoque nomine, dicatur.

b) Quam ***idoneitatem*** ad sacra ministeria atque ecclesiastica officia et quam vivendi rationem clerici praeseferant. An obligationes clericorum, de quibus in cc. 124-144, ipsi adimpleant.

20. ***a)*** Utrum ipsis occasio detur saltem semel in mense ad Sacramentum confessionis accedendi aliosque presbyteros invisendi et mutuo adiumento fruendi.

6) An omnes sacerdotes iuxta praescripta cc. 126 et 595 § 1, n. 1 exercitia spiritualia peragant.

c) Utrum ecclesiastici viri, sive saeculares sive regulares, ***clericali habitu*** aut ***religioso*** utantur, an saltem ea veste quae eorum statum minime dedeceat (c. 136); et in modo sese gerendi an admittant quae decus sacerdotale laedant (c. 138).

d) Si in Missione ecclesiastici viri habeantur qui aliqua dignitate a S. Sede decorati sint, tituli quibus singuli exornati sint atque

concessionis dies, officium et gradus quibus gaudeant in clero Missionis, aliaeque notitiae opportunae signictientur.

21. ***a)*** Utrum omnes sacerdotes ***studio doctrinae moralis*** incumbant, et utrum ad hoc studium fovendum habeantur conventus pro casuum moralium examine conficiendo (cc. 131, 448).

b) An ***in usu facultatum*** quas accipiunt nimis latas interpretationes ac improbandam facilitatem sequantur.

22. An ***praedicationi verbi Dei*** (cc. 1337 seq., 1347) etiam inter paganos assidue incumbant; an sint aliqui ex missionariis huic operi exclusive addicti; vel hoc ministerium catechistis remittant, de suis fidelibus tantum solliciti. Quae media adhibeantur ut verbum Dei etiam in magnis urbibus, optimatibus et doctis paganis annuntietur iuxta instructiones huius S. G. diei 18 octob. a. 1883 et diei 19 martii a. 1893 (cfr. ***Collectanea S. C. de Prop. Fide,*** vol. 11, p. 187 n. 1606, et pag. 286 n. 1828).

23. Num ***negligentia vel otiositas*** aliquem ecclesiasticum in suo munere obeundo detineat; num ***inobedientiae*** vel ***avaritiae*** vel ***incontinentiae*** speciem quis in sua vita praeseferat.

24. An sacerdotes miti ratione ***erga christianos*** se gerant, an circa modum sacri ministerii exercendi uniformitatem curent.

25. ***a)*** An charitas et concordia inter ecclesiasticos regulares et saeculares, exteros et indigenas foveatur.

b) an et quot sacerdotes sive exteri sive indigenae titulum Missionarii Apostolici ab hac S. G. Prop. Fidei receperint.

26. An a rerum politicarum studio et a negotiis saecularibus se abstineant (cfr. c. 139 §§ 3, 4; Instructiones huius S. G. Propag. Fidei a. 1659, ut in ***Collectanea,*** vol. I, pag. 42 n. 135; et diei 6 ianuarii, a. 1920).

27. An et qualia vulgentur in Missione ***diaria catholica,*** an recte dirigantur, an sacerdotes operam suam ipsis praebeant, et in casu affirmativo, an ad normam can. 1386.

§ 2. - *De Missionariis exteris*

28. Exponatur imprimis an ***sacerdotes exteri,*** quibus sacrum ministerium exercendum in Missione concreditum est, sint saeculares vel regulares, et cuius Instituti; utrum et quot fratres laicos addictos habeant. An sufficiens eorum ***numerus*** sit pro necessitate Missionis.

29. An singuli missionarii exteri ***studio linguae vernaculae*** istius gentis sedulam dent operam et an eam ad praedicandum verbum Dei inter indigenas et in audiendis confessionibus indigenarum semper ac recte adhibeant (cfr. Instructionem citatam diei 18 octob, a, 1883).

30. ***a)*** An missionarii ***bona immobilia possideant ; an industriam vel commercium*** exerceant (c. 142).

b) An Religiosi missionarii fidelibus et infidelibus exemplo sint regulari observantia praesertim trium votorum paupertatis, castitatis et obedientiae.

31. An in aedificandis et ornandis sacris aedibus et residentiis missionariorum peregrinae tantum artis forma adhibeatur, vel, quantum possibile est, nativae etiam ipsius gentis artis species, pro opportunitate, servetur.

32. De qualitate et opere ***praecipuorum missionariorum*** qui inter alios excellunt referatur; atque de singulis edicatur: locus originis, aetas, et quot iam ab annis in missione versentur.

§ 3- - *De Clero indigena*

33. ***a)*** Singulariter sermo instituendus de ***clero indigena,*** ac imprimis de ***idoneitate*** sacerdotum, deque animi qualitatibus quibus praediti appareant.

b) Utrum aliqua distinctio habeatur inter clerum indigenam et sacerdotes exteros, quibus in rebus et quam ob rationem. ***Quibus in officiis*** indigenae sacerdotes adhibeantur, an ab aliquibus officiis ipsi arceantur.

c) Utrum et quot indigenae inter sacerdotes religiosos vel inter fratres laicos inveniantur.

34. Utrum sacerdotes indigenae ***in familia*** cum parentibus cohabitent, vel communem vitam cum missionariis agant. (Cfr. Instruct, cit. 18 octob. a. 1883).

35. An clerus indigena habeat ***quo honeste vivere possit.*** An pro senibus et infirmis domus aut saltem subsidia adsint, quibus adiuvari possint.

§ 4. - *De Institutis religiosis et de aliis personis quae in Missione adlaborant*

36. ***a)*** An et quae instituta religiosa utriusque sexus adsint, ***quot domus,*** et quot in eis indigenae et exteri. An Ordinarius sive per se sive per alium ***quinquennalem visitationem*** domorum religiosarum utriusque sexus peregerit, iuxta cc. 296 § 1, 512, 513, et quae de iis magis notatu digna videantur.

b) Utrum Religiosi utriusque sexus vitam communem ducant.

c) An Instituta religiosa bona possideant, nomine proprio, in ***Missione.***

37. Quaenam eorum pro ***Missione utilitas;*** quae opera dirigant et quo successu; an indigenarum et pauperum curae atque institutioni

praecipue attendant; idque exprimatur sive quoad Instituta virorum sive quoad Instituta mulierum.

38. Si ***pro indigents*** habeantur instituta religiosa dioecesani iuris vel societates sive virorum sive mulierum in communi sine votis viventium, eorum nomen Ordinarius dicat, nec non finem, sodalium numerum, utilitatem; an emittant vota temporaria vel perpetua; et alia huiusmodi.

39. De ***Religiosis mulieribus*** Ordinarius referat:

a) an observentur canonicae leges circa admissionem ad novitiatum, professionem, clausuram, confessarios ac bonorum temporalium administrationem iuxta cc. 512, 513, 520-527, 533-535, 547, 549, 550, 552, 600-605.

b) an sint quae infirmis in privatis domibus adsistant, aut rem domesticam in nosocomiis, Seminariis, vel similibus virorum domibus gerant; an cautum sit de vitandis periculis, et an aliquid habeatur reprehendendum.

40. Utrum ***Virgines indigenae*** extra claustra viventes habeantur, et quae earum vita et opera.

41. Quot ***catechistae et magistri*** scholarum utriusque sexus habeantur; an et quot viri et quot mulieres pueris moribundis baptismi collationi sint addicti; quomodo eorum honestae sustentationi provideatur.

CAPUT V

DE SEMINARIIS

42. An Seminarium adsit, et in casu affirmativo referatur enucleate :

a) de ***numero*** et ***statu*** eorum qui externam disciplinam regunt, qui spiritualiter alumnos dirigunt, qui docent (cc. 1358, 1361);

b) de statu aedium; ***de reditibus et oneribus,*** hoc est de statu activo et passivo pii Instituti; et an habeatur ecclesiasticum tributum pro Seminario (c. 1356) ;

c) de iis quae videantur necessaria ad meliorem Setninarii statum

43. an Collegium praeparatorium ad Seminarium habeatur ; an d - stinctum sit Seminarium in ***maius*** et ***minus*** (c. 1354 § 2); et ***quot*** alumni in singulis. An Missionis conditio exigat ut dumtaxat Seminarium minus constituatur et ***Seminarium maius regionale*** erigatur, (c. 1354 § 3; cfr. Instruct, cit. diei 18 octob. a. 1883).

44. ***~a)*** An observentur cc. 1363, 1371 circa alumnos ***admittendos*** vel ***excludendos.*** An servetur c. 1357 circa ***visitationem alumnorum*** et regulas internas.

b) Quibus studiis ad normam cc. 1364-1366 clerici incumbant et praesertim an linguam, latinam et patriam alumni accurate addiscant. An in pietate clerici se exerceant ut in c. 1367 praescribitur, et an spiritu ecclesiastico imbuantur urbanitatisque legibus excolantur, (c. 1369).

45. ***a)*** Si Missio Seminario careat, quomodo consulatur pro comparandis sacerdotibus Missioni necessariis.

b) An ***studium habeatur seligendi bonae spei iuvenes*** ad clerum indigenam creandum; ubinam et quo fructu educentur (c. 305).

46. An Ordinarius curet ut aliquis alumnus pietate et ingenio praestans peculiaria collegia, ***praesertim*** quae ***Romae*** sunt, adeat ut ibidem in studiis perficiatur (c. 1380).

47. An ante ordinationem clerici ad ***aliquod ministerium per aliquod tempus exercendum*** apud presbyteros idoneos mittantur, ***probationis causa;*** et quibus sub cautelis, ne vocatio clericorum detrimentum aliquod patiatur.

CAPUT VI

DE GENTIUM CONVERSIONE, ET DE CATECHUMENIS

48. ***Quomodo*** procedatur ad ***propagandam*** fidem inter ethnicos, in illis praesertim regionibus ubi christiani nondum habentur vel pauci tantum; et an opera tantum catechistarum vel etiam sacerdotum exterorum et indigenarum adhibeatur (cfr. Instruct. S. C de Prop. Fide diei 8 septembris a. 1869, in ***Collectanea,*** vol. II, pag. 21, n. 1346).

49. ***a)*** Utrum adsint ***hospitia pro catechumenis*** utriusque sexus, et quomodo ordinata sint. An omnes indiscriminatim qui petunt, statim ad catechumenatus hospitia mittantur, vel solum post congruum tempus probationis. Quanto tempore duret haec probatio.

b) An pecunia vel alia*beneficia materialia praebeantur infidelibus fidei ignaris, ut ad catechumenatum trahantur; vel solus finis catechumenatus sit praeparatio proxima ad baptismum pro illis qui iam dispositi sunt et veritates principaliores religionis iam cognoscunt. Quam vigilantiam directe Ordinarius habeat hac in re.

c) Quanto tempore instructio catechumenorum duret, an sit sufficiens. An post baptismum neophytorum, instructio et educatio christiana perduret aliquibus mensibus (cfr. Instruct, cit. diei 18 octob. a. 1883).

d) An curet Ordinarius ut neophyti ad aliquam stationem vel christianitatem, post baptismum, adscribantur.

CAPUT VII

DE QUIBUSDAM PIIS INSTITUTIS DIFFUNDENDAE FIDEI UTILIBUS

50. Utrum erectum sit aliquod ***nosocomium,*** an dispensaría medicamentorum habeantur, et quomodo administrentur reditus pro infirmorum sustentatione.

51. ***a)*** An et quot adsint ***orphanotrophia*** pro pueris et puellis, et quibus subsidiis sustententur.

b) An et quaenam ***opificia*** habeantur ubi pueri et puellae aliquam artem addiscant.

52. ***a)*** Utrum et quae alia ***instituta charitatis*** habeantur: ut hospitia leprosorum, brephotrophia, gherontocomia et alia huiusmodi.

b) An ***officinae typographicae*** habeantur, quo facilius libri sacri vel scholares in bonum religionis evulgentur (cc. 1381, seq.).

c) Quae aliae fabricae in bonum Missionis institutae sint.

53. ***a)*** An adsint, praesertim in magnis civitatibus, inter catholicos, ***uniones*** illae quae ***sociales*** vocantur; an circuli pro iuventute etc.; an aggregationes operariorum, agricolarum etc. in aliquem charitatis finem vel mutuum subsidium; an directioni et moderationi Ordinarii et Apostolicae Sedis dociles subsint; quaenam inde promanent beneficia moralia et temporalia.

b) An cura geratur ut qui huiusmodi associationibus adscripti sunt, in fidei doctrina instituantur et christianam vitam ducant.

CAPUT VIII

DE EDUCATIONE IUVENTUTIS IN SCHOLIS

54. ***a)*** Circa scholas pro indigenis, sive pueris sive puellis, enucleate referatur tum de earum numero, tum de earum ***gradu*** et ***distributione*** in variis Missionis locis; scilicet an in praecipuis christianitatibus habeantur saltem scholae ad catechesim et preces addiscendas; utrum in singulis districtibus vel sectionibus scholae sive ***inferiores*** sive superiores ad litteras -et reliquas scholares disciplinas addiscendas exstent; an aliquod aliud superioris instructionis institutum adsit, et quonam in loco. An scholae sufficiant liberis fidelium (c. 1379), et an in ipsis christianae institutioni iuventutis apte provideatur. Numerus autem sive singularum scholarum sive alumnorum dicatur.

b) Quomodo deficientiae scholarum superiorum consuli in posterum possit.

c) Quibus credita sit iuventutis institutib, quot sint magistri catholici et quot acatholici vel infideles; quomodo sustententur. An habeatur schola normalis pro magistrorum formatione vel quomodo eius deficientiae provideatur.

55. *a)* An in ipsas admittantur ***etiam filii acatholicorum*** sive infidelium sive haereticorum; et quibus cautelis ne fidei catholicorum nocere possint; quinam ipsorum numerus respectu catholicorum; quomodo instructioni religiosae catholicorum provideatur (c. 1373); et num minister acatholicus pro instructione religiosa acatholicorum admittatur.

6) An in memoratis scholis servetur omnimoda ***separatio puerorum a puellis.***

56. An adsint in dioecesi, vicariatu vel praefectura seu Missione ***scholae ministrorum protestantium*** vel ***scholae paganae;*** quinam earum numerus et gradus; an et quot adsint ***scholae neutrae*** ab auctoritate civili constitutae; utrum catholici eas frequentent, an iusta ratione, et quomodo eorum instructioni religiosae provisum sit; et quaenam cautelae ad periculum perversionis a pueris catholicis arcendum adhibeantur, iuxta c. 1374.

CAPUT IX

DE EDUCATIONE IUVENTUTIS IN COLLEGIIS

57. *a)* An et quot adsint ***convictus seu collegia,*** sive pro masculis sive pro foeminis; cui eorum directio concredita sit ; utrum pro solis catholicis an in ipsa admittantur infideles vel haeretici et quibus cautelis; quinam ipsorum numerus respectu catholicorum, quomodo provideatur educationi religiosae catholicorum; an aliqua institutio religiosa detur acatholicis et infidelibus, et quo fructu; num admittantur ministri cultus acatholici, vel adolescentes ad eorum templa adducantur.

b) Quinam fructus pro religione habeatur ex istis ***collegiis mixtis;*** an potius aliquod ex his periculum pro fide habeatur vel immineat,

e) An collegium pro catechistis efformandis habeatur.

CAPUT X

DE POPULO FIDELI

58. Si laici ad Aulam Pontificiam pertinentes habeantur, nomen et titulus honoris in aula Pontificia obtentus, dies concessionis aliaeque notitiae dentur.

59. Dicatur: *a)* quot sint numero catholici, et quinam sint generatim ***fidelium mores;*** quaenam ratio vitae christianae privata in familiis;

quaenam publica in oppidis et civitatibus; an in externis pompis et solemnitatibus magis consistat, quam in vero pietatis spiritu.

b) An massonicae sectae addicti, vel etiam massonismi vel socialismi societates habeantur, quot numero, quanti momenti; et quid fiat ad occurrendum huic malo. ,

c) Utrum in exercitio iurium politicorum et civilium fideles catholici religionis bono et Ecclesiae libertati pro viribus consulant.

60. Quomodo generatim parentes et qui loco parentum sunt ***prolis educationi*** religiosae prospiciant (cc. 1113, 1372).

61. Num fideles cum paganis vel haereticis ita versentur, ut spirituale ipsis damnum vel religioni detrimentum obveniat.

CAPUT XI

DE SACRAMENTORUM ADMINISTRATIONE

62. Exprimatur an in administrando ***baptismo*** serventur omnia praecepta Ritualis Romani et Codicis i. c. (praesertim cc. 740-744, 765-769). Speciatim vero, an fiat aliqua divisio caeremoniarum et quo idiomate interrogationes fiant (cc. 755-761).

63. An sacerdotes antequam baptismum adultis conferant, de statu libero eorum vel legitimo matrimonio diligenter inquirant et quae sint inquirendi normae.

64. An curent presbyteri ut ad sacramentum ***confirmationis*** fideles opportuno tempore accedant, et in periculo mortis infantes illud recipiant (cc. 785, 787 seq.).

65. An et qui sint in Missione ***casus reservati,*** utrum in reservatione modus et normae praescriptae cc. 895, 897, 898 observentur, et utrum fidelibus sufficienter innotescant (c. 899).

66. ***a)*** Utrum fideles solemni praeparatione et pompa ad ***primam Communionem*** admitti soleant, an excitentur ut frequenter et etiam quotidie, ubi sacerdos adest, pane eucharistico reficiantur (c. 863).

b) An fideles ***praeceptum paschale*** (c. 859) adimpleant.

67. An presbyteri diligentes se praebeant in reficiendis moribundis extrema unctione aliisque Sacramentis.

68. An in dioecesi, vicariatu vel praefectura aut Missione ***forma celebrationis matrimonii*** ad normam c. 1094 observetur. Et an antea praemittantur, quae in iure praescripta sunt (c. 1019 et seq.).

69. ***a)*** Quomodo se gerant sacerdotes in ***dispensationibus*** circa matrimonii impedimenta, et an curent observantiam instructionum huius S. C. circa aetatem praescriptam.

b) An dispensationes matrimoniales gratis concedantur (c. 1056), et in scriptis, et utrum exprimatur delegatio Apostolica (c. 1057).

70. An abusus ***matrimoniorum mixtorum*** invaluerit, et qua frequentia et quomodo circa ea presbyteri se gerant (cc. 1060, 1064, 1065, 1071).

71. An in celebratione matrimoniorum christiani immisceant aliquas ***caeremonias super stitiosas.***

CAPUT XII

DE REBUS AD DIVINUM CULTUM SPECTANTIBUS

72. ***a)*** An in sacris functionibus ac praesertim in administratione Sacramentorum, et in solemni Missae celebratione ***ritus omnes S. R. E.*** fideliter serventur (cc. 733, 1261); utrum ***cantus adhibeantur,*** et an iuxta canonicas praescriptiones (c. 1264).

b) An ingressus in ecclesiam sit, prout debet, semper gratuitus (c. 1181).

c) Utrum et quinam ***populares cantus*** in ecclesiis permittantur,

73. An servetur, quoad asservationem Ss. Eucharistiae, can. 1265; an caveatur quodcumque periculum irreverentiae; an ea asservatio fiat cum debita decentia et quaenam sit in tantum Sacramentum fidelium devotio.

74. ***a)*** Utrum ad maiorem divini cultus decorem et ad pia opera exercenda, canonice instituti sint ***Tertii Ordines*** saeculares, ***Confraternitates,*** sive virorum sive mulierum, praesertim SS. Sacramenti et Christianae Doctrinae (c. 711 § 2), aliaeque ***piae Uniones*** potissimum pro iuvenibus; quo numero et quo religionis profectu.

b) An hae associationes servent praescripta c. 690 de subiectione erga Ordinarium, et c. 691 de administrationis modo.

75. An in ***cultu divino ac veneratione Sanctorum*** aliquae superstitiones irrepserint et quae.

CAPUT XÍÍI

DE FESTIS, IEIUNIIS ET ABSTINENTIA

76. ***a)*** Quaenam ***festa*** de praecepto in Missione observentur et an peculiares difficultates habeantur ad alia introducenda quae in Codice praescripta sunt (c. 1247).

b) Quae apud fideles sit observantia festorum.

77. ***a)*** Quae ***ieiunia,*** quique ***abstinentiae dies*** serventur; an uniformitas habeatur respectu viciniorum Missionum et utrum introductioni

legis communis (c. 1250 et seq.) obstet potius necessitas indigenarum quam Europaeorum, et quae sit ista necessitas.

b) Quae apud fideles sit observantia legis abstinentiae et ieiunii.

CAPUT XIV

DE ECCLESIIS, SACELLIS ET PRESBYTERII

78. Exprimatur an sit in Missione ***numerus*** sufficiens ***ecclesiarum*** et ***sacellorum;*** quot ea sint, et utrum munda, decentia et saltem necessariis ad divinum cultum ornamentis instructa sint.

79. An ecclesiae rite custodiantur ne furtis et profanationibus obnoxiae fiant; et eae in quibus ***SS. Eucharistia*** adservatur, quotidie, si fieri potest, per aliquot horas fidelibus pateant (c. 1266); quomodo observentur cc. 1267-1271 circa ***custodiam SSmi Sacramenti.***

80. An catholicas cultus ***Ubere*** exerceatur; et quatenus negative, an ratio suppetat qua obstacula e medio auferantur.

81. An iuxta ecclesias, capelias et oratoria adsit ***residentia*** pro sacerdote vel etiam decens presbyterium ; aut saltem aliquis locus ubi sacerdos convenienter manere possit. Num sacerdos necessitate compellatur cibum et somnum capere in domibus christianorum, et an in hoc abusus habeatur.

CAPUT XV

DE COEMETERIIS ET SEPULTURIS

82. ***a)*** Utrum et quae ***superstitiones in funeribus*** apud christianos invaluerint,

b) An et quae taxae in funeribus exigantur.

83. An exsistant ***coemeteria separata*** pro christianis, clausa et benedicta; et an canonicae de his leges servari possint et serventur (c. 1205 et seq.). Si non habeantur, ad id obtinendum quid tentari possit.

CAPUT XVI

DE BONIS ECCLESIAE EORUMQUE ADMINISTRATIONE

84. An et quibus limitationibus iuxta leges civiles Missio bona, sive mobilia sive immobilia, possit proprio nomine possidere; et quae cautelae adhibeantur ut securitati ecclesiasticorum bonorum provideatur.

85. An institutum ***sit Consilium Administrationis*** et quot presbyteris exteris et indigenis constet; et an Ordinarius in negotiis maioris momenti illos audiat (c. 1520).

86. ***a)*** An ***administratores particulares*** sive ecclesiastici sive laici reddant quotannis Ordinario rationem suae administrationis (c. 1525) et servent iuris praescripta circa modum ipsius administrationis (cc. 1523, 1526, 1527, 1544, 1516, 1530-1533, 1538-1542).

b) An circa ***oblationes*** in commodum Missionis serventur praescripta cc. 1182, 533 § 1, 4°, 630 § 4, 631 § 3, et 535 de earum admini stratione et ratione Ordinario reddenda; et an collectores se abstineant a vexatoria et odiosa requisitione.

c) An ***inventaria*** immobilium, mobilium et sacrae supellectilis uniuscuiusque ecclesiae vel pii loci confecta in duplici exemplari, altero pro pio opere, altero pro Curia Ordinarii, habeantur (cc. 1296, 1300-1302, 1522).

87. ***a)*** Utrum bona immobilia vel reditus in promptu Missio habeat ut sustentationi missionariorum, cleri indigenae et expensis pro divino cultu satisfaciat.

b) Si bona immobilia non habeantur, an spes adsit ut pedetentim certi reditus sive per oblationes fidelium sive alio modo constitui possint (cfr. Instr. S, C. de Prop. P., 19 martii a. 1893, ut in ***Collectanea*** v. II, p. 286 n. 1828, II).

c) Breviter prospectus accepti et expensi detur ut in appendice cap. XVI.

88. ***a)*** Circa ***Missarum stipem,*** quae taxa synodalis in Missione vigeat (c. 831). An sacerdotes Missas colligant, quibus intra annum ipsi satisfacere nequeant (c. 835); an exuberantes ad Ordinarium transmittant (c. 841).

b) Quomodo serventur quae cc. 843, 844 praescripta sunt de libro tam personali, quam ecclesiarum proprio, pro Missis adnotandis.

CAPUT XVII'

IUDICIUM SUMMATIM EXPOSITUM CIRCA STATUM MISSIONIS

89. Ordinarius, omnibus in universum complexis, dicat, praesertim ***in sua prima relatione,*** quid actu sentiat de materiali ac morali condicione Missionis, quae spes melioris status affulgeat, quaenam maiora discrimina immineant.

90. ***hi sequentibus*** vero ***relationibus*** addat, quomodo et quo fructu ad effectum perduxerit monita et mandata, si quae S. C. in sua responsione ad praecedentem relationem dederit; et utrum progressus, regressus, an potius idem ferme persistens status in rebus fidei et morum

haberi, videatur in Missione, et quaenam harum rerum censeantur causae, quaenam proponantur remedia.

Datum Romae, ex aedibus Sacri Consilii Propagandae Fidei, die Paschae Resurrectionis, a. 1922.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

Çfa Petrus Fumasoni Biondi, Archiep. Diocletan., ***Secretarius.***

APPENDIX

COMPENDIUM NOTIONUM CIRCA STATUM MISSIONUM

I

GENERALES NOTITIAE MISSIONIS

Superficies km. quadratis enuntiata: N....

Limites, quas regiones vel provincias vel praefecturas civiles Missio comprehendat...

Residentia pro Superiore Missionis, quae sit... Detur accurata et completa inscriptio adhibenda in epistolis...

7 quot catholici indigenae: N.... catholici exteri: N....
Incolae} quot haeretici vel schismatici: N....
(quot ethnici : N.... mahumetani : N.... hebraei : N....

11

DE CONSTITUTIONE MISSIONIS EIUSQUE DIVISIONE ECCLESIASTICA

Quot ***christianitates*** vel missiones (idest cumulationes familiarum christianarum) : N....

Quot diversarum cbristianitatum consociationes vel districtus, vel sectiones : N.... . -

Quot paroeciae vel ***quasi-paroeciae*** canonice erectae: N....; quot collectiones quasi-paroeciarum : N. ...

An et quot ***Vicarii Foranei*** adsint: ***is....***

iii

DE ORDINARIO EIUSQUE COOPERATORIBUS IN REGIMINE MISSIONIS

Ordinarii Missionis ... nomen... natio... aetas...

Coadiutoris cum futura successione, vel ***Episcopi Auxiliarii...*** nomen ... natio ... aetas ...

Pro-Vicarii... vel Pro-Praefecti... nomen ..., natio ... aetas...
Vicarii generalis (vel ***Vicarii Delegati)***... nomen... natio ... aetas ...
In dioecesibus quot canonici vel consultores dioecesani, ac inter eos quot exteri: N.... quot indigenae: N ...
In ***Consilio Missionis...*** quot exteri: N.... quot indigenae: N....
In ***Consilio Administrationis...*** quot exteri: N.... quot indigenae: N. ...

IV

§§ 1-3. - *De Clero*

Nomen Ordinis vel ***instituti*** cui Missio est concredita ... quot domus: N....
Sacerdotes religiosi... quot exteri: N.... quot indigenae: N. ...
Laici religiosi... quot exteri: N.... quot indigenae: N....
Sacerdotes saeculares... quot exteri: N.... quot indigenae: N. ...

4. - *De Institutis religiosis et de aliis personis quae in Missione adlaborant*

An et quae ***communitates virorum,*** et singularum dicatur	nomen ... quot domus : N.... quot sacerdotes exteri: N.... et indigenae: N. quot laici exteri: N.... et indigenae: N. ...
An et quae ***communitates mulierum,*** et de iis dicatur	nomen... quot domus: N.... quot alienigenae: N.... quot indigenae : N.

An et quot ***Virgines indigenae*** extra claustra viventes: N.
Quot ***Catechistae*** viri: N.... et quot mulieres: N....
Quot ***Magistri*** catholici: N.... et quot acatholici: N....
Quot ***Magistrae*** catholicae: N.... et quot acatholicae: N...
Quot ***Baptizantes*** viri: N.... et mulieres: N....

V

DE SEMINARIIS

Seminarii ***praeparatorii...*** quot alumni : N....
Seminarii ***minoris...*** quot alumni: N....
Seminarii ***maioris...*** quot auditores philosophiae: N. quot theologiae: N....
An et quot alumni extra Missionem instituantur: N...

VI

DE CATECHUMENATUS

Quot pro viris: N.... quot mensibus coacti: N.... a quot auditoribus frequentati: N....

Quot pro mulieribus: N.... quot mensibus: N.... a quot auditoribus frequentati: N....

VII

DE QUIBUSDAM INSTITUTIONIBUS DIFFUNDENDAE FIDEI UTILIBUS

Nosocomia pro infirmis . . . .
- quot domus ***pro viris:*** N.... cubilia: N....
  - hospites per annum : N. :
- quot domus ***pro mulieribus :*** N.... cubilia: N....
  - hospites per annum : N....

Orphanotrophia .
- ***puerorum;*** quot domus: N.... quot alumni: N....
- ***puellarum;*** quot domus: N.... quot puellae: N....

Brephotrophia . .
- quot ***domus*** : N....
- quot pueruli nutricibus crediti: N....
- quot familiarum christianarum curis demandati: N....

Alia hospitia caritatis. . . .
- quot domus ***pro viris:*** N.... quot hospites: N....
- quot domus ***pro mulieribus :*** N. ...
- quot hospites: N....

Pharmacopolia quot: N.... et quot curae ibi confectae: N....

Typographiae quot: N.... quot typographi : N.... quot libri editi: N....

Opificia vana.
- quot pro pueris: N. ... et pro quot puellis: N....
- quot pro puellis: N.... et pro quot puellis: N....

VIII

DE SCHOLIS

§ 1. - *Scholae Missionis*

A) - *Pro solis catholicis*

Quot scholae precum pro pueris: N.... quot pro puellis: N.... quot mixti sexus: N.... in iis quot alumni: N.... quot alumnae: N....

Quot inferiores pro pueris: N.... quot pro puellis: N.... quot mixti sexus: N.... in iis quot alumni: N.... quot alumnae: N....

Quot superiores pro pueris: N.... quot pro puellis: N.... quot mixti sexus: N.... in iis quot alumni: N.... quot alumnae N....

Quot professionales pro pueris:. N.... quot pro puellis: N.... quot mixti sexus: N.... in iis quot alumni: N.... quot alumnae N....

B) - ***Scholae mixtae pro catholicis et non catholicis***

Quot scholae pro pueris: N.... quot pro puellis: N.... quot mixti sexus N....
Catholici: quot alumni: N.... quot alumnae: N....
Non-catholici: quot alumni: N.... quot alumnae: N....

§ 2. - ***Scholae privatae acatholicorum***

Quot ***inferiores:*** N.... frequentatae ab acatholicis: N.... a catholicis N....
Quot ***superiores:*** N.... frequentatae ab acatholicis: N.... a catholicis N....
Quot ***professionales:*** N.... frequentatae ab acatholicis : N.... a catholicis N....

§ 3. - ***Scholae publicae***

Quot ***inferiores:*** N.... quas adeunt acatholici: N.... catholici: N....
Quot ***superiores:*** N.... quas adeunt acatholici: N.... catholici N....
Quot ***professionales:*** N.... quas adeunt acatholici: N!... catholici: N....

IX

DE COLLEGIIS

§ 1. - ***Collegia Missionis***

Quot collegia ***pro solis catholicis, sive*** pueris: N.... sive puellis: N....
Quot ***mixta*** cum non catholicis, sive pro pueris: N.... sive pro puellis: N....
Nomen uniuscuiusque; et quae societas religiosa collegii regimen habeat.
Quot ***alumni catholici*** indigenae: N....; quot exteri: N....
» » ***non catholici*** indigenae: N....; quot exteri: N....
» ***alumnae catholicae*** indigenae: N....; quot exterae: N....
» » ***non catholicae*** indigenae: N....; quot exterae: N....

§ 2. - ***Collegia acatholicorum***

Quot collegia pro pueris: N.... quot alumni acatholici: N....; quot catholici: N....
Quot collegia pro puellis: N.... quot alumnae acatholicae: N.... quot catholicae: N....

X, XI

DE FRUCTIBUS SPIRITUALIBUS

Christianitates in quibus ***missio praedicata*** est: N....
Quot aliae ***praedicationes*** fidelibus: N.... quot infidelibus: N...,
Quot infideles, haeretici, vel schismatici ***conversi:*** N. ...
Quot ***baptismata adultorum*** in periculo mortis: N....
Quot extra periculum mortis: N. ...
Quot ***baptismata infantium*** paganorum in periculo mortis: N....
Quot infantium fidelium: N....
Quot ***Confirmationes:*** N....
Quot ***Confessiones*** de praecepto: N.... quot devotionis: N. ...
Quot ***Communiones*** paschales: N.... quot devotionis: N....
Quot ***Extremae Unctiones:*** N. ...
Sacer ***Ordo*** quot clericis collatus: N....
Quot ***Matrimonia*** benedicta inter fideles: N ... quot mixta: N....
Quot Defuncti adulti: N.... quot pueri: N...-;

XII, XTII

DE FÍDBLIUM ASSOCIATIONIBUS

Qui ***Tertii Ordines***... et quot in annum inscripti : N....
Quae ***Confraternitates...*** et quot in annum inscripti: N....
Quae ***Piae Uniones...*** et quot in annum adscripti: N....

XIV

DE SACRIS AEDIFICIIS

Sanctuaria quae peregrini adeunt: N. ...
Ecclesiae publicae: N....
Sacella cum residentia pro missionario: N.... absque residentia: N....

XV

DE COEMETERIIS

An adsint et quot ***Coemeteria*** clausa et benedicta: N....

XVI

DE BONIS ECCLESIAE .

Î. Quinam sint ***valor fundorum,*** valor ***capitalium,*** et quae ***pecunia*** aliis credita. Quale, iuxta ***taxam synodalem,*** stipendium ***Missarum...***

	Reditus	bonorum immobilium ...
		' a n c i ü U S industriae (ex concessione) ...
		pecuniae creditae...
		ex aliis fontibus...
ê. De ratione accepti.	Subsidia et oblationes	proprii Instituti religiosi...
		ex Pio Opere Propagationis Fidei...
		» » » S. Infantiae aliorumque similium...
		collecta ex fidelibus indigenis...
		ex benefactoribus exteris ...
	utrum et quanta pecunia mutuo accepta...	
	Ex aliis capitibus...	
De ratione expensi.	***Impensae***	ad personas Missionis alendas et retribuendas ...
		pro cultu...
		pro Seminariis...
		pro scholis et collegiis ...
		pro catechumenatibus ...
		pro aliis institutionibus ...
		pro itineribus missionariorum ...
	In ***vectigalibus...***	
	Pro ***conservatione*** immobilium ...	
	Pro novis aedificiis... ' *	
	Sumptus pro foenore aeris alieni...	
	Sumptus pro extinguendis ***debitis ...***	
	Pecunia aliis mutuo data...	
	Ex aliis capitibus..	

• n,

NOMINATIO

Brevi Apostolico nominatus est:

12 aprilis 1922. — ***Vicarius Apostolicus Norvegiae et de Spitzberg,*** R. D. Henricus Ioannes Smit, ex archidioecesi Ultraiectensis

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ROMANA SEU LUGANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PETRI CASANI, SACERDOTIS PROFESSI E CONGREGATIONE CLERICORUM REGULARIUM PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM.

Lucana in urbe, una eademque die 8 septembris anno 1570 natus et sancto baptismi lavacro ablutus est Dei Famulus Petrus Gasani. -Parentes habuit Gasparem et Elisabetham Gasani, genere, censu et pietate claros-. Vir autem, uxore defuncta, meliora charismata secutus, Congregationem clericorum regularium a Matre Dei ingressus, atque in ea usque ad senectutem perseverans, sancte vixit et obiit. Petrus autem, optima indole praeditus, a primaeva aetate, religionis, gravitatis et solertiae ac fèrvoris specimen dedit. Studiosus ac pius in Deum, misericors ac überaus in pauperes, ecclesias atque sacra devote ac libenter frequentabat, vitamque ducebat illibatam. Inter cetera, uti fertur, a pravis condiscipulis tentatus ac in discrimine positus virtutis amittendae, e fenestra in praecipitem fugam se coniecit atque ab utroque animae et corporis periculo, Dei ope, integer et incolumis evasit. Perspicaci, quo pollebat, ingenio, assiduoque studio, litteris latinis, sanae philosophiae et medicinae arti et scientiae sedulam navavit operam in athenaeo Pisano. Musicam quoque didicit et organi sonitu sacras functiones divinasque laudes in ecclesia potissimum franciscana comitatus est. In festo die Epiphaniae post Missam cui inservierat Petrus, quadam visione ipse recreatus fuisse perhibetur Pueri Iesu, qui collo Servi Dei torquem auream, instar nobilis catenae, circumposuit, ipsumque spiritali luce et arcana voce invitasse ad perfectam vitae et passionis suae imitationem. Unde memor tanti beneficii, illam composuit laudem, quae incipit: ***Dolce catena,*** quamque ipse duiciter et iucunde decantare solebat, dum totis suis viribus Christo Deo adhaerere gaudebat. Ver tente anno 1594, die 16 augusti, propensa animi voluntate ac libertate, nomen dedit Congregationi religiosae a Matre Dei, in Conlegio Sanctae Mariae, Cohortis Landiniae, Lucae. Beatus Ioannes Leonardi, illius Con gregationis fundator, suum alumnum Petrum valde aestimavit ac dilexit, eumque in socium et a secretis sibi adsciyit in visitatione Apostolica.

monachorum Vallis Umbrosae in Hetruria. Tyrocinio laudabiliter peracto, Dei Servus, Romam missus, in Conlegi® Romano theologicis disciplinis diligenter incubuit atque praeceptorem habuit Ven. Robertum Bellarmino et condiscipulum Sanctum Aloisium Gonzaga. Lucam reversus, anno 1600, religiosa vota simplicia nuncupavit et, sacerdotio insignitus,, sacrosanctum Missae sacrificium prima vice obtulit Altissimo. Ibidem auctor exstitit et primus praefectus Congregationis Sanctae Mariae ad Nives pro selectis iuvenibus; sacrosque sermones e suggestu ad populum faciebat, cum subsequente fama docti ac pii praeconis. Elapso decennio, iuxta regulas Sodalitatis a Matre Dei, anno nempe 1604, die 20 iulii, Dei Famulus solemnem professionem emisit coram successore Patris Fundatoris et moderatore generali P. Alexandro Bernardini. Hic quoque, ad exemplum sui antecessoris, Petrum aestimatione et amore prosecutus, Romam secum duxit, eiusque operam valde utilem in gravibus negotiis expediendis adhibuit, commisso eidem officio secretarii generalis. In hac urbe Dei Famulus documenta et exempla Sancti Philippi Neri recentia aemulatus, confessarius, concionator, educator optimus proximorum saluti consuluit per mirabiles peccatorum conversiones et per puerorum ac iuvenum christianam instructionem. Anno aetatis suae quadragesimo Romae degentem novit Iosephum Calasanctium, qui Scholarum Piarum Institutum pueris et adolescentibus christiano more erudiendis condere satagebat, et ne novae Familiae religiosae auctoris ac fundatoris speciem sumeret, exoptabat ut suum Institutum cum altero Lucensi iam exsistente, a Matre Dei nuncupato, coniungeretur. Voti compos Calasanctius effectus est per utriusque Instituti concordiam et unionem a Summo Pontifice Paulo V per Litteras Apostolicas in forma Brevis datas die 14 ianuarii anno 1614 legitime approbatam. Petrus Casani huiusmodi unioni maxime favit, probe noscens Scholas Pias ad quas excolendas erat inclinatus, temporum necessitatibus valde congruas, religioni et societati magnam utilitatem esse allaturas. Exinde, duodecim religiosi viri e pia domo Sanctae Mariae in Porticu, ubi Lucensis Congregatio residebat, ad coenobium Sancti Pantaleonis transierunt. Ex his rector fuit renuntiatus noster Petrus, qui'etiam pro Scholarum Piarum Familia, evangelicae paupertatis votum per Apostolicum decretum sanciri curavit. Attamen, post triennium, idem Pontifex Paulus V Congregationem a Matre Dei ab Instituto Scholarum Piarum seiunxit; sed Petrus in paupere Scholarum Piarum Instituto remanere praetulit ob suam specialem vocationem, annuente et favente ipso fundatore Iosepho Calasanctio a cuius latere et conversatione nequibat avelli. Quod non sine provido Dei consilio contigisse putandum est, ut nempe

in arduo novi sodalitii regimine et incremento ipsimet Institutori ab alumno Petro validum suppedifaretur auxilium et solatium. Hinc, die festo Annuntiationis Beatae Mariae Virginis, anno 1617, Calasanctius a Cardinali Protectore novae Congregationis Scholarum Piarum habitum religiosum suscepit, et post ipsum alii quatuordecim sodales ad eundem habitum induendum admissi sunt, et primas Petrus Casani, qui, relicto familiae nomine, in memoriam sui diei natalis et ob devotionem erga suam caelestem patronam, Petrus a Nativitate Dominae Mariae appellatus est. Hic Calasanctianae Familiae tyronum magister adlectus, ad Sancti Pantaleonis, regulam in decem praecepta distinctam pro ipsis aliisque alumnis sodalibus concinnavi!, quam idem Fundator sua auctoritate probavit. Inter illos tyrones effulsit conspicuum virtutis speculum Ven. Glicerius Landriani. Cum institutione tyronum simul puerorum et adolescentium magisterium conciliavit Petrus, qui etiam complura monasteria monialium in perfecta regularis disciplinae observantia aut instituit aut restauravit. Ardenti studio et alacri opere ita institutum Scholarum Piarum propagavit, ut eiusdem Confundatur cum Calasanctio meiuerit appellari. Ipsius Instituti strenuus propagator fuit Narniae, Savonae, Genuae, Romae, Neapoli, et primus Provincialis in Liguria. Postea, Visitator generalis in Germania, Polonia et Moravia, piares calvinianos et lutheranos convertisse et in Ecclesiae catholicae fidem et unitatem induxisse fertur. Nec praeterire licet, quod Dei Famulus Nicolaoburgi ad haeresim sacramentariorum ibi grassantem retundendam, devotionem et cultum in augustissimum Eucharistiae Sacramentum totis viribus fovere et augere sategit per solemnem et publicam in Festo Ssmi Corporis Christi supplicationem. Imperator Austriae et Rex Poloniae voluntate et opere Servi Dei salutiferae missioni benigne adstiterunt, domosque Instituti in respectivis eorum dominiis apertas specialibus gratiis ac privilegiis honestarunt. Anno 1641, Superiorum praecepto obtemperans, licet septuagenarii et a recenti morbo convalescens, iter trium mensium aggressus a Polonia Romam rediit ut Capitulo generali Ordinis interesset, adiutor et consiliarius sancti Fundatoris. Absoluto Capitulo, mansit in Urbe et sacerdotale ministerium confessionis et praedicationis salubriter peregit. Illius exhortationibus adhaerens Camilla Orsini, Brachiani ducis filia, Marci Antonii Burghesii vidua, omnibus mundi oblectamentis valedixit et in asceterium religiosum se recepit. Postremis vitae annis Dei Famulus particeps passionis fuit in gravissima illa insectatione, quae adversus sanctum Calasanctium eiusque Congregationem exorta fuit, et cum illo etiam in custodiam coniectus. In quibus angustiis versatus, humilitatis, obedien-

tiae ac fiduciae sensus in eminentissimum Deum et in beatissimam Virginem Mariam constanter ostendit. Cardinalis Cesarmi suae Congregationis patroni interventu, e carcere dimissus, novis Ordinis praepositis, quibus, ab auctoritate ecclesiastica, Scholarum Piarum regimen precario commissum fuerat, vir religiosus se totum exemplari virtute subiecit. Deo sicMisponente, Petrus Casani pacem Ordini restitutam non vidit, sed meliorem et perennem in Domino quietem invenit. Nam, anno 1647, aetatis suae septuagesimo septimo, labore, austeritate et morbo, quem patientissime tulit, confectus, Ecclesiae Sacramentis refectus ac roboratus, adstante et consolante dilectissimo Patre Calasanctio, die 13 octobris e terreno exilio ad caelestem patriam evolavit. Fidelium turmae, aestimationis et devotionis causa, ad solemne funus in ecclesia Sancti Pantaleonis celebratum confluxere, et per aliquot dies, etiam postquam Petri corpus ibidem tumulatum fuerat, piorum civium frequentia iterata et continuata est. Interim fama sanctitatis vitae et virtutum supernis charismatibus aucta, quam Dei Famulus in vita sibi adeptus fuerat, post obitum magis in dies clara et diffusa emicuit. Quare super ea tum Romae tum Lucae Processus informativi auctoritate Ordinaria constructi sunt. Quibus absolutis et sacrorum rituum Congregationi exhibitis, quum, iuxta ordinem iuris, omnia in promptu sint et nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, instante Rmo P. Francisco Tiboni, Causae postulatore una cum universa Congregatione clericorum regularium Pauperum Matris Dei, Scholarum Piarum, atque attentis Litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. C. Cardinalium, praeeunte Emo Domino Alfonso Card. Mistrangelo, Scholarum Piarum, Archiepiscopo Fiorentino, atque plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon Capitulorum ecclesiarum cathedralium, Ordinum seu Congregationum religiosarum aliorumque virorum ecclesiastica vel civili aut militari dignitate praestantium, Emus ac Rmus Dominus Cardinalis Victorius Amadeus Ranuzzi de Bianchi, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur ?*** Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Ponentis, audito R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus perpensis, rescribendum censuerunt: ***Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*** Die 21 martii 1922.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem sacrae rituum Congregationi Praefectum relatis

Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Petri Casani a Nativitate Beatae Mariae Virginis, sacerdotis professi e Congregatione clericorum regularium Pauperum Matris Dei, Scholarum Piarum, die 22 eisdem mense et anno.

£ß A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. G. Praefectus.

L. S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

NB. - Pag. 201 **in II pro eo quod est « cum *Gloria* et *Credo* », legendum : « sine *Gloria* et cum *Credo,* adhibito colore violaceo ».**

SACRA CONGREGATIO

PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

DECRETUM

NOMINATUR ADMINISTRATOR APOSTOLICUS PRO CIVITATE G-EDANENSI

Ex audientia SSmi, die 21 aprilis 1922

Sanctissimus Dominus Noster Pius, Divina Providentia Pp. XI, quo aptius consuleret animarum bono in territorio liberae Civitatis Gedanensis (vulgo ***Banzig),*** decrevit territorium illud, iuxta praesentes limites politicos definitum, a iurisdictione Episcoporum Culmae et Warmiae subtrahere et proprio Administratori Apostolicorum mittere. Munus autem administrandi praedictum territorium, Sanctitas Sua deferre dignata est ad nutum Sanctae Sedis Illmo ac Revmo Dño Eduardo O'Rourke, episcopo titulari Caneensi, ita ut is eadem potestate ibidem fruatur, quam obtinent Ordinarii in sua dioecesi. Contrariis quibuslibet minime obfuturis.

Datum Romae e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die, mense et anno ut supra.

F. Borgongini-Duca, ***Pro-Secretarius.***

ACTA OFFICIORUM

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA CIRCA CANONEM 139

I. An S. R. E. Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi sive residentiales, sive titulares, ad normam canonis 139 § 4, munus senatorum aut deputatorum sollicitare vel acceptare possint.

II. An Ordinarii locorum in concedenda licentia sacerdotibus, qui se candidatos ad deputatorum comitia sistere cupiunt, potius difficiles quam faciles se praebere debeant.

Resp.

Ad 1um. Negative et ad mentem. Mens est: Si vi constitutionis civitatis, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi sint de iure senatores, et Sancta Sedes aliquo modo id probaverit, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi possunt sine speciali licentia Sanctae Sedis huiusmodi munus explere, dummodo per Vicarium generalem aliove modo suis obligationibus satisfaciant. Jn quolibet autem alio casu Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi sive residentiales, sive titulares indigent venia Sanctae Sedis.

Ad 2um. Affirmative ad 1^{am} partem, negative ad 2^{am}.

Romae, 25 aprilis 1922.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

Aloisius Sincero, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì 3 maggio la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in udienza di formalità S. E. il Sig. Vaclav Pallier, Inviato straordinario e Ministro Plenipotenziario della Czeco-Slovachia per la presentazione delle lettere credenziali.

S. CONGREGAZIONE DET RITI

Martedì 2 maggio, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con F intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Maria Eufrasia Pelletier, Fondatrice della Congregazione delle Suore del Buon Pastore.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

2 maggio 1922. Monsig. Roberto Vicentini, Arcivescovo tit. di Elenopoli, Nunzio Apostolico in Colombia.

Con Breve Apostolico il Santo Padre Benedetto XV di fel. mem. si era degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio :

15 gennaio 1922. Monsig. Giovanni Battista De Guébriant, Arcivescovo titolare di Marcianopoli.

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

12 aprile 1922. Monsig. Domenico Bianconi, Vescovo di Ferentino.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium :

24 marzo 1922. Monsig. Giacomo P. Brady, della diocesi di S. Giuseppe.
27 » » Monsig. Leone Périvier, della diocesi di Poitiers.
30 » » Monsig. Alessandro Stuart, dèll'archidiocesi di S. Andrea ed Edimburgo.
8 aprile - » Monsig. Gaetano Grazia, dèll'archidiocesi di Bologna.
11 » » Monsig. Martino Long, della diocesi di Bathurst.
28 » » Monsig. Giovanni Maria Garosi, della diocesi di Chiusi e Pienza.

Prelati Domestici di S. S.:

4 marzo Í922. Monsig. Riccardo Giuseppe Haberlin, dell'archidiocesi di Boston.
» » » Monsig. Riccardo Neagle, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Arturo Connolly, della medesima archidiocesi.
» % » Monsig. Giuseppe Me. Glinchey, della medesima archidioc.
20 » » Monsig. Dionigi Casaroli, dèll'archidiocesi di Bologna.
23 » » Monsig. Giovanni Limmer, della diocesi di Duluth.
27 » » Monsig. Pietro Ciriaci, di Roma.
» » » Monsig. Enrico A. 0'Kelly, della diocesi di Peoria.
31 » » Monsig. Giovanni Madonna, dèll'archidiocesi di Chieti.
3 aprile » Monsig. Vincenzo Santoni, della diocesi di Albano.
5 » » Monsig. Loreto Forti, della diocesi di Rieti.
10 » » Monsig. Francesco Norbegni, della diocesi di San Sepolcro.
» » » Monsig. Giuseppe Merra, della diocesi di Andria.
11 » » Monsig. Giovanni Brophy, della diocesi di Bathurst.
» » » Monsig. Giacomo Coffey, della medesima diocesi.
27 » » Monsig. Giuseppe Marcozzi, della diocesi di Ascoli Piceno.
» » >> Monsig. Francesco Onori, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Domenico Maggio, della diocesi di Vicenza.
29 » » Monsig. Domenico Giorgi, dèll'archidiocesi di Bagdad.
» » » Monsig. Giorgio Stèti, del Patriarcato Siro di Antiochia.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Placca dell'Ordine Piano:

26 marzo 1922. Al sig. comm. Pietro Mencacci, Esente della Guardia Nobile Pontificia.
. » » » Al sig. marchese Girolamo Sacripante, Tenente della Guardia Nobile Pontificia.

La Commenda dell' Ordine Piano :

8 aprile 1922. Al sig. comm. Francesco Saverio Seganti, Maestro di Casa dei SS. PP. AA.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

26 ***marzo*** ***1922.*** Al sig. nobile Ferdinando Lucernari, Guardia Nobile di Sua Santità.
» » » Al sig. conte Giovanni Battista Pecci, Guardia Nobile di Sua Santità.
» » » Al sig. conte Paolo Canale, Guardia Nobile di S. S.
» » » Al sig. conte Camillo Pietromarchi, Guardia Nobile di S. S.
» » » Al sig. nobile Fabio Petrucci, Guardia Nobile di S. S.
» » » Al sig. conte Federico Moroni, Guardia Nobile di S. S.
10 ***aprile*** » Al sig. marchese Manfredo Fioravanti, Guardia Nobile di Sua Santità.

La Commenda con Placca dell Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 ***aprile*** ***1922.*** Al sig. Enrico Antonio Adolfo Cloppenburg, della diocesi di Harlem.
8 » » Al sig. comm. Federico Mannucci, Sotto-Foriere dei Sacri Palazzi Apostolici.
» » » Al sig. comm. Pietro Costa, Reggente della Floreria Apostolica.
10 » » Al sig. dott. Cristiano Jordan, già Primo Segretario nella Ambasciata di Germania presso la Santa Sede.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

8 ***aprile*** ***1922.*** Al sig. comm. Costantino Sneider, Architetto dei Sacri Palazzi Apostolici.
20 » » Al sig. Armando Marne, dell'archidiocesi di Tours.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

30 ***marzo*** ***1922.*** Al sig. dott. Augusto Ougier, della diocesi di Nizza.
7 ***aprile*** » Al sig. Giuseppe Romero Lerroux y Juseu, marchese di Cárdenas de Montehermoso y de Casa-Peñalver, della diocesi di Madrid.
21 » » Al sig. avv. Luigi Agenore Celati, di Roma.
25 » » Al sig. Giuseppe Lorenzo Murray, della diocesi di Pembroke.
» » » Al sig. avv. Giorgio Enrico Boivin, della diocesi di Saint-Hyacinthe.
27 » » Al sig. avv. Vincenzo Angelini de Miccolis, della diocesi di Conversano.
30 » » Al sig. dott. Mariano Tacchi-Venturi, di Roma.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

26 ***marzo*** ***1922.*** Al sig. Lelio dei principi Orsini, Cadetto della Guardia Nobile di S. S.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 marzo 1922. Al sig. Prospero Rigot, della diocesi di Lilia.
31 ». » Al sig. maestro Edoardo Dagnino, di Roma;
5 aprile » AI sig. Alberto Jacquot, dèll'archidiocesi di Cambrai.
9 » » Al sig. Pio Manzia, Primo Commesso nell'Ufficio del Maestro di Casa dei SS. PP. AA.
» » » Al sig. ing. Fabio Massimo De Rossi, Aggiunto Assistente nell'Ufficio del Foriere Maggiore dei SS. PP. AA.
Il '» » Al sig. Teodoro Warnecke, Redattore Capo del ***Westfälischer Mercur.***
» » » Al sig. Riccardo Weglau, Direttore della Tipografia "Westfalica.
20 » » Al sig. Enrico Couturier, della diocesi di Poitiers.
22 » » Al sig. Leone Giacomo Hunziger, della diocesi di Quimper.
24 » * » Al sig. cav. Filippo Sneider, di Roma.
28 » » Al sig. Guglielmo Reed-Lewis.
30 » ***»*** Al sig. Leonzio Maria Francesco Enrico Rimbaud, della diocesi di Fréjus.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

21 aprile 1922. Al sig. Pio Morra, Tenente di seconda classe della Gendarmeria Pontificia.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

10 aprile 1922. Al sig. Costantinesco Barbo, già Primo Segretario nella Legazione di Romania presso la Santa Sede.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

7 aprile 1922. Al sig. Alceste Chiatti, di Roma.
9 » » Al sig. avv. prof. Pietro Baìdoncini, Segretario del Maggiordomato e della Prefettura dei SS. PP. AA.
19 » » Al sig. Camillo Viviani, di Roma.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

6 aprile 1922. Al sig. barone Alessandro Monti, della diocesi di Brescia.
19 » » Al sig. Alfredo Mottironi, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. K. Kràa Monsignor Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

14 febbraio 1922. Monsig. Giuseppe Candidori (Roma).
18 » » Monsig. Zollano Meszléwyi, dèll'archidiocesi di Strigonia.

3	*marzo,*	*1922.*	Monsig. Alfredo Vitali (Roma).
7	»	»	Monsig. Oreste Di Magno, della diocesi di Anagni.
9	»	»	Monsig. Luigi Cossio (Roma).
»	»	»	Monsig. Giuseppe Grivetti (Roma).
»	».	»	Monsig. Guido Poletti (Roma).
»	»	»	Monsig. Vincenzo Postacchini (Roma).
»	»	»	Monsig. Giovanni Battista Imperiali,, della diocesi di Sabina.
11	»	»	Monsig. Enrico Caiazzo (Roma).
16	. ».	»	Monsig. Carlo Hodinàr, dell'archidiocesi di Praga.
»	»	»	Monsig. Venceslao Lerch, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Asti, dell'archidiocesi di Milano.
»	» ...	»	Monsig. Cesare Gaffuri, della medesima archidiocesi.
18	»	»	Monsig. Giuseppe Samsour, della diocesi di Brünn.
31	»	»	Monsig. Alessandro Testi Rasponi, dell'archid. di Bologna.
10	*aprile*	».	Monsig. Bernardo Berckschäfer, della diocesi di Osnabrük.
»	»	»	Monsig. Ermanno Schéiermann, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Piagge, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Bernardo Dinkgrefe, della medesima diocesi.
»	»	-»	Monsig. Corrado Seling, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giovanni Mussa, dell'archidiocesi di Torino.
»	»	»	Monsig. Michele Marczell, dell'archidiocesi di Strigonia.
»	»	»	Monsig. Antonio Avosani, della diocesi di Cremona.
»	»	»	Monsig. Giovanni Carozzo, della diocesi di Chiavari.
»	»	»	Monsig. Francesco Rollino, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Cuneo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Luigi Concha, della diocesi di Bogotá (Colombia).
»	»	»	Monsig. Domenico Colasanti, della diocesi di Veroli.
11	»	»	Monsig. Rodolfo Bruckmayer, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Lican, dell'archidiocesi di Gorizia.
»	»	»	Monsig. Melchiorre Fermaglio, della diocesi di Padova.
»	»	»	Monsig. Pietro Codemo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Antonio Tommaseo, della medesima diocesi.
12	»	»	Monsig. Giuseppe Centanni, della diocesi di Osimo.
20	»	»	Monsig. Nicola Manna, dell'archid. di Acerenza e Matera.
»	»	»	Monsig. Alfio D'Agata (Roma).
»,	»	»	Monsig. Alfonso Gribaldi, dell'archidiocesi di Torino.
»	»	»	' Monsig. Nicola Margiotta, della diocesi di Cava e Sarno.
»	»	»	Monsig. Francesco Pazzini, della diocesi di Montefeltro.
»	»	»	Monsig. Filelfo Bezzi (Roma).
21	»	»	Monsig. Michele iacchini (Roma).
»	»	»	Monsig. Giuseppe Falzacappa (Roma).
»	»	»	Monsig. Vincenzo Santoro (Roma).
»	»	»	Monsig. Benedetto Renzoni (Roma).
»	»	»	Monsig. Pietro Giorgio, della diocesi di Isernia e Venafro.
»	»	»	Monsig. Dario Costantini, del Patriarcato di Venezia.
»	»	»	Monsig. Giovanni Pilati, del medesimo Patriarcato.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Kupka, della diocesi di Brünn.
»	»	»	Monsig. Giovanni Sedlák, della medesima diocesi.
24	»	»	Monsig. Massimiliano de Berchem, dell'archidiocesi di Praga.
25	»	»	Monsig. Carlo Sentroul, della diocesi di Bruges.

26 aprile 1922....Monsig. Sebastiano Tartaglia, della diocesi di Malta.
» » » Monsig. Domenico Facchini (Roma).

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S.S.:

7 marzo 1922. Il sig. duca Casimiro Lubecki, della diocesi di Cracovia.
18 » » il sig. eonte Luigi Affre de Saint-Rome, dèll'archidiocesi di Parigi.
» » » 11 sig. barone Leone de Trétaigne, della diocesi di Soissons.
» » » Il sig. visconte Patrizio de Wall, della diocesi di Saint-Claude.
» » » 11 sig. Paolo Lambert, della diocesi di Lilla.
» » » Il sig. conte Enrico Turquel Bavard de la Boisserie, della diocesi di Beau va is.
» » » Il sig. conte Prospero Keller, deirarchidiocesi di Parigi.
» » » li sig. conte'Paolo Jonglez de Ligne, della diocesi, di Versailles.
» » » 11 sig. Adriano d'Esclaiber, della diocesi di Arras.
» » » Il sig. barone Camillo de Warenghien, della diocesi di Lilla.
» » » Il sig. conte Giorgio de Montgermont, dèll'archidiocesi di Bouen.
10 aprile » Il sig. Edgardo Nölting, della diocesi di Osnabrük.
» » » Il sig. libero barone Sigfrido de Hobe-Gelting, della medesima diocesi.
» » » Il sig. Carlo J. Munich, deirarchidiocesi di Westminster.
» » » Il sig. Antonio de Navarro, dèll'archidiocesi di Birmingham.
» » » 11 sig. cav. Salvatore Sferrazza Sciascia, della diocesi di Girgenti.
11 » » 11 sig. Massimiliano Tiefenbacher, della diocesi di Osnabrük.
20 » » Il sig. conte Carlo Olivieri di Vernier, dèll'archidiocesi di Torino.
» » » Il sig. Francesco Semer, dèll'archidiocesi di Berlino.
» » » 11 sig. Enrico Carrion y Vecin, della diocesi di Madrid - Alcalá.
.: / » » Il sig. baronetto comm. Stuart Coats, dèll'archidiocesi di Westminster (Londra).
» » » Il sig. conte comm. Tommaso Pate, della diocesi di Livorno.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

9 marzo 1922. Monsig. Tito Crespi, della diocesi di Ventimiglia.
» » » Monsig. Rocco Beltrami, della diocesi di Novara.
li » » Monsig. Augusto Fidecicchi (Roma).
» » » Monsig. Giuseppe Mancini (Roma).
» » » Monsig. Carmelo Parisi (Roma).
18 » » Monsig. Antonio Carestia, della diocesi di Ascoli-Piceno.
» » » Monsig. Giovanni Di Benedetti, della medesima diocesi.
28 » » Monsig. Carmine Artaserse, della diocesi di Cotrone.
10 aprile » Monsig. Giulio Mancini (Roma).
» » » Monsig. Giovanni Antonelli (Roma).
» » » Monsig. Vincenzo Botto, della diocesi di Chiavari.
» » » Monsig. Alessandro Castagnino, della medesima diocesi.

10 aprile 1922. Monsig. Emilio Valenzuela Balen, della diocesi di Bogotá (Colombia).
» » » Monsig. Andrea Restrepo Saens, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pio Carboni, della diocesi di Veroli.
» » » Monsig. Giacomo Marroni, della medesima diocesi.
11 » » Monsig. Gabriele Migliorini, della diocesi di Vicenza.
» » » Monsig. Ottavio Ronconi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alfonso Gutiérrez, dell'archidiocesi di Angelopoli.
» » » Monsig. Giovanni Battista Bonato, della diocesi di Padova.
» » » Monsig. Tebaldo Celati, della diocesi di Massa Marittima.
20 » » Monsig. Antonino Prato, della diocesi di Piazza Armerina.
» » » Monsig. Agostino Schiessler, della diocesi di S. Ippolito.
» » » Monsig. Federico Gambucci, della diocesi di Gubbio.
21 » » Monsig. Giovanni Prosswitz, della diocesi di Brünn.
» » » Monsig. Giuseppe Dvorak, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Bulla, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Kelbl, della medesima diocesi,
» » » Monsig. Giuseppe Svoboda, della medesima diocesi.
26 » » Monsig. Arturo Quattrucci (Roma).

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

10 aprile 1922. Il sig. Alfonso Renna Iannini, della diocesi di Veroli.
12 » » Il sig. Giovanni Del Bo, dell'archidiocesi di Milano.
20 » » Il sig. Massimo Gerard (Teneriffa nelle Canarie).
26 » » Il sig. Francesco Ferrata (Roma).

Cappellani d'onore extra Urbem ***di S. S:***

10 aprile 1922. Monsig. Giovanni Croce, della diocesi di Chiavari.
» » » Monsig. Ambrogio Grosso, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ilario PejranÒ, della medesima diocesi.
25 » » Monsig. Giovanni Amschl, della diocesi di Secco via.

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

12 aprile 1922. Monsig. Enrico Nigrini.
20 » » Monsig. Raffaele Pisapia, della diocesi di Cava e Sarno.

Cappellano Comune Sopranumerario:

20 aprile 1922. Monsig. Gerardo Gerardi.

Bussolante Pontificio Sopranumerario :

12 aprile 1922. Il sig. cav. Ernesto Coletti.

NECROLOGIO

2 aprile 1922. Monsig. Giuliano Vidal, Vescovo tit. di Abido, Vicario Apostolico delle Isole Fidgi.

Annus XIV - Yol. XIY 8 Iunii 1922 Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

DE PIO OPERE A PROPAGATIONE FIDEI AMPLIFICANDO

PIUS PP. XI

Romanorum Pontificum in hoc maxime versari curas planum est oportere, ut sempiternam animarum salutem, Iesu Christi regno per orbem terrarum dilatando, quaerant, quandoquidem divinus Ecclesiae Conditor apostolis suis sic mandavit : *Euntes docete omnes gentes;* [1] *Praedicate Evangelium omni creaturae.* [2] Id Petrus, id successores eius nunquam praetermiserunt : eamque ipsam ob causam, quo tempore experientiam virorum industria et labor, maria pervestigando, ignotas regiones invenerat, atque ad novos populos aditum hominibus apostolicis patefeoerat, decessor Noster illustris Gregorius XV, sapienter existimans, ut eius Acta loquuntur, « praecipuum pastoralis officii ((caput esse propagationem Fidei Christianae », sacram Congregationem Propagandae Fidei instituit, quo quidem immensum plane opus apostolatus apud infideles melius promoveretur. Huius enim Congregationis est cum missionarios in omnes partes dimittere eosque pro locorum rationibus

[1] MATTH., XXVIII, 19.

[2] MARC, XVI, 15.

disponere, tum personis institutisque et consilio et re praesto esse, omnia denique praestare, quaecumque, ad subveniendum Missionum necessitatibus, studium apostolatus ac multiplex Christi caritas suaserit. Quod vero proprie attinet ad rerum externarum subsidia, quae ad Missionum catholicarum bonum quamquam potissima non sunt, magnum tamen momentum habent, ea olim decessores Nostri largiter ipsi praebuerunt. Accedebat, ut principes christiani, opinione quoque adducti scilicet non exiguarum omnis generis utilitatum, quas suis regnis nationibusque obventuras sperabant, magnis easdem Missiones liberalitatibus adiuvarent. Nunc autem alia prorsus condicione ac fortuna haec Apostolica Sedes utitur, ut constat ; neque ei iam ad Ecclesiae sanctae fines proferendos multum; licet rerum publicarum largitate confidere.

Ceteroqui numquam fortasse alias tantus exstitit in populo christiano animorum motus ad provehendas Missiones, quantus nuper excitatum est, ex quo decessor Noster desideratissimus, Benedictus XV, Litteras Encyclicas *Maximum illud* ad orbem catholicum ea de causa dedit. Nimirum optimo diligentissimoque Pontifici tam acerba laborum ac dolorum perpesso, dumi diuturnum bellum mansit, ac deinde pace Europae suadenda propemodum defatigato, Dei benignitate hoc est oblatum solacii, ut in Africa, an Asia, in America certis argumentis prospiceret Evangelicae praedicationis successus multo felieiores, quam antea, mox futuros.

Nos vero quos eadem tenet atque alit exspectatio, Nostrum intelligimus esse rei nulla deesse ope, ob eamque causam curare perdiligenter, ut et quae ille sapientissime praescripsit, religiose serventur, et quibus Missionarii nostri subsidiis indigent ad melius elaborandum, ea illis abunde suppetant. Subsidia quidem, quae externis in bonis consistunt, solent religiosorum! familiae, pro suis quaeque Missionibus, ex populo christiano conquirere : populus au-

tenvvel fidei amore caritatisque studio motus vel alio etiam honestissimo sensu, dat non invitus, atque in nonnullis nationibus affluenter. Verum neque haec stipes eorrogandi ratio accommodata est singularum Missionum necessitatibus, neque per eam licet aequabiliter atque ordine universas administrare Missiones maiore cum earum emolumento ac stabilitate.

Quaecumque igitur inventa sunt genera particularibus Missionibus opitulandi, Nos, aequo ac decessores Nostri, comprobantes, habemus in animo catholicarum Missionum universitati, certa ratione et via, ex catholici orbis collatione, consulere, ita quidem ut et corrogatae apud omines nationes ab omnibus, quotquot sunt, Ecclesiae filiis vel minutae stipes in unum acervum, universe Missionibus tuendis destinatum, colligantur, et haec pecunia omnis, potestati quidem arbitrioque comfmissa Nostro dumtaxat et Sacrae Congregationis Christiano nomini propagando, per delectos a Nobismetipsis viros, in omnes distribuatur Missiones, pro uniuscuiusque necessitate.

Iam vero cogitantibus Nobis quo pacto id propositum efiiciamus, feliciter occurrit praeclarum illud Lugdunense Opus *a Propagatione Fidei* nuncupatum, quod abhinc ipsis centum annis homines aliquot pietatis caritatisque laude spectatissimi condiderunt. Nemo est qui singularia promerita instituti huius ignoret; quod quidem inter Galliae catholicae recentiora ornamenta et decora numerari debet ; hoc enim societatis vinculo colligati, mirabile est quam multi ex omni ora ac parte terrarum Missiones catholicas adhuc suo et stipis auxilio et piae precationis suffragio iuvare consueverint. Quapropter magnis pontificalis indulgentiae muneribus ac privilegiis Opus, de quo loquimur, cumularunt decessores Nostri, praecipueque Gregorius XVI Apostolicis Litteris *Probe nostis* die xv augusti MDCCCXX, et Leo XIII Epistola Encyclica *Sancta Dei civitas* die III decembris MDCCCLXXX, omnibus Episcopis universoque fide-

lium gregi honorificentissimis verbis commiendarunt." Nobis autem hoc loco dilaudare libet utriusque Consilii, Lugdunensis et. Parisiensis, a quibus gubernatur, prudentiam maxime et aequitatem in adiuvandis non iis tantum Missionibus, quas nobilissima Gallorum gens, pro tradito a maioribus Fidei sanctae custodiendae ac promovendae studio, usquequaque constitutas habeat, verum etiam, quas ceterae gentes, Iesu Christi spiritu in certamen honestissimum instinctae, condiderunt.

Ob eam igitur, quam memoravimus, causam, potius quam aliquid novi inveniamus, faciendum videtur, ut ipsum Opus *Propagationis Fidei,* sede eius in hanc almam Urbem, totius Ecclesiae caput, translata, aptius a Nobis reddatur ad mutata tempora, Nostraque ornatum auctoritate, Pontificale fiat instrumentum stipibus fidelium ad usum Missionum universarum colligendis. Idque Nos effecturi sumus eo libentius quia qui tum Lugduni tum Lutetiae Parisiorum huic Operi praesunt, datis ad Nos pientissimjs litteris professi sunt se, ut filios Ecclesiae observantissimos, magna amplexuros voluntate, quidquid posthac de re sibi suisque civibus carissima haec Sedes Apostolica decreverit. In quo quidem lectissimo viri se et catholica professione et Gallico nomine dignos praebuerunt, cum aperte ostenderint tanti apud se esse dare operam regno Iesu Christi in terris amplificando, ut ceteras res, vel quas recte meritoque diligunt, posthabere non dubitent. Nos vero huiusmodi animi habitum eumque non modo eorum proprium sed comimnmem catholicorum hominum ex Gallia, sic probamus ut *in /aciem Ecclesiarum* vehementer commendemus.

Itaque de Apostolicae potestatis plenitudine, Motu proprio ei corta scientia, haec statuimus et sancimus :

I. Pium Opus *a Propagatione Fidei,* in novam formam redactum, iam nunc Romiae esto apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide, ut ipsius Apostolicae Sedis sit instrumentum ad fidelium stipes undique cogendas

easque erogandas in usum omnium Missionum catholicarum.

II. Operi universo Consilium, praesidebit, a Nobis per eandem Sacram Congregationem electum ex Clero earum nationum, quae sollemne habeant certam pecuniae vim in Opus conferre.

III. Natio Gallica, utpote quae ipsum Opus, de quo agitur, pepererit, atque in traducendis ad fidem barbaris utilissime semper laboraverit, Generalis Consilii praecipuo quodam iure particeps esto.

IV. Pium Opus itemque Generale Operis Consilium quem ad modum dirigi oporteat, gemina lege, his adiuncta Litteris, statutum est.

V. Consilia uniuscuiusque Nationis centralia, quae dicuntur, ad has Nostras leges, de sententia Generalis Consilii, sua ipsorum statuta exigant. Quod sicubi huiusmodi Consilia desiderentur, ea quam primum Episcopi instituenda curabunt. Ubi autem res iam simili instituto adsit, quamquam alio nomine, eorumdem erit efficere ut, omni sublato discrimine, ad hoc Opus redigatur, vehementer enim in hoc genere ad fructum interest, ubique, quantum locorum varietas patitur, teneri aequabilitatem.

Nos equidem, patrocinio freti Mariae Virginis Immaculatae, atque Apostolorum Principum Petri et Pauli, illius quoque magni Fidei Catholicae propagatoris, Francisci Xaverii, huius sodalitatis patroni caelestis, ex divina benignitate iam fore confidimus, ut quod decessori Nostro optatissimum fuit[1] hoc ipsum Opus *a Propagatione Fidei,* itemque alia duo *a Sancta Infantia* et *a Sa,ncto Petro Apostolo* ad Cleri indigenae institutionem, quae Opera haec Apostolica Sedes agnoscit sua, laetabile iam capiant incrementum. Pro certo autem habemus Episcopos ceterosque sacrorum Antistites in hac causa omnem operam studiumque, apud suam quemque Ecclesiam, Nobis navaturos, adhibita in

[1] BENEDICTUS XV, in litt. encycl. *Maximum illud.*

primis *Consociatione Cleri Missionaria,* quae dicitur : quam Consociationem, mirifice sane opportunam, Nobisque non minus ac decessori Nostro probatam, si quidem apud se desit, condere m¡aturabunt.

Quaecumque vero his Litteris statuta a Nobis sunt, ea omnia firma et rata esse iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die III mensis maii, in festo inventionis S. Crucis, MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

PII OPERIS A PROPAGATIONE FIDEI STATUTA GENERALIA

I. Pium Opus a Fidei Propagatione, quod inter alia in commodum Missionum instituta primum locum obtinet, unum ac vere catholicum est: consociatio scilicet omnium ex omni gente fidelium non solum ad orbis terrae evangelizationem coniunctis ad Deum precibus adiuvandam, sed etiam ad labores missionariorum stipe collata sustinendos, atque ad pecuniam a fidelibus oblatam Missionibus distribuendam.

II. Idem Pium Opus Lugduni in Gallia anno Domini 1822 constitutum est: deinceps saepius a Romanis Pontificibus privilegiis ac donis spiritualibus cumulatum, denique a Summo Pontifice Pio divina Providentia Pp. XI Motuproprio die 3 maii 1922 edito ad dignitatem instrumenti Apostolicae Sedis evectum.

III. Quare Pium Opus proxime nititur auctoritate Sanctae Sedis unde suam vim roburque mutuatur; domicilium autem praecipuum Romae habet in aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, a qua, licet seiunctum, tamen pendet.

IV. Sodales Operis adscribuntur christifideles ubique terrarum degentes, qui duodecim saltem sint annorum atque in singulas hebdomadas vel vicesimam libellae partem (vulgo unum solidum), vel libellae quartam in singulos menses, vel libellas duas et sexaginta centesimas partes quotannis conferant: iidem praeterea quotidie semel ***Pater*** et ***Ave*** recitare debent, addita invocatione: ***Sancte Francisce Xaveri, ora pro*** *nobis.* Ii vero qui semel ducentas libellas solvunt, sodales in perpetuum adscribuntur.

V. Pii Operis sodales in decurias vel centurias vel chiliarchias vel aliter pro locorum rerumque adiunctis distribuuntur.

VI. Pium Opus non tantum pecuniam a sodalibus oblatam, sed etiam ab aliis quibuslibet sponte allatam: stipendia quoque pro Missis celebrandis: atque etiam bona immobilia, resque pretiosas cuiusvis generis in commodum Missionum libentissime recipiet.

VII. Pii Operis administratio suprema est penes Consilium Superius Generale Romae consistens apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide. Eidem praeest Secretarius pro tempore Sacrae Congregationis de Propaganda Fide qui ad id munus a Summo Pontifice expresse nominatur. Consilium vero iuxta statutas leges agit ac regitur.

VIII. In singulis nationibus, in quibus Pium Opus viget, constituentur Nationalia Consilia quae Consilio Superiori Generali consistenti in Urbe subiecta erunt. Eorum Praesides a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, consideratis Episcoporum votis, eligentur.

IX. Consilium Superius Generale curabit:

1) ut apud omnes nationes, Episcopis adiuvantibus, Pium Opus rite instituatur, atque incrementum capiat, praesertim Consiliis Nationalibus institutis;

2) ut una eademque ratio servetur in subsidiis inter Missiones distribuendis;

3) ut congruenter naturae Pii Operis nova incepta pro regionibus diversa in unum componantur;

4) ut examini subiiciantur atque rata habeantur statuta, item rationum libri qui a Consiliis singularum nationum sibi oblati erunt;

5) ut pecunia a fidelibus oblata Missionibus aequabiliter distribuatur iuxta regulas a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad id statutas.

X. Pecunia collecta quotannis mense martio a Consilio Superiore Generali Missionibus distribuitur. Eidem Consilio Superiori Generali licet ad arbitrium Praesidis alias largitiones extra id tempus erogare.

XI. Omnes Missiones, nulla excepta, hac pecunia iuvantur, quae quidem, necessitatum ratione habita, omnibus aequabiliter distribuitur. De acceptis atque distributis stipibus quotannis in commentario Pii Operis referatur.

XII. Missionum necessitates Consilio Superiori Generali patefiunt cum ex certa notitia Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, tum ex responsionibus ad peculiare quaestionarium a Missionariis datis.

XIII. Consilia vero in singulis constituta nationibus curam habent:

1) ut Pium Opus in omnibus regionis dioecesibus rite condatur conditumque promoveatur;

2) ut Pii Operis natura atque proposita opportune evulgentur, praesertim libris vel foliis editis, singulorum populorum indoli congruentibus, inter quae Annales de Propagatione Fidei vernacula lingua confecti praecipui habendi sunt;

3) ut pecunia collecta in singulis dioecesibus recte administretur atque ad Consilium Superius Generale tuto mittatur.

XIV. In singulis autem dioecesibus Pii Operis Moderatores ab Episcopis eliguntur ob eam causam ut apud omnes paroecias, parochis instantibus, eiusdem Pii Operis incrementum curent, pecuniam a fidelibus oblatam colligant, eamque ad Consilium Nationale mittant.

XV. Pio Operi in singulis nationibus promovendo valde confert Consociatio Cleri Missionaria, quae eo spectat ut animos sacerdotum ad Pium Opus atque ad cetera huiusmodi opera promovenda excitet.

XVI. Congruenter fini ad quem Pium Opus est institutum, tum Consilium Superius Generale, tum Consilia Nationalia, tum etiam Moderatores dioecesani sedulo curabunt ut in adscriptorum animis per conciones supplicationesque sollemnes fides viva, pietas sincera, zelus animarum vigeant, unde Pio Operi divina munera ad uberes eius fructus concilientur.

STATUTA PRO CONSILIO SUPERIORE GENERALI PII OPERIS A PROPAGATIONE FIDEI.

I. Consilium Superius Generale Pii Operis a Propagatione Fidei Romae sedem habet apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide cui proxime subiicitur.

II. Idem constat Praeside, Vicepraeside, Secretario Generali aliisque membris tum ecclesiasticis tum laicis. Ii sunt:

1) Praesides Consiliorum quae in singulis nationibus constituta sunt;

2) nonnulli viri ecclesiastici Romae commorantes qui nationum ad Pium Opus plurimum conferentium singularum singuli personam gerent;

3) aliquot alii vel sacerdotes vel laici qui ob peculiarem rerum peritiam Pio Operi valde profuturi videantur.

III. Praeses Consilii Superioris Generalis est Secretarius pro tempore Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, qui tamen ad hoc munus Praesidis Pontificia auctoritate nominatur.

IV. Gallorum genti, apud quos Pium Opus ortum habuit quorumque praeclara merita in operibus missionalibus promovendis eminent, honos tribuitur duas sedes tenendi in Consilio Superiore Generali.

V. Ob easdem causas unus ex Gallicis Consilii membris fungetur munere Vicepraesidis Consilii Superioris Generalis.

VI. Sacra Congregatio dé Propaganda Fide, Praeside excepto, Consilii membra, non neglectis Episcoporum optatis, ad. quinquennium instituit.

VII. Si quem ex Consiliariis inter Purpuratos Patres cooptari aut episcopali dignitate honestari contingat, is hoc ipso a Consiliarii munere cessat.

VIII. Consilii Superioris Generalis duo praecipue sunt : Pium Opus administrare atque pecuniam a fidelibus oblatam Missionibus rite distribuere.

IX., Ad prius quod attinet, Consilio Superiori Generali cum Consiliis singularum nationum concordissima ratio intercedit:

1) ut apud omnes nationes, Episcopis opem conferentibus, Pium Opus instituatur atque incrementum capiat;

2) ut una administrandi ratio servetur in Missionibus subsidiis adiuvandis;

3) ut congruenter naturae Pii Operis nova incepta pro regionibus diversa in unum componantur.

4) Praeterea Consilii Superioris Generalis est examini subiicere atque rata habere Consiliorum singularum nationum statuta: itidem rationum libros una cum pecunia quotannis sibi oblatos approbare.

X. Ad subsidia Missionibus rite distribuenda Consilio Superiori Generali curae est:

1) pecuniam in unum collectam in fundis tutis ac frugiferis collocare ;

2) eandem pecuniam resve alias forte oblatas Missionibus aequabiliter distribuere secundum regulas a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad id statutas, in eum finem dumtaxat ut Christi regnum ubique gentium dilatetur.

XI. Praeses Pium Opus regit de pleno consensu Emi Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis de Propaganda Fide; praeest sessionibus Consilii Superioris Generalis eiusque deliberationes et decisiones gubernat.

XII. Vicepraeses, Praeside absente, eiusdem partes implet; praeterea Praesidi in communicationem laboris suas vires confert quasi proximus ac studiosissimus administer.

XIII. Consilium Superius Generale quod maiori parti placuerit, decernit. Decreta vero quae de rebus maioribus fieri contingat, subiiciuntur Sacrae Congregationi de Propaganda Fide ut eidem probentur.

XIV. Secretarius Generalis nominatur a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, proponente Consilio Superiore Generali. Ei maxime incumbit Pii Operis procuratio; idem in coetibus Consilii Superioris Generalis suffragium consultivum habet; munere fungitur ad nutum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide; honorarium accipit.

XV. Secretarius officialibus inferioribus proxime praeest; praeparat negotia in coetibus Consilii Superioris Generalis agenda; Consilii Superioris Generalis mandata exsequitur; litteras mittit accipitque, aliaque huiusmodi munera explet.

XVI. Secretario autem subsunt Vicesecretarius, Arcarius aliique officiales stipendio conducti, quos Consilium Superius Generale, prout res postulat, nominat.

. XVII. Vicesecretarius Secretario in omnibus adsistit, eiusque absentis vices gerit, itemque sessionibus Consilii Superioris Generalis, ubi opus sit, interest. Is a Consilio Superiore Generali nominatur, proponente Secretario.

XVIII. Thesauri Custos aream Pii Operis diligentissime custodit: praeterea quotannis accepti et expensi rationem, a duobus Censoribus ad id a Consilio Superiore Generali deputatis excussam atque probatam, Consilio subiicit.

XIX. Arcarius pecuniam ab adscriptis datam vel ab aliis oblatam recipit; sub nutu autem thesauri Custodis diligenter administrat.

XX. Consilium Superius Generale semel in mense fere convenit; extra ordinem vero, prout res postulet. Penes Praesidem ius est et officium idem convocandi.

XXI. Conveniunt omnia Consilii membra Romae commorantia; eaque suffragii deliberativi ius habent.

XXII. Pecunia a christifidelibus oblata, quotannis mense martio distribuitur a Consilio Superiore Generali.

XXIII. Omnes vero Consiliarii extra Romam degentes, mature advocantur ad coetum a Consilio Superiore Generali mense martio habendum.

XXIV. Tribus vel quatuor ex Consilii membris committitur ut, antequam Consilium Superius Generale ad pecuniam distribuendam conveniat, distribuendi rationem praeparent eamque Consilio proponant.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI ALOISII DE MARANHÂO ET SANCTI IOSEPHI GRAJAHUENSIS

ERECTIONIS PRAELATURAE NULLIUS ET PROVINCIAE ECCLESIASTICAE

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Rationi congruit et convenit honestati, ut ea, quae de Romani Pontificis gratia processerunt, licet, eius superveniente obitu, Litterae Apostolicae desuper expeditae non fuerint, suum tamen sortiantur effectus.

Cum itaque cathedralis Ecclesia Sancti Aloisii de Maranhâo, quae civilem statum eodem nomine ex integro complectitur, tum extensione territorii, tum fidelium numero adeo ampla esset ut ab uno Antistite congrue gubernari nequisset, eiusdem dioecesis Ordinarius, rem ipsam matura deliberatione perpendens, collatis cum Apostolico Nuntio et cum Metropolitano Belemensi consiliis, mediisque necessariis pro viribus comparatis, laudabiliter sapienterque a fel. rec Benedicto Papa decimo quinto, Praedecessore Nostro, petiit ut intra suae dioecesis fines praelatura ***nullius*** erigeretur.

Eodem tempore Ordinarius Belemensis petiit quoque tit Ecclesia Sancti Aloisii de Maranhâo, cuius conditiones in dies meliores evadunt, ad Ecclesiae metropolitanae gradum et dignitatem extolleretur.

Quibus precibus idem Praedecessor Noster annuens, de consilio S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, suppleto, quatenus opus esset, quorum interesse praesumeretur consensu, facultate quoque utens in Apostolicis sub plumbo Litteris - die vigesima septima mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimi nonagesimi secundi datis - Apostolicae Sedi reservata, die secunda mensis decembris elapsi anni millesimi nongentesimi vigesimi primi a

dioecesi Sancti Aloisii de Maranhâo has quae sequuntur paroecias seiunxit: ***Sancta Cruz da Borra do Gorda, San Pedro de Alcantara de Carolina, N. Senhor do Bomfim de Grajahu, S. Thereza de Imperatriz e Porto Franco, S. Francisco Xavier de Turyassu,*** in quibus finibus erexit ac instituit praelaturam ***nullius Sancti Iosephi Grajahuensis*** nuncupandam, donec haec in propriam ac distinctam dioecesim erigi posset.

Simulque decrevit ut eadem, ad omnes iuris effectus, esset proprie ac vere ***nullius*** dioecesis, usquedum de ea aliter disponere visum fuisset. Sedem eius praelaturae constituit in urbe vulgo ***Grajahú,*** cuius paroecialem ecclesiam, sub titulo et invocatione Sancti Iosephi, in ecclesiam praelatitiam erexit, cum omnibus iuribus ac privilegiis, quae ceteris civitatibus et ecclesiis episcopalibus earumque civibus in Brasiliana ditione competunt. In eadem ecclesia idem Praedecessor Noster instituit sedem ac dignitatem praelatitiam, ad instar episcopalis dignitatis, pro uno Praelato ***nullius*** dioecesis, qui ipsi ecclesiae ac praelaturae praeesset, cum iuribus, officiis, mensa, honoribus ac privilegiis, quibus Ecclesiarum Praesules in Brasiliis utuntur et gaudent, iis dumtaxat exceptis, quae, ex peculiari indulto vel ex iure, ad Episcopos tantum pertinent.

Ut autem Praelatus omnia munera sua explere posset quae Episcopi in suis dioecesibus, idem Praedecessor Noster statuit ut Praelatus ipse charactere ac dignitate episcopali esset insignitus, iubens propterea ut ipsi, una cum Praelatura, titulus episcopalis conferretur.

Quae autem in memoratis Litteris diei vigesimae septimae mensis aprilis anni millesimi octingentesimi nonagesimi secundi hac de re disponuntur, religiose servari pariter iussit, iuxta canones Codicis et Concilii Plenarii Americae Latinae.

Huius praelaturae dotationi, divini cultus expensis aliisque necessitatibus attribuit et assignavit oblationes, subsidia et donationes quascumque, quae titulo gratuito ad hoc conferrentur.

Insuper Praedecessor Noster S. Aloisii de Maranhâo Ecclesiam a iure metropolitico archiepiscopalis sedis Belemensis de Para absolvit et exemit, eamque ad gradum et dignitatem Ecclesiae metropolitanae evexit et extulit, cum omnibus ac singulis iuribus, privilegiis et praerogativis, quae sedibus archiepiscopalibus et metropolitanis Brasilianae regionis competunt.

Item huius Ecclesiae Capitulum ad metropolitani gradum evexit, ita ut exinde omnibus praeminentiis, honoribus, iuribus ac privilegiis, quibus cetera metropolitana Capitula in Brasiliis ordinarie gaudent et fruuntur, frueretur pariter et gauderet.

Huius Ecclesiae metropolitanae iurisdictionem extendit ad civiles Status de « Maranhâo » et « Piauhy ». Dioecesim igitur Piauhunensem et praelaturam ***nullius*** de Bono Iesu a iure metropolitico archidioecesis Belemensis de Para exemit ac subtraxit, easque una cum praelatura ***nullius*** Sancti Iosephi Grajahunensis nuper erecta in suffraganeas attribuit metropolitanae sedi Sancti Aloisii de Maranhâo. Quarum Ecclesiarum Praesules earumque clerum et populum igitur metropolitico iure metropolitanae sedis Sancti Aloisii de Maranhâo subiectos constituit et declaravit.

Nos autem, qui hisce diebus fel. rec. Benedicto Papae decimoquinto, e vivis inopinato ac perdolenter erepto, successimus, omnia quae supra memoravimus rata habuimus et confirmavimus, rataque per praesentes Litteras declaramus.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam si quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vei obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quomodolibet alio substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, memoratus Praedecessor Noster deputavit, et Nos etiam deputamus, venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum Sebastensem, hodiernum in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eidem propterea tribuentes necessariae et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere tamen eidem imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi intra sex menses a data praesentium Litterarum authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Mandamus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Nos obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini ergo has Litteras Nostras erectionis, exemptionis, evehectionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel contraire liceat. Si quis, vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die decima mensis februarii, Pontificatus Nostri anno primo.

•8 G. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. C. Consist. Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

Raphaël Virili, *Protonotarius Apost.*
Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apost.*

Loco v£ Plumbi.

Reg. in Canc. Ap., vol. XXV, n. 27.

il

GUAYANENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoties Romani Pontifices noverunt quasdam adesse regiones, ubi Episcopi, tum ob locorum distantiam, tum ob itinerum difficultatem, gregi suo praesto esse non possent prout oporteret, eisdem occurrere pro viribus semper studuerunt.

Cum itaque f. r. Benedicto Papae decimoquinto, Praedecessori Nostro, compertum esset in amplissima dioecesi Guayanensi plurimos

adesse Indos, quibus opitulandis Episcopi pares esse nequeunt, iis opportune consulere statuit; sed, rem ad exitum ducturus, e vivis inopinato cessit. Verum saeva mors consilium eius minime peremit, et Nos qui hisce diebus eidem Benedicto Papae decimoquinto successimus, statim illud perficiendum curavimus.

Quapropter, auditis hac in re interesse habentibus et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, per has praesentes Litteras Apostolicas, a praefata dioecesi Guayanensi partem territorii distrahimus, in eaque vicariatum apostolicum ***Caronensem*** nuncupandum erigimus ac instituimus. Eiusque fines erunt: ad septentrionem: clivus fluminis ***Orinoco,*** a Portu Sancti Felicis usque ad territorium foederale ***Delta Amacuro*** nuncupatum, dein iidem fines civiles huius territorii, quod ex integro continebitur in ipso apostolico vicariatu; ad orientem: iidem fines qui Rempublicam de Venezuela a Guayana Britannica separans; ad meridiem: Respublica Brasiliana usque ad originem fluminis ***Paragua*** in radicibus montium vulgo ***Sierra Paracaima;*** ad occidentem: flumen ***Paragua*** usque ad continentiam eius in flumen ***Garoni*** et postea ipsum flumen ***Oaroni*** usque ad Portum Sancti Felicis.

Quem vicariatum, ad tramitem iuris, auctoritati S. Congregationis de Propaganda Fide subiicimus, itemque decernimus ut, hoc non obstante, pars sit ecclesiasticae provinciae S Iacobi de Venezuela, illumque committimus benemerito Ordini Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum: reservato tamen iure Nobis et Apostolicae Sedi vicariatum ipsum in propriam ac distinctam dioecesim erigendi, quoties id in Domino expedire visum fuerit.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Philippum Cortesi, Archiepiscopum titularem Siracensem ac in Republica de Venezuela Nuntium Apostolicum, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses, fidem, authentica forma exaratam, peractae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibus-^libet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die quarta mensis martii, Pontificatus Nostri anno primo.

8« C. CARD. DE LAT, Episc. Sabinen. „ O. CARD. CAGIANO

S. Congreg. Consistorialis Secretarius. *S. B. E. Cancellarius.*

Iulius Cam pori, ***Protonotarius Apostolicus.***
Raphael Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco ***%k*** plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol XXV, n. 12.

EPISTOLAE

I

AD R. P. IOANNEM RAFFIN, SOCIETATIS MARIAE PRAEPOSITUM GENERALEM, SAECULO EXEUNTE AB APOSTOLICA EIUSDEM INSTITUTI APPROBATIONE.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Fausta profecto atque iucunda vobis erit dies **ix** huius mensis; exibit enim tum feliciter saeculum cum ad Societatem istam, cui tu praees diligenter, a decessore Nostro f. r. Pio VII eae Litterae missae sunt, ex quibus tanquam e superna virtute atque auspicio, institutum vestram tam laeta cepit optimorum fructuum incrementa. Nos igitur, quibus, pro Apostolico, officio, nihil magis curae esse debet quam salus animarum ac divini regni amplificatio, libentes admodum hac utimur occasione ut valde gratulemur quod et Deus vobis ubertatem suorum munerum concesserit, et fideliter sollertia vestra benignitati eius responderit. Ac certe non sine peculiari quadam Dei ope factum est ut in Societate ista clarissimi sane viri educarentur; quos inter, praeter Petrum Chanel, Australasiae Protomartyrem, Ioannem Claudium Colin Patrem vestrum legiferum et Blasium Marmoiton, sodalem adiutorem, recensere hic Nobis licet illos quoque venerabiles Dei famulos Marcellinum Champagnat et Iulianum Eymard, qui quidem, sua vice, religiosorum familias, in Ecclesiae sanctae utilitatem, opportune condiderunt. Quam praesens autem

hoc toto tempore Deus adfuerit, ex magno sodalium numero metiri licet atque ex gestarum rerum magnitudine; scimus enim quantopere desudarit industria vestra vel in recta institutione iuvenum vel in praedicatione divini verbi, eaque non modo apud cultas gentes sed etiam apud inhospitales Oceaniae insulas, ubi plurimas missiones constituistis, quae saepe ipso missionalium sanguine sacratae sunt. Haec omnia spem afferunt vos etiam in posterum adnisuros esse ut cotidie magis de re christiana civilique bene mereatis, animos sumentes ex hac eventus faustitate ut meliora quaeque pro Dei gloria, alacritate nova, aggrediamini. In hanc causam, cum praecipua in Virginem Matrem religio, a qua institutum vestrum nomen traxit, tum singularis pietas certe conferet qua quidem Apostolicam Sedem prosequi consuevistis. Nos interea, Nostrae erga vos benevolentiae testandae causa, perlibentes saecularia sollemnia, quasi praeeundo, participamus, quae proxime, uti audimus, in omnibus instituti vestri domibus sacrisque aedibus celebranda sunt. Quo autem recordationis huius splendorem augeamus et fructum, ex animo concedimus ut quicumque singulis Congregationis tuae domibus praesunt vel qui ab eisdem delegantur, ipsi nomine Nostro adstantibus benedicant, Plenariam eis admissorum veniam proponentes, usitatis videlicet conditionibus lucrandam.

Ac caelestium donorum auspex paternaeque caritatis Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, et universae religiosorum familiae quam moderaris, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, kalendis martiis **MCMXXII**, Pontificatus Nostro anno primo.

PIUS PP. XI

II

AD E.MUM P. D. GUSTAVUM FRIDERICUM TITULO SANCTI MARCI S. R. E. PRESB. CARD. PIFFL, ARCHIEPISCOPUM VIENNENSIUMI ADVERSUS MALAS EORUM ARTES QUI AVITAM FIDEM GENTIS LABEFACTARE CONTENDUNT.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Pastoralis vigilantiae tuae hoc etiam diligimus fructum, dioecesanum conventum eo indictum proposito, ut cleri populique tui consilia ac studia coniungas adversus malas eorum artes, qui istic, post bellum, specie sublevandae plebis, plebem ipsam adoriuntur in re omnium praestan-

tissima, id est catholica fide, quam multiplici fallacia labefactare in animis ac funditus delere conantur. Iamque, uti affertur, in urbibus èt in agris, in officinis et in scholis et fere ubique tam late patent ruinae, ut remedia differre nefas omnino sit. Hoc ne igitur infelici Austriae, tot oppressae calamitatibus, supererai, ut nec avitae eiusdem religioni parceretur? Sollicitat id Nos quoque vehementer, eosque hortamur qui conventui intererunt, ut iungant sententias et operam et animose decertent. Agitur enim de illo ***uno*** ac ***necessario,*** quo amisso, nihil est quod possit prodesse; et quanto est gravius damnum ac praesentius periculum tanto est decertandum studiosius.

Auspicem divinorum adiumentorum ac felicis laborum exitus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili. Noster, et iis omnibus qui conventui aderunt vel eidem parando ac celebrando adlaboraverint, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVUI aprilis MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XT

III

AD R. P. AUGUSTINUM GEMELLI, O. F. M., UNIVERSITATIS STUDIORUM MEDIOLANENSIS A SS.MO CORDE'IESU RECTOREM MAGNIFICUM: DE EADEM FELICITER INSTITUTA GRATULATIONES ET VOTA.

Diletto figlio Nostro, salute e apostolica benedizione. — Con vivo compiacimento abbiamo ricevuto il volume nel quale trovansi raccolti i documenti riguardanti la fondazione dell'Università Cattolica del Sacro Cuore e la sua attuale organizzazione; e dagli stessi documenti abbiamo potuto trarre una ben gradita conferma di ciò che a Noi era già personalmente noto, cioè del notevole progresso che in sì breve lasso di tempo si è fatto nel giovane Ateneo, tanto nei riguardi della sua organizzazione materiale, quanto nell'ordine intellettuale e scientifico. Nè meno accetto al Nostro cuore è riuscito il nobile indirizzo che accompagnava l'offerta del volume, e nel quale i promotori, gli insegnanti e gli alunni protestavano la loro filiale devozione a questa Cattedra di verità, e confermavano i loro propositi di attendere con tutte le forze ad un assiduo lavoro, disposti anche a sempre nuovi

sacrifizi per rendere l'Università capace di svolgere il suo nobilissimo programma e la sua importante e delicata missione. Senza dubbio, come abbiamo visto espresso nel medesimo indirizzo, dalla Università Cattolica del Sacro Cuore non poco si attende la Chiesa, molto sperano coloro che congiungono l'ardore delia fede al culto della scienza, ma ad essi si rivolgono pure gli sguardi, non sempre benevoli, di quelli che militano in altro campo; per cui grande è la responsabilità di quell'I-stituto. Esso peraltro non potrà non corrispondere alla universale aspet-tativa se, continuando a confidare più negli aiuti divini che nelle proprie forze, persevererà costantemente nel proposito di serbarsi degno delle sue nobilissime origini e delle sublimi sue finalità. E poiché trattasi di un Ateneo che si vanta del nome di cattolico, la più perfetta e costante sottomissione alle direttive pontificie forma sempre per esso l'indispen-sabile condizione per mantenere alto ed onorato il suo vessillo, nel quale campeggia il motto: « In scientia religio et in religione scientia ». Per uniformarsi a questo motto, che è la sintesi del suo programma didattico e morale, ed in cui religione e scienza si armonizzano e si confortano a vicenda, esso dovrà, per ciò che riguarda la religione* attendere col massimo impegno alia formazione morale ed alla spiri-tuale educazione della gioventù, onde preparare quella nuova genera-zione che possa cooperare efficacemente alla rinnovazione religiosa e morale della società ed alla instaurazione del Regno di Dio sulla terra. Per quanto concerne poi la dottrina, esso dovrà mantenere alta la sua autorità nel campo scientifico, e perciò dedicarsi con severa diligenza e con perseverante lavoro allo studio delle umane discipline, e concorrere validamente a quel sano progresso delle scienze che prepara all'uomo nuove vittorie e sempre più gloriose conquiste. Così dalla luce dei fatti verrà ancora una volta dimostrato che « tanto è lungi la Chiesa dall'o-« stacoiare il culto delle arti e delle scienze, che anzi in molte guise « lo favorisce e lo promuove. Non ignora essa infatti nè disprezza i « vantaggi che ne derivano all'umano consorzio; anzi sostiene che come « le arti e le scienze emanano da Dio, sede della sapienza, così, qualora « siano debitamente trattate, a Dio, coll'aiuto della sua grazia, diretta-« mente conducono » (Conc. Vat., Sess. III, ***De Fide catholica).*** Infatti è alla ragione umana che spetta il compito nobilissimo di preparare la via alla fede, compito che così bene descrisse S. Agostino contro gl' increduli dei suoi tempi: « Sunt qui putant christianam religionem propterea « ridendam esse potius quam tenendam, quia in ea non res quae videatur « ostenditur, sed fides rerum quae non videntur hominibus imperatur. « Nos ergo ad hos refellendos, qui prudenter sibi videntur nolle credere

«quod videre non possunt, etsi non valemus humanis adspeetibus mon« strare divina quae credimus, tamen humanis mentibus etiam illa quae « non videntur credenda esse monstramus ». Onde lo stesso santo Dottore, che tanta parte diede alla ragione umana, nel difendere ed illustrare la dottrina cattolica, compendiò in bella sintesi l'ufficio della ragione medesima di fronte alla fede, asserendo che dallo studio delle cose umane « fides saluberrima... gignitur, nutritur, defenditur, roboratur ». Se la nuova Università Cattolica, con l'aiuto di quel Cuore « in quo « sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae », congiungerà allo studio vasto e profondo delle umane discipline un non meno vasto e profondo culto delle verità cattoliche, contribuirà validamente a dissipare i funestissimi errori di tutti coloro i quali credono di trovare contraddizioni tra la scienza e la fede, ciò che, come già disse il Concilio Vaticano, « da « questo proviene principalmente, che o i dogmi della fede non furono « intesi ed esposti secondo la mente della Chiesa, o falsi e fantastici « principii sono ritenuti come postulati della ragione ». Attenendosi a tali norme, per quanto, come in tutte le grandi cose al loro inizio, non poche nè lievi siano le difficoltà da affrontare e gli ostacoli da superare, il novello Istituto Universitario Cattolico riprenderà le gloriose tradizioni delle Università in ogni tempo fondate dai Nostri Predecessori, le quali nel Medio Evo furono i soli fari che attraverso quella tenebrosa età trasmisero a noi il benefico raggio dello scibile umano e divino, ed illustrerà di nuova luce le salutari dottrine della religione cattolica, con sommo giovamento della umana società. È questo il voto che Noi ^innoviamo di tutto cuore; mentre in contrassegno di paterna benevolenza ed in auspicio dei celesti favori impartiamo di tutto cuore l'Apostolica Benedizione a Lei, diletto figlio, ai promotori, agli insegnanti, agli alunni e ai benefattori della a Noi dilettissima Università del Sacro Cuore.

Dato in Roma, presso S. Pietro, li 22 aprile 1922, del Pontificato Nostro anno primo.

PIUS PP. XI

IV

AD E.MUM P. D. AUGUSTINUM TITULO SANCTAE MARIAE IN VIA PRESB. CARD. RICHELMY, ARCHIEPISCOPUM TAURINENSIUM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII SUI NATALEM IN EUCHARISTICO REGIONALI CONVENTU CELEBRATURUM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum optatis votisque Nostris respondeant ea omnia quaecumque tibi fausta eveniunt, libentes equidem comperimus proxime completum iri et **L** annos cum tu sacerdotii primitias pie Deo litavisti et xxv ex quo ad insignem sancti Maximi sedem evectus es. Etenim dignissimum te iudicamus quem non modo cives, tui quidem studiosissimi, publicis amoris et observantiae significationibus prosequantur, verum etiam Nosmet Ipsi paterna amplectamur gratulatione. Iam pridem enim tuam perspeximus sedulitatem et curam, qua, primum Eporediensem Ecclesiam, deinde Taurinensem, cui nunc praees, rite tueri consuevisti : praecipuaeque tuae ducitur laudi ea, tot annis, in clero ac populo fovisse sanctissima studia, quibus et religionis ardore ipsi calèrent et summa in Christi Vicarium excellèrent pietate. Fruare igitur tuorum laetitia Nostraeque testimonio caritatis; in spe quidem aeternae illius remunerationis, quam tibi Pastorum omnium Princeps, Iesus Dominus, suo tempore, praebiturus est. Iamvero alia est causa cur tibi tuisque gratulemur ex animo; regionalis scilicet conventus, qui istic, ad cultum Eucharistiae Sanctae provehendum, sollemniter propediem agetur. Atque auspicato sane contingit ut Augustae Taurinorum, in urbe quidem Sacramenti prestantissima, huiusmodi habeatur coetus, paucis ante diebus quam in Urbe, catholici orbis capite, universus Eucharistiae conventus celebretur. Profecto uberes inde salutis fructus exspectari licet; maximeque si frequentissimi christifideles, uti confidimus, istuc ex variis provinciis congrediemur nobile fidei suae testimonium edituri. Itaque urge, dilecte fili Noster, hoc coeptum alacriter, cum ceteris quos habes operis socios : siquidem pulcherrima erit laborum tuorum corona auctus in Iesum cultus, mysticis velis latescentem, qui solus civitates, tam saevis iactatas fluctibus, in tutissimum pacis portum deferret. Quo autem triplex iste eventus augustior fiat, tibi damus libentes ut semel, cum volueris, adstantibus nomine Nostro benedicas, plenariam eisdem admissorum veniam proponens, usitatis videlicet conditionibus lucrandam. Caele-

stiumque auspex munerum ac peculiaris benevolentiae Nostrae testis, apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, cunctoque tuo clero ac populo vigilantiae tuae credito, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, pridie kal. maias MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

V

AD E.MUM P. D. BASILIUM EPISCOPUM VELITERNUM S. R. E. CARD. POMPILJ, IN URBE VICE SACRA ANTISTITEM: DE FELICI SUCCESSU XXVI CONGRESSUS EUCHARISTICI.

Signor Cardinale,

Pochi giorni or sono, circondati da un'immensa corona di figli amatissimi, convenuti in quest'alma città da ogni parte del mondo per glorificare Gesù nella Santissima Eucaristia, avevamo il piacere di dare principio al XXVI Congresso Eucaristico internazionale e di esprimere la dolce speranza, anzi la ferma fiducia, del suo completo successo. Á tale speranza ha corrisposto una realtà che Ci riempie l'anima di santa letizia. Nei passati giorni abbiamo seguito, col più vivo interessamento e con crescente commozione dell'animo, lo svolgersi del programma, prendendo parte in ispirito a tufto ciò che compitasi, sia nelle assise eucaristiche come nelle sacre funzioni. Ed abbiamo rilevato, con particolare soddisfazione, non soltanto la pietà e lo zelo, ma l'entusiasmo con cui i fedeli hanno voluto mostrare, con l'affollarsi alla sacra mensa, la loro filiale tenerezza verso il dolce Gesù fatto Ostia di pace e di amore, ed onorare il Prigioniero dei divini tabernacoli con manifestazioni religiose degne della città che è centro dell'orbe cattolico e sede del Vicario di Gesù Cristo. Compimento poi veramente memorabile e culmine del Congresso è stata la giornata di ieri, nella quale la città dei Papi e dei Martiri ha celebrato il trionfo dell'Eucaristia, portata gloriosamente per le vie pavesate a festa, in mezzo ad innumerabili folle plaudenti nel trasporto di religiosa esultanza. È questo un avvenimento di significato così grande e universale, che lascerà scritta nei fasti della Roma cristiana una delle pagine più luminose e proclamerà per la voce delle nazioni qui convenute la divina bellezza del più

santo dei nostri Misteri. Sommamente consolati di questa affermazione di fede e di devozione alla Santissima Eucaristia, Noi ringraziamo in primo luogo la divina Misericordia, che, in mezzo alle molte amarezze di questi tempi tanto calamitosi, ha voluto riserbarCi negli inizi del Nostro Pontificato un conforto quale non potevamo attenderci maggiore. Ma la Nostra gratitudine non può non estendersi a tutti quelli che con mirabile alacrità hanno contribuito alla buona riuscita di queste feste; e particolarmente rivolgiamo le espressioni della paterna Nostra riconoscenza a Lei, signor Cardinale, ai suoi immediati cooperatori, nonché a tutti i membri dei vari comitati che con la loro attività hanno contribuito ad un esito così trionfale. Ed ora che a Gesù, vittima d'amore per gli uomini, i cattolici di tutto il mondo, in questo centro della cristianità, hanno consacrato il loro cuore, Noi continueremo a pregare affinchè non vadano dispersi i tesori di vita eterna raccolti in queste giornate di letizia e di propiziazione presso la tomba dei santi Apostoli, sulle arene tinte del sangue dei Martiri, nelle maestose basiliche romane e persino nei mistici recessi delle catacombe; che anzi essi costituiscano, dopo i venticinque precedenti, il promettente inizio della seconda serie degli Eucaristici Congressi. Piaccia a Gesù, principe della pace, dilatare il suo regno per ogni ceto sociale, così che, affratellati gli animi di tutti gli uomini in un solo amplesso di fede e di amore, sulla terra, già allagata di sangue e di lagrime, spunti la bella iride di pace, e dall'arca mistica dei santi tabernacoli spicchi il volo per l'azzurro dei cieli la colomba col ramoscello d'ulivo. Con questo voto del cuore e con questo dolcissimo presagio impartiamo con effusione di animo l'Apostolica Benedizione a Lei, signor Cardinale, ai suoi zelanti cooperatori, ai vari comitati del Congresso Eucaristico, ed a tutti coloro che in queste sante giornate hanno offerto a Gesù Sacramentato il fiore della loro pietà è della loro devozione.

Dal Vaticano, 29 maggio 1922.

PIUS PP. XI

HOMILIA

HABITA INTER MISSARUM SOLEMNIA, SACRA PENTECOSTES DIE, IN TEMPLO VATICANO." DE FIDEI PROPAGATIONE. *

Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos et eritis mihi testes usque ad ultimum terrae.[1] ***In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum.***[2]

Sempre bella, sempre grande è la solennità della Pentecoste accanto a quelle del Natale del Signore e della Pasqua di Resurrezione. In queste l'inizio dell'opera di redenzione ed il suo compimento nella persona del divin Redentore; nella Pentecoste, l'inizio dell'applicazione della redenzione stessa a tutto, il mondo, a tutti i popoli, a tutti gli uomini. Uscivano gli Apostoli dal coccolo e, guidati da Pietro, di là portavano al mondo l'annuncio grande della buona novella, obbedendo al cenno divino: ***Euntes docete omnes gentes; praedicate Evangelium omni creaturae.***[3] Uscivano e fiduciosi insegnavano, evangelizzavano il mondo. A loro, ai loro immediati successori ed a quelli che andarono appresso per il solco da loro tracciato, il mondo classico si apriva ed era pervaso della verità evangelica. Dopo il mondo antico, il mondo medioevale e poi ancora il mondo moderno fino ai nostri giorni. E la Croce dal Golgota passa al Labaro e dal Labaro alla cupola gloriosa che qui ci aduna intorno al sepolcro del Principe degli Apostoli.

Ma la Pentecoste odierna è bella di particolare bellezza, grande di particolare grandezza; è un centenario, il terzo centenario di un'altra Pentecoste, anch'essa mirabile e veramente divina. Il cenacolo della nuova Pentecoste fu qui in Roma. Al posto di Pietro era un tardo suo successore, Gregorio XV; al posto degli Apostoli e degli uomini apostolici era una pleiade di anime grandi e sante, il P. Domenico di Gesù e Maria, il P. Girolamo da Narni, il B. Giovanni Leonardi da Lucca, il Prelato Vives, e molti, molti altri. Il gennaio 1622 vede e saiuta gli inizi della Congregazione ***de Propaganda Fide.*** La Bolla ***Inscrutabili,*** del 22 giugno dello stesso anno, è la prima di quel ***Bullarium Congregationis de Propaganda Fide,*** che sarà il libro d'oro, i meravigliosi

*** Ex notis stenographicis.**

[1] ***Act.,*** I, 8.

[2] ***Ad Bom.,*** X, 18.

[3] MARC, XV, 16.

annali della nuova Congregazione, la tarda ma vera, splendida continuazione degli ***Actus Apostolorum.*** Che è dunque avvenuto? perchè? con quali conseguenze?

Il fatale andare, il dissolversi e corrompersi dell'elemento umano che quaggiù accompagna il divino, le negligenze, le sonnolenze degli amici del bene, la perfida audacia dei fautori del male, i mali esempi in alto e la facile imitazione in basso, il ritorno al paganesimo nel costume pubblico e privato, avevano nel secolo decimosesto scatenata in Europa la terribile bufera della riforma che doveva strappare dal cuore della Chiesa tanti popoli.

Ma Iddio, sollecito anzitutto dell'onore della sua Sposa, la Chiesa, volendo mostrare che non era abbreviata la sua mano salvifica, che non erano esauriti nella sua Chiesa i tesori della verità e della santità, del secolo della riforma fa il secolo del Concilio di Trento, il secolo del rifiorire degli antichi Ordini monastici, il secolo del pullulare di innumerevoli nuove, famiglie religiose, il secolo d'oro della santità, il secolo di sant'Ignazio, di san Carlo Borromeo, di san Filippo Neri, di san Francesco Saverio e di santa Teresa. Questo ha fatto Iddio. Ed altro ancora; che per consolare e compensare la Sposa sua della perdita di tanti popoli, ispirò la creazione della Congregazione ***de Propaganda Fide.***

Semplice e grande nelle sue linee fondamentali, la sacra Congregazione ***de Propaganda Fide*** non fu un'improvvisazione, ma bensì il maturo frutto di quell'esperienza di apostolato che aveva condotto la Chiesa alla conquista del mondo, dai primi secoli dell'evangelizzazione fino a quel giorno. La Congregazione ***de Propaganda*** chiamava a raccolta, coordinava, disciplinava e rendeva con ciò stesso più efficaci quante erano forze vive per la difesa e per le conquiste della fede contro l'avanzare minaccioso della riforma: difesa che arrestasse e preservasse contro di questa i tesori della vita cristiana; conquista che avanzasse per portare ovunque la luce del Vangelo, la santità della legge, e per procurare nuovi figli alla Chiesa. - Magnifica schiera che su due fronti combatte! Da una parte Fedele da Sigmaringa e mille altri che lo seguono e che difendono la verità della fede cattolica di fronte agli errori della riforma; dall'altra Francesco Saverio e, si può ben dire, milioni di apostoli novelli venuti da ogni nazione per portare in ogni angolo della terra la luce del Vangelo di Cristo Gesù. Ed insieme alla luce del Vangelo essi portano dovunque anche gli inizi primi della vera civiltà.

Da questa trisecolare altezza, alla quale ci condusse la mano di Dio, si offre agli occhi nostri uno spettacolo di meravigliosa grandio-

sita e bellezza. Sono milioni di confessori che sacrificano la vita loro nell'apostolato, confermandolo con gli esempi della loro virtù. Sono migliaia di martiri caduti nel solco stesso irrorato dal loro sangue, che danno alla verità divina la testimonianza più solenne che si possa dare, la testimonianza del sangue. Sono innumerevoli religiosi che portano in mezzo alle barbare genti i gigli e le spine della loro vita a Dio consacrata. Sono migliaia e migliaia di vergini a Dio votate, che vanno seguendo i missionari per concorrere anche esse alla diffusione della luce del Vangelo fino agli ultimi confini della terra.

Ed insieme, sono milioni di anime strappate alle tenebre dell'errore, alle aberrazioni della barbarie. Sono milioni di anime nelle quali torna a risplendere l'immagine di Dio ch'era quasi scancellata. Sono milioni di anime per le quali il cuore del Redentore non deve più dolersi, perchè per esse non è perduto il frutto della Redenzione.

Di tutta questa grande opera è oggi degna rievocazione il terzo centenario di Propaganda Fide e ad essa si volge commosso il Nostro cuore nel gaudio della riconoscenza verso Dio e versò i generosi che furono strumenti della sua infinita bontà. È per questo che oggi tutto il mondo, insieme a Noi, leva a Dio il suo pensiero di gratitudine e di ammirazione e per tutta la Chiesa s'innalza fino al trono di Dio Redentore l'inno della gloria e del ringraziamento.

Per ben misurare gli effetti ed avere il giusto rilievo delle cose, bisogna guadagnare certi punti di vista e raggiungere certe distanze. Dio ci ha posto in queste condizioni. Oggi le cifre delle statistiche mondiali hanno la loro eloquenza ed a questa eloquenza il Nostro cuore esulta, il Nostro spirito si dilata, perchè lo spettacolo che per essa si contempla è grande e veramente divino.

quam intermisso studio templum celebrant, et devotione, fide et gratiarum actione ducti, turmatim ad Virginem concurrunt, etiam ut singularia illa privilegia et indulgentias assequantur quibus idem sanctuarium Romani Pontifices praedecessores Nostri locupletarunt. Haec animo recolentes, benigne preces excipiendas esse censuimus quas nuper Nobis adhibuit dilectus filius Noster Desideratus S. R. E. Presbyter Cardinalis Mercier, ex dispensatione Apostolica Archiepiscopus Mechliniensium, qui supplicibus votis Nos deprecatus est, ut occasione auspicata quinquagesimi recurrentis anni a coronatione eiusdem Virginis simulacri, memoratum sanctuarium titulo et privilegiis Basilicae minoris cohonestare dignaremur. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, templum Aspricollense intra fines archidioecesis Mechliniénsis, Beatae Mariae Virgini sacrum, ad titulum ac dignitatem Basilicae minoris evehimus cum omnibus honorificentiis et privilegiis quae Basilicis huius almae Urbis minoribus de iure competunt.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, vel pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **II** mensis maii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD E.MUM P. D. ANTONIUM TIT. SS. MARCELLINI ET PETRI S. R. E. PRESB. CARD. MENDES BELLO, PATRIARCHAM LISBONENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS LUSITANIAE: OFFICIOSIS LITTERIS RESPONDIT EX COMMUNI CONVENTU DATIS.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Non potuit Nobis non esse vehementer iucunda significatio pietatis vestrae. Vix dum, miserentis Dei consilio, evecti sumus ad Beati Petri Cathedram, uti ad ceteros omnes catholici orbis Episcopos, ita ad vos mens provolavit Nostra; sed afïïictae iam diu Ecclesiae vestrae res propius vos animo admoverunt Nostro. Nunc patet primum ad vos os Nostrum et oblata occasione utimur libentissime, ut gratulemur vobis pastoralem diligentiam, pietatem, fidem, et hortemur, si hortari necesse est, ad parem temporibus vigilantiam et constantiam. Utinam cito dies illucescat, quo avitae religionis decus avitas in Lusitano populo instauret laudes!

Quae Nobis tam amanter ominamini, ea nimium quantum cupimus. Sed videtis tempora: videtis hominum ingenia ad invidiam proniora, quam ad aequitatem. Utcumque, despondere animum haud oportet, sed potius confirmare, erigere spe, excitare ad fructuosos labores. Eo utimur duce qui, quando velit, imperat ventis et mari, et venti et mare obediunt Ei.

De delatis officiis gratias vobis agimus ex animo, ac caelestium conciliatricem munerum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem vobis omnibus, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxxi martii **MCMXXII**, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

II

AD E.MUM P. D. IOANNEM EPISCOPUM TUSCULANUM. S. R. E. CARD. CAGLIERO, SEXAGESIMUM SUI SACERDOTII NATALEM CELEBRATORUM.

Diletto figlio Nostro, salute ed apostolica benedizione. — Se da tutti è salutata come una particolare grazia celeste quella di poter gustare dopo dieci lustri la ineffabile gioia delle primizie sacerdotali, quanto maggiormente devono festeggiarsi coloro, ben pochi in vero, ai quali la misericordia divina concede di celebrare, dopo dodici lustri, le mistiche nozze con l'Agnello immacolato! Nessuna meraviglia pertanto Ci desta il vedere che da ogni parte ti giungono, diletto figlio Nostro, le più calde congratulazioni neh'auspicatissimo giorno in cui, per la terza volta novello Levita, rinnovi sull'ara santa il Sacrificio della Nuova Legge. Esultano teco, e ben a ragione, i numerosi figli della Pia Società Salesiana del Ven. Giovanni Bosco, della quale tu sei la gloria più bella non solo per lo splendore della sacra Porpora, ma anche e soprattutto per due caratteristiche che in te particolarmente rifulgono: la costanza, con cui, in ogni tempo, luogo o vicissitudine, ti sei mantenuto fedele allo spirito ed alle direttive del grande Fondatore; l'instancabile attività di missionario, che dalla Patagonia, primo campo del tuo zelo apostolico, si estese alle altre vaste regioni dell'America Meridionale e Centrale, suscitando con il plauso e con l'ammirazione generale, nobilissimi entusiasmi di santa emulazione tra i tuoi stessi confratelli.

Per questa tua infaticabile, e, per divina grazia, fruttuosissima operosità missionaria e civilizzatrice del nuovo mondo, Noi rileniamo di non andar lungi dal vero giudicando fin d'ora che sull'orizzonte cristiano dell'età nostra l'opera tua brillerà di viva luce, accanto a quella di un altro non meno illustre missionario, apostolo delle lande africane, la cui umiltà francescana fu pur essa meritamente esaltata ai supremi fastigi della dignità cardinalizia. Più che legittimo e naturale è lo spirituale conforto che ti deriva dall'odierno fausto avvenimento; giacche, dando uno sguardo ai lungo percorso cammino, lo vedi rigoglioso di frutti di bene religioso e morale, tutto seminato di tesori di vita eterna. E poiché le gioie dei figli, non meno che i loro dolori, sono comuni al Padre, Noi ben volentieri dividiamo teco la presente mistica letizia, e Ci congratuliamo che la tua floridezza di salute dia adito alla più lusinghiera speranza che per molti anni ancora avremo la consolazione

di vedere messe a profitto della Chiesa le tue energie tuttora vigorose ed il tuo inesauribile zelo. È questo il voto che facciamo di tutto cuore; mentre in unione a tutti i tuoi confratelli sparsi in ogni plaga del mondo teco Ci associamo a sciogliere a Dio l'inno del più fervido ringraziamento.

Intanto Ci è caro invocare su di te l'abbondanza dei celesti carismi, ed eguale preghiera facciamo ben di cuore a Dio per il tuo amato confratello e Nostro diletto figlio D. Giovanni Battista Francesia, di cui pure si onora fin dagli inizi la grande famiglia salesiana, e al quale è stata riservata la bella sorte di dividere teco la letizia e gli ineffabili gaudi di un ugnale giubileo. In auspicio poi degli stessi divini carismi ed in contrassegno del Nostro particolare affetto, impartiamo con tutta l'effusione dell'animo a te, diletto figlio Nostro, al tuo benemerito confratello Don Francesia, ai singoli figli e figlie della Pia Società Salesiana e, primo fra tutti, al novello Rettor Maggiore, l'apostolica benedizione.

Dato in Roma, presso San Pietro, addì 14 giugno 1922.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPKEMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

DAMNANTUR OPERA OMNIA SCRIPTORIS « ANATOLE FRANCE »

Feria IV, die 31 maii 1922

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii, Emi ac Rmi Dfii Cardinales in rebus fidei etjnorum Inquisitores Generales, praehabito DD. Consultorum volo, decreverunt: « Opera omnia auctoris ***Anatole France,*** ad praescriptum Codicis I. C. can. 1399, 2°, 3°, 6°, 8°, 9°, prohiberi ipso iure, eaque in Indicem Librorum prohibitorum inserenda esse ».

Insequenti vero feria v, die 1 iunii eiusdem anni, Sanctissimus D. N. Pius divina providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum ac Rmorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publici iuris fieri praecepit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 2 iunii 1922.

s

Aloisius Castellano, ***Supremae S. G. S. Off. Notarius.***

II

DECRETUM

INTIMATUR EXCOMMUNICATIO IN SACERDOTES ADHUC PARTICIPES DAMNATAE SOCIETATIS « IEDNOTA » ATQUE PROSCRIBITUR EIUSDEM NOMINIS COMMENTARIUM PERIODICUM.

Quum certis auctoribus non sine gravi moerore Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii, fidei morumque integritati tutandae praeposita, compererit praescriptiones contra schismaticam quorumdam e Tche-

coslovachia sacerdotum consociationem ***Iednota*** quae appellatur, iam inde ab anno 1920 ab eius regionis Episcopis editas et a Sede Apostolica (videsis ***Acta Apost. Sedis,*** vol. XII, pag. 57, n. I et pag. 585, n. II) probatas et confirmatas, in irritum cecidisse : ne in re tanti momenti suo muneri suisque partibus deesse videatur, illa sua edicta quibus memoratam consociationem reprobavit ac dissolvi iussit, impensius renovare iterumque confirmare cogitur, prout praesenti decreto renovat iterumque confirmat.

Sacerdotes igitur quotquot sunt qui dissolutae consociationis quomodocumque adhuc sint participes, nisi intra quindecim dies ab huius decreti promulgatione per Episcopos facienda computandos, a schismatico proposito resipiscentes, suorum Episcoporum ac Sedis Apostolicae mandatis plene atque absolute se subiecerint, excommunicationem Apostolicae Sedi reservatam ipso facto, absque alia declaratione, se incursuros èsse sciant ; quatuor vero illi sacerdotes, qui consociationis eiusdem ***praesidium*** (quod vocant) constituunt, excommunicatione ***nominatim*** cum omnibus iuris effectibus, novo decreto insuper se mulctatum iri.

Hac ipsa occasione, periodicum commentarium, cui pariter titulus ***Iednota,*** haec eadem Suprema Sacra Congregatio omnino reprobat, damnat ac proscribit, unaque simul excommunicationem Sedi Apostolicae speciali modo reservatam, in can. 2318 § 1 statutam, ad eiusdem commentarii editores, defendentes, legentes, ac retinentes, expresse extendit.

Sacrorum e Tchecoslovachia Antistites curae sibi habebunt hoc decretum, Ssmi D. N. D. Pii Pp. XI auctoritate confirmatum, in sacerdotum ad quos spectat, fideliumque sibi subiectorum notitiam, ut efficacissime in Domino videbitur, sine mora'perferre ; et quamprimum Sacram Congregationem de rei exitu certiorem facere.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 14 iunii 1922.

Aloisius Castellano, ***Supremae S. O. S. Off. Notarius.***

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

MARSICANAE ET SS.MAE TRINITATIS CAVENSIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Quo magis expedite consulatur curae animarum, R. P. Placidus Nicolini, Abbas Ordinarius Ssmae Trinitatis Cavensis, ab Apostolica Sede postulavit ut paroeciae loci ***Tramutola,*** in sua abbatia sitae, attribueretur ea pars paroeciae loci ***Paterno,*** in dioecesi Marsicana, quae ad municipium civile Tramutolense pertinet. Ssmus D. N. Pius Pp. XI, preces benigne excipiens, de consulto Emorum Patrum S. C. Consistorialis, de Apostolicae potestatis plenitudine, ac suppleto quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, hoc Consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae desuper expeditae fuerint, statuit ut praefata pars paroeciae loci ***Paterno,*** quae intra fines civiles municipii ***Tramútola*** continetur, cum omnibus et singulis fidelibus ibi commorantibus, a dioecesi Marsicana separetur et abbatiae Ssmae Trinitatis Cavensi coniungatur et uniatur; ita ut ecclesiasticae iurisdictionis limites paroeciae loci ***Tramutola*** iidem sint et coincidant cum limitibus iurisdictionis civilis; proindeque iurisdictio parochi loci ***Tramutola*** extendatur ad totum territorium municipii loci ***Tramutola,*** et fines dioecesis Marsicanae et abbatiae Ssmae Trinitatis Cavensis ita pariter circumscribantur. Parochus autem loci ***Tramutola*** persolvet parocho loci ***Paterno*** libellas quinquaginta, singulis annis, durante vita ac munere R. D. Raphaelis Petracca, praesentis paroeciae rectoris. Ad praemissa autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputat praefatum P. Abbatem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facta eidem obligatione intra sex menses, a subsignata die computandos, ad hanc Sacram Congregationem mittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 29-maii 1922.

83 C. C**ARD.** D**E** L**AI**, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

L. % S.

Aloisius Sincero, ***Adsessor.***

II

TOLETANA IN AMERIGA-GLEVELANDENSIS

DE FINIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Cum Rmus Episcopus Toletanus in America, assentiente Episcopo Clevèlandensi, ab Apostolica Sede postulaverit, ut tres comitatus vulgo nuncupati ***Erie, Huron*** et ***Bichland*** ad dioecesim Clevelandensem pertinentes ab eadem dioecesi dismembrarentur et memoratae dioecesi Toletanae unirentur, SS. D. N. Pius PP. XI, id in bonum incolarum illorum locorum cessurum cernens atque attento favorabili voto R. P. D. Ioannis Ronzano, Archiepiscopi titularis Melitenensis et Delegati Apostolici; suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, preces benigne excipiens, hoc Consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae desuper expeditae fuerint, praefatos comitatus ***Erie, Huron*** et ***Bichland,*** cum omnibus et singulis paroeciis et fidelibus ibi exsistentibus, a dioecesi Clevèlandensi separat et dioecesi Toletanae in America coniungit et unit.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est laudatum R. P. D. Ioannem Bonzano, cui facultates omnes ad id necessarias et opportunas tribuit, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum : facto eidem onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 12 iunii 1922.

£g C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

L. © S.

Aloisius Sincero, ***Adsessor.***

III

AD EM.MOS ARCHIEPISCOPOS BOSTONENSEM ET PHILADELPHIENSEM ALIOSQUE REV.MOS ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ET ORDINARIOS IN FOEDERATIS STATIBUS AMERICAE: LITTERAE DE VISITATIONE APOSTOLICA MOX FUTURA.

Cum Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI his diebus decreverit ut visitatio apostolica fiat in dioecesibus et Ecclesiis Statuum Foederatorum Americae, de mandato eiusdem Sanctitatis Suae, pro meo munere, hoc propero omnibus Ordinariis dictae regionis nunciare. Haec cura Sanctitatis Suae erga Americae Ecclesias apprime grata omnibus evadere debet, eo quod ostendit quanto studio et amore Summus Pontifex oculos intendat in hanc catholicae Ecclesiae partem, quae adeo insignis est et in dies magis floret, ut idcirco maiore quotidie studio sit excolenda: sed vel magis grata erit cum ad hoc Visitatoris Apostolici munus Sanctitas Sua elegerit Suum Delegatum R. P. D. Ioannem Bonzano, Archiepiscopum Melitenensem, qui diuturna commoratione, rerum et personarum cognitione, animi rectitudine et in hanc rempublicam amore, notus et acceptus prae alio quolibet censendus est. Supervacaneum itaque esse videtur ipsum singulis Ordinariis commendare, quo facilius et expeditius ministerium suum adimplere valeat.

Omnia praeterea fausta ac felicia in Domino ominatus, impenso animo adprecor ut in. novum et insigne rei religiosae augmentum haec visitatio cedat.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 iunii 1922.

C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

L. © S.

Aloisius Sincero, ***Adsessor.***

IV

DE MUTATIONE TITULI ARCHIDIOECESEOS LINARENSIS

Decreto Sacrae Congregationis Consistorialis, diei 9 iunii 1922, R. P. D. Ioanni de Iesu Herrero et Pina facultas data fuit assumendi pro sua archidioecesi, relicto titulo Linarensi, titulum Montereyensem, ab urbe « Monterey », ubi sedes episcopalis semper fuit.

Y

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius Divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

26 aprilis 1922. — Titulari episcopali Ecclesiae Resainensi praefecit R. P. Vincentium Huarte S. I., Vicarium Apostolicum de Ngan-hoei. *

26 maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Leptimagnensi, R. D. Monaldutium Leopardi, Cubicularium intimum Sanctitatis Suae de numero participantium, quem deputavit ***Auxiliarem*** R. P. D. Alfonsi Andreoli, Episcopi Recinetensis et Lauretani.*

7 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Severi, R. D. Orontium Lucianum Durante, Antistitem Urbanum, parochum loci ***Melendugno,*** dioecesis Lyciensis.

9 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Nebensi, R. D. Ioannem Rossi, Vicarium capitularem metropolitanae ecclesiae Mediolanensis, quem deputavit ***Auxiliarem*** R. P. D. Eugenii Tosi, Archiepiscopi electi eiusdem Mediolanensis ecclesiae.

12 iunii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cassiopensi, R. P. D. Primum Bianchi, hactenus Episcopum Dyrrachiensem.

19 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Caesaropolitanae, if. D. Hermannum Iosephum Straeter, parochum Sancti Iosephi in ***Grefeld,*** quem deputavit ***Auxiliarem*** Emi P. D. Caroli Iosephi Card. Schulte, Archiepiscopi Coloniensis.

23 iunii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Ptolomaidensi, R. D. Caesarem Orsenigo, Canonicum metropolitanae ecclesiae Mediolanensis, deputatum Internuntium Apostolicum in Hollandia.

26 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tadamatensi, R. P. Firminum Guichard e Congregatione Spiritus Sancti, deputatum Vicarium Apostolicum de Brazzaville.

*** Ita emendanda quae de utraque provisione prostant pag. 351 (356) et 352.**

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

IMMUTATUR NOMEN VICARIATUS APOSTOLICI CONGI GALLICI SUPERIORIS

DECRETUM

Cum Alexander Le Roy, Superior generalis Instituti a Spiritu Sancto, cuius curae vicariatus apostolicus Congi Gallici Superioris in Africa centrali commissus est, expostulasset ut nomen vicariatus praedicti ob geographicas rationes mutaretur, Emi huius Sacri Consilii Patres in plenario consessu diei 12 currentis mensis, petitioni de qua supra libenter adnuentes, statuerunt vicariatum apostolicum Congi Gallici Superioris in posterum appellandum esse ***de Brazzaville*** a civitate ubi Vicarius Apostolicus propriam sedem habet. - Quam quidem Emorum Patrum sententiam Ssmo D. N. Pio div. prov. Pp. XI in audientia diei 12 eiusdem mensis et anni ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua benigne adprobare ratamque habere dignata est, et praesens in re decretum confici iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 14 iunii 1922.

G. M. CARD. V. ROSSUM, ***Praefectus.***

L. & S.

Pro R. P. D. Secretario
Caesar Pecorari, ***Subsecretarius.***

II

NOMINATIONES

Sacra Congregatio de Propaganda Fide datis respective decretis declaravit ad suum beneplacitum :

10 maii 1922. — ***Praefectum Apostolicum de Iringa in Africa Centrali,*** R. P. Franciscum Cagherò, Sacerdotem Instituti a Consolata.

10 iunii. — ***Praefectum Apostolicum de*** *Celle* ***Orientali,*** R. P. Aemilium Rolin, Ordinis Praedicatorum.

21 iunii. — ***Praefectum Apostolicum Districtus Centralis Promontorii Bonae Spei,*** R. P. D. Franciscum Hennemann, Episcopum tit. Coptitensem.

— ***Praefectum Apostolicum Lacus Alberti in Africa Centrali,*** R. P. Iosephum Matthijsen, e Societate Missionariorum Africae.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

GRATIANOPOLITANA SEU PARISIENSIS

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI PETRI IULIANI EYMARD, FUNDATORIS CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM A SANCTISSIMO SACRAMENTO.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum ; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Apostolici huius decreti, quo approbantur et heroicae declarantur exercitae a venerabili Servo Dei Petro Iuliano Eymard virtutes, aecommodum magis magisque cum peculiari Causae indole nexum et colligatum nullum equidem fieri excogitarique poterat exordium, quam ea in memoriam revocando, et ferme veluti ante oculos ponendo, quae heic alma in Urbe tanto cum avitae pietatis tantoque cum christianae professionis uberrimo fructu peracta nuper fuerunt vigesimi sexti Eucharistici coetus internationalis sollemnia, aere perennioribus consignanda monumentis, quemadmodum cito probeque intelligit sibique suasum habet, qui parumper attendat animoque revolvat, quis praefatus fuerit venerabilis Dei Famulus, quaeque eiusdem eminuerit praecipua sanctitatis nota.

Rem namque paullo altius repetenti aliquid occurrit, quod silentio haud est praetereundum, sedulo immo est perpendendum, quippe quo nobile continetur praesagium futurae sortis et muneris, quae, ut provisum a Deo erat, venerabilem Petrum Iulianum Eymard manebant. Sicut enim iudiciales enarrânt tabulae, vel ante quam mortalem hanc ille ingrederetur vitam, coniugibus Eymard eiusmodi facta fuerat praedicta; videlicet iam prope eos suscepturos esse infantem, qui nedum genti suae singularem pareret gloriam, verum et, quodque longe maius, religiosam conderet Familiam, quae Sanctissimi Sacramenti cultui pro-

venendo et amplificando tota addicta foret planeque mancipata. Hanc autem vacuam nequaquam exstitisse vatieinationem,qui, a prima exorsi Servi Dei aetate, et per varia subinde eiusdem vitae stadia fuerant subsecuti, mirum in modum comprobarunt eventus.

Inde propterea fit, ut cuncta, quae egit operatusque fuit venerabilis Petrus Iulianus, quoad inter homines est diversatus, qui naviter studioseque collegerit complexusque cogitatione fuerit, facere hic procul dubio nequeat, quin agnoscat et fateatur, quae, velut missio quaedam, a Deo credita sibi fuerat, eamdem, tamquam vocationem suam, mirabili constantia et fidelitate venerabilem Dei Famulum fuisse persecutum cumulateque adimplevisse.

Sed, ceu cuique prudenti viro, aequo iustoque rerum aestimatori statim facilique negotio apparet, haec recensuisse idem profecto fuit atque apta et idonea adinvenire, suppeditare et in medium proferre elementa, quibus optimo conficiatur iure, christianas a venerabili Servo Dei Petro Iuliano Eymard excultas virtutes gradum illum, quem henricum appellant, fuisse adeptas.

Praeterea, quo praenobili huic Causae integer suus constaret honos, id maxime curae fuit, ut quae motae ex adverso fuerant, eaedem penitus everterentur difficultates, illaque inter eas nominatim, quae peculiarem quemdam respiciebat Servi Dei gestum, semel tantum ab eo admissum, ideoque a communi, constanti et perpetuo ab ipsomet servata agendi ratione insuetum prorsus atque alienum. Quapropter, tutissimis eisque notis satis satisque pervagatis adhibitis normis, quas hoc de loco communiter tradunt theologi; nec non cunctis bene perpensis pensitatisque facti circumstantiis, quantumvis nihil admodum erui exinde posset, quod eam quovis modo infirmare suoque e loco dimovere valeret - quae certo statuta solideque firmata iam fuerat positiva, atque, hoc ipso, potior - necessariam heroicarum virtutum demonstratione!», attamen, si, uti oportet, iuridicum inspiciatur et expendatur fundamentum, quo praedicta superstruitur difficultas, difficultas ipsa, ubi consisteret, locum amplius non habet. Revera, quum unius solummodo et incerti testis dictis tota innitatur, tamquam iuridice probata eadem nequit haberi; eaque idcirco, perinde atque non existeret, existimanda est iudicibus, quippe qui, nonnisi iuxta acta et probata modo et forma a lege praescriptis, suum proferre debent iudicium.

Huc igitur progressus quum sit sermo, promerita sibi laude solertes actuosique ornandi sunt actores; optima namque in re suum illi locarunt laborem, cum Parentis sui legiferi Beatificationis causam impigro erectoque animo apud Apostolicam Sedem promovendam curarunt;

eamque celeri potius secundoquc cursu ad istam praecipuam, quae de heroicis virtutibus est, adduxerint quaestionem, cuius cognitio, tribus de more disceptationibus, suum sortita est exitum in Congregatione generali, quae, die decima sexta superioris mensis maii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium: ***An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Charitate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Petri Iuliani Eymard, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores proprias dixerunt sententias, quibus tamen laeto intenteque animo exceptis. Sanctissimus Dominus noster supremum Suum iudicium prorogandum duxit, ut communibus fervidisque precibus, praesertim in proxime futuris Eucharisticis conventibus e proposito effundendis, divinae innotesceret significatio voluntatis. Quumque postmodum mentem Suam patefacere statuisset, hodiernam selegit diem Dominicam Sanctissimae Trinitatis; eapropter, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque simul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: ***Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Petri Iuliani Eymard, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.***

Hoc autem decretum publici iuris fieri, et in acta sacrorum rituum Congregationis referri mandavit tertio idus iunii, anno **MCMXXII.**

A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L.JSS.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

VALENTINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE MICHAELAE A. SANCTISSIMO SACRAMENTO, FUNDATRICIS ANCILLARUM SANCTISSIMI SACRAMENTI ET CARITATIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur ?

Vitae venerabilis Ancillae Dei Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento duae sunt partes, quarum unam in saeculo illa traduxit ad septimum ac trigesimum aetatis suae annum; alteram vero, uti Fundatrix et suprema Antistita pii Instituti, cui Sororum seu Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis inditum est nomen, ad obitum usque exegit, quaeque undeviginti annorum conclusa fuit spatio. Quae quidem binae vitae partes etsi prima fronte et externo veluti ex cortice non pares inter se, sed dissonae potius esse videantur, nihilominus, si, uti sapientem quemque nec temere iudicantem maxime decet virum, sedulo consideratoque inspiciantur et perpendantur, mira exsurgit concordia, qua efficitur, ut penitius inquirenti et pervestiganti arcta cognatione invicem coniunctas eaedem se sistant, seque mutuo quodam et amico foedere sociatas probent.

Quapropter, vel tunc, cum a mundanis illecebris nondum se penitus subtraxerat Dei Famula, eisque adhuc manebat implicita, quippe e nobilissimo et praedivite gentis suae statu copiose manabant, ipsam Mariam Michaëlam gaudet animus suspicere atque admirari non pauca et praeclara edentem generosae virtutis specimina, quae eo tanti pluris sunt facienda, quo adversantia magis et repugnantia prorsus erant adiuncta, quibus in mediis eidem Ancillae Dei crebro nimis fermeque quotidie rersari obtigerat. Quod si una simul cum hisce eximiarum virtutum actibus interdum accidat, eiusdem venerabilis Mariae Michaelae quosdam

etiam apprehendere in compositos irascentis animi motus, exinde qui autumaret statim ducere se posse contra Famulae Dei sanctitatem argumenta, non mediocriter opinione sua ille fallerete.

Siquidem ingressa quum fuerit venerabilis Maria Michaela christianae perfectionis semitam, praefatae semitae superius descripta statione nequaquam substitit; si substitisset enim, sacer hic Ordo vocatus fortasse non fuisset umquam ad heroicas eiusdem discutiendas virtutes. Ast, cui mature admodum se commiserat, animose prosecuta postmodum est illa iter; in eoque quot quantaeque factae ab ipsa fuerint ad extremam usque vitae lineam progressiones; eaeque quanto in pretio modo essent habendae, certo vereque addiscere in primis oportet ex diuturna illa, adsidua, strenua, interna atque externa pugna, quae eidem subeunda fuit Dei Ancillae atque perdiu fructuoseque sustinenda. Istiusmodi namque pugna eo asperior evasit in dies, quo difficilius et salebrosius sese praebebat illud salutare adeo, adeoque providum redemptionis opus, quod multorum hominum animum viresque gerens, perficiendum suscepit, susceptumque omnigena inter obstacula, contradidictiones atque convicia alacriter invicteque ad optatum Ancilla Dei perduxit exitum.

Ita, utramque inter, superiorem nempe et alteram, quae subsecuta subinde fuerat, vitae periodum, qui exstitit foras egreditur nexus, fitque manifestus. Quandoquidem e celsissima, in qua locata erat, sede, ultro libenterque descendens, cum ad misérrimas eas puellas venerabilis Maria Michaela materna caritate accessit, ut e vitiorum coeno, quo dilapsae fuerant, eriperet, atque Deo civilique cultui restitueret, nedum pericula et insidias, quibus passim obnoxiae illae fiebant, ipsamet, adhuc in saeculo degens, pernoverat Dei Famula, verum et secum quoque attulerat quam natura sortita fuerat promptam quidem et alacrem indolem, sed fervidam adeo, ut quandoque discurreret ad iram; eiusmodi videlicet indolem, quam conditi Sodalitii magnopere deposcebant initia.

Itaque, quum, omnia fortiter et suaviter disponente divite semper in misericordia Deo, quo iugiter constanterque spectaverat, ut vocanti Deo obtemperare! suamque perficeret vocationem, eo fauste feliciterque advenerit venerabilis Dei Ancilla, duplicem illa adepta esse dicenda est victoriam : unam scilicet, cum, cunctis devictis difficultatibus profligatisque impedimentis, benemerentissimam erexit Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis Sodalitatem, quae conspicuos non minus quam uberes suos pergit ferre et perennare fructus; alteram autem, ad bonum trahëndo et perducendo, quas nascendo naturales contraxerat propen-

siones ita nempe ut, acri perpetuoque, quod Dei Famula sibi indixerat, bello, eaedem naturales propensiones correctae- et emendatae, mirabiliter conversae postea fuerint in praecipuas sui operis seu apostolatus dotes, aut, clarius, in apta atque idonea instrumenta. Utramque vero tertia mirifice adauxit cumulavitque victoria, quam in nobilissimae mortis genere, qua sublata est, nacta fuit venerabilis Dei Ancilla: martyr quippe occubuit caritatis.

Quibus ex omnibus illud comprobatur et patescit, in quo iectissimae huius Causae intimum situm est meritum ; Causaeque ipsius quantum insuper pondus excrescat atque momentum e proxime celebratis Eucharisticis solemnibus, quae omnium adhuc obversantur oculis, per se ipsa efficacius loquitur et eloquentius clamat res, quin eam opus sit inconcinnis planeque imparibus adumbrare verbis. Nil propterea mirum, si haec venerabilis Famulae Dei Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento Beatificationis causa a rec. me. Leone Papa XIII digna habita fuerit, quae sacrae rituum Congregationi cognoscenda committeretur, eademque, introducta quum fuerit, minoribus interea superatis iudiciis, adeo progressa deinceps fuerit, ut, abhinc sexennium, super virtutibus heroicis instituere licuerit actionem, quae, ceu de more, in tribus agitata est Congregationibus; antepraeparatoria nimirum, praeparatoria et generali, anno superiore, die vigesima sexta mensis aprilis, coram felicis recordationis Benedicto Papa XV habita.

Quam ob rem, cunctis, quae huc usque satis copioseque utrimque fuerant disceptata, fideliter religioseque resumptis, eisque per nova etiam studia auctis et illustratis, Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI compertum facere sibi valuit atque exploratum, quae pro Causa definienda necessaria forent, cuncta praesto esse elementa. Verumtamen, quum tam gravis momenti negotium in deliberatione versaretur, Beatissimus Pater diuturnis precibus sibi concedendum esse spatium est ratus, antequam supremam Suam ederet sententiam. Quumque eamdem manifestam facere statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam, qua Sanctissimae Trinitatis percolitur Mysterium; ideoque piissime perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas aedes arcessiri voluit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: ***Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; neo non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei Mariae Michaë-***

lae a Sanctissimo Sacramento, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.

Hoc decretum in vulgus edi, et in acta sacrae rituum Congregationis inseri iussit tertio idus iunii, anno **MCMXXII.**

Ç{ 'A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Praefectus.

h. Cß S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

III

VENETIARUM

TEMPLUM B. M. V. SALUTIFERAE DICATUM PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS CONDECORATUR.

Exstat Venetiis illustris ecclesia propria continentis Seminarii Patriarchalis, quae veluti unum ex praecipuis illius Civitatis monumentis se exhibet. Etenim antiquitate, amplitudine, structura atque artis operibus aliisque omne genus ornamentis ex fidelium liberalitate et pietate adaucta excellit. Ex voto ac decreto celeberrimae reipublicae Venetae ob liberationem a peste anno **MDCXXX** grassante originem duxit eiusque primarius lapis rite benedictus impositusque fuit anno sequenti. Templum brevi temporis spatio inchoatum et absolutum simulque expiatum et benedictum ad cultum divinum dedicatur; sed solemnis eius consecratio anno tantum **MDCLXXXVII** peracta fuit in honorem Beatissimae Virginis Mariae cuius prodigiosa icon, quae opus est ex schola et arte graeca, ab insula Creta anno **MDGLXXII** asportata fuerat ab eximio ipsius reipublicae Duce Francisco Maurocenio. Nec solum incolae, sed et advenae et peregrini, sive singillatim sive turmatim illud templum adeunt Beatissimae Virginis opem imploraturi eamque devotissimi invocant atque speciali titulo appellant ***Salutiferam*** seu ***Dominam salutis*** ad corporis animaeque salutem recuperandam vel servandam. Hisce expositis et perpensis, Rmus D. ioannes Canonicus Jeremich, Antistes Urbanus, ecclesiae Rector et Seminarii Moderator, communia cleri et populi Venetiarum ac Patriarchatus vota depromens, amplissimo quoque Emi Cardinalis Petri Lafontaine Patriarchae commendationis officio suffultus, Ssmum D. N.

Benedictum Papam XV humillimis precibus exoravit ut supradictam ecclesiam Beatissimae Mariae Virginis Salutiferae nomine dicatam ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehere dignaretur. Sanctitas porro Sua preces ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatas peramanter excipiens, praelaudatam ecclesiam titulo et dignitate Basilicae minoris, cum privilegiis et honorificentiis quae minoribus huius almae Urbis Basilicis competunt, benigne condecoravit. Indulsit quoque eadem Sanctitas Sua, ex speciali gratia, ut praesens decretum vim ac robur habeat perinde ac si super huiusmodi Basilicae minoris privilegio Litterae Apostolicae in forma Brevis expeditae fuerint. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 decembris 1921.

)$(A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. d. Praefectus.

L. $ S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

IV

DUBIUM

CIRCA MISSAS .C B REQUIE IN TRANSLATIONE CADAVERIS OLIM H.UMATÍ

Expostulatum est a Sacrorum Rituum Congregatione:

« Utrum Missa ***de Requie,*** quae celebratur in translatione cadaveris « iam humati in-definitivam sepulturam, gaudeat privilegiis Missae exse« quialis ***ut in die obitus seu depositionis,*** quamvis exsequiale funus pera« ctum fuerit occasione praecedentis sepulturae ».

Sacra porro Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, respondendum censuit: ***Negative,*** sed ad casum propositum eadem Sacra Congregatio extendit privilegia contenta in novis Rubricis Missalis tit. III, ***de Missis defunctorum,*** n. 6.

Atque ita rescripsit, declaravit et indulsit. Die 16 iunii 1922.,

)$(A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIUM

CIRCA INDULGENTIAS APOSTOLICAS, EAS NEMPE QUAS DIE 17 FEBRUARII 1922 SS.MUS D. N. PIUS PP. XI LARGIRI DIGNATUS EST.

In canone 933 praescribitur uno eodemque opere, cui ex variis titulis Indulgentiae adnexae sint, non posse plures acquiri Indulgentias, « nisi aliud expresse cautum fuerit ». Cum autem Indulgentiis Apostolicis a Ssnio D. N. Pio Pp. XI die 17 februarii 1922 benigne impertitis praemittantur quaedam monita, quibus sub n. 4° edicitur, ex expressa declaratione eiusdem Ssmi Domini nostri, per Apostolicarum Indulgentiarum concessionem nullatenus derogari Indulgentiis a Summis Pontificibus iam alias concessis pro precibus, piis exercitiis vel operibus ibi recensitis; humillime quaeritur utrum per huiusmodi declarationem reipsa cautum sit, ad normam postremi incisi citati canonis 933, ut uno eodemque ex operibus in elencho Indulgentiarum Apostolicarum recensitis plures Indulgentiae respective acquiri possint?

S. Poenitentiaria Apostolica ad propositum dubium, die 9 maii 1922, respondendum censuit: ***Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo.***

Quod responsum, ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore in audientia diei 2 iunii praedicti anni, Ssmo D. N. Pio Pp. XI relatum, eadem Sanctitas Sua benigne confirmavit, ac publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 14 iunii, anno 1922.

O. CARD. GIORGI, ***Poenit. Maior.***

L. © S.

S. Fagiolo, ***S. P. Secretarius.***

SACKA ROMANA ROTA

I

TARENTIN.

IURIUM

Sede Apostolica vacante per obitum sa. me. Benedicti PP. XV, die 3 februarii 1922, BR. PP. DD Franciscus Porrillo, Ponens, ***Franciscus Solieri et Iosephus Florczak, Auditores de turno, in causa*** Taren tin. - Iurium - ***inter Archiconfraternitatem, vulgo nuncupatam « Immacolata degli Artieri », loci Martina Franca,*** appellantem, ***repraesentatam per legitimum procuratorem R. D. Victorium Pozzani, advocatum, et Confraternitatem Nativitatis et septem Dolorum B. M. V. eiusdem loci,*** appellatam, ***repraesentatam per legitimum procuratorem D. Angelum D'Alessandri, advocatum, interveniente et disceptante in causa Rmo Promotore iustitiae H. S. T., sequentem definitivam tulerunt sententiam.***

Laudabilem usum religiose servant Confraternitates loci «Martina Franca », archidioecesis Tarentin., visitandi processionaliter Ssmum Eucharistiae Sacramentum in urna repositam ad modum sepulcri, Feria V in Coena Domini et Feria VI in Parasceve. Ex inducto more, hucusque servato, Confraternitas sub titulo Nativitatis et septem Dolorum B. M. V. visitationem processionaliter peragit sub vesperam Feriae V, dum aliae septem Confraternitates idem pium explent exercitium summo mane insequentis Feriae VI. Usu, durante superiore bello, intermisso ex civili vetito, ac iterum, restitutis rebus, resumpto, Archiconfraternitas sub titulo « Immacolata degli Artieri » anno 1919 licentiam a Curia flagitavit visitationem ad Feriam V transferendi ; quod vix rescivit altera Confraternitas, mordicus restitit quominus admotae preces, favorabili voto Commissionis liturgicae iam communitae, exaudirentur, asserens sibi uni ius esse talem visitationem processionaliter ducendi praefata Feria V; imo libello dato petiit, quod, per Curiae decretum, tale exclusivum ius, ab immemorabili exercitum, firmare tur

Archiconfraternitas in ius vocata, actricis intentioni hisce in terminis sese opposuit: « per giudicare con equanimità la domanda **sotto-**
« messa da questa Arciconfraternita all'approvazione dell'autorità eccle-
« siastica, basta rilevare che, mentre la Congrega Natività *è* sette Dolori
« insiste nel voler perpetuare la tradizione della sua processione, che
« esce nelle ore vespertine e che si ritira nelle ore alte della notte, la
« nostra Arciconfraternita invece domanda di uscire in processione ***nelle***
«. ore antimeridiane del Giovedì Santo e di ***ritirarsi prima che esca la***
«processione della Congrega opponente. Si vede chiaro che la domanda
« dell'Arciconfraternita **è** altamente informata al rispetto dell'ordine e
« del diritto, ***sema contrasto col diritto altrui ».***

Lite inter partes contestata, tria dubia Iudicis cognitioni fuerunt submissa ad ipsam litem exhauriendam ac decernendam, nempe : « 1) Se
« la consuetudine vantata dalla Congrega " Natività e sette Dolori „
« debba dirsi immemorabile, ovvero rimonti ad un'epoca relativamente
«recente e propriamente al 1865. - 2) Se la detta Congrega con
« aver fatto essa sola la processione dei Giovedì Santo, senza conte-
se stazione fino al 1919, ha potuto prescrivere contro il diritto delle altre
« Confraternite del luogo di fare la stessa processione nello stesso
«giorno. - 3) Se l'Arciconfraternita " Immacolata degli Artieri,, possa
« vantare il privilegio di fare la stessa processione nello stesso giorno
« in forza di un Breve Apostolico del 25 maggio 1819 ». Quibus dubiis Curiae Officialis, sententia 27 februarii 1921, respondit: Ad 1um ***affirmative*** ad primam partem, ***negative*** ad secundam; ad 2um ***affirmative,*** et ad 3um ***negative;*** atque in sequelam datae responsionis decrevit: « è da
«accogliersi in tutta la sua integrità la istanza presentata da parte
« della Congrega Natività e sette Dolori di Maria Ssma il 28 dicem-
« bre 1919, e però **è** da riconoscere e riconfermare alla medesima Con-
« grega il diritto di fare essa soia, fra tutte le Confraternite ed Arci-
« confraternite del luogo, la processione per la visita ai santi Sepolcri
« nel giorno di Giovedì Santo, riconoscendole tale diritto come suo pri-
« vilegio ».

Ab hac sententia vieta Archiconfraternitas Rotale Auditorium tempore utili appellavit, et partium procuratores binas dubiorum formulas pro controversi iuris solutione iudicio Nostro subiecerunt, nempe:
« I. An constet de iure exclusivo Confraternitatis vulgo nuncupatae
« ". Natività e sette Dolori di Maria Ssma „ loci Martina Franca, pro-
« cessionaliter visitandi Ssmum Eucharistiae Sacramentum in urna repo-
« situm (vulgo ***Sacri Sepolcri)*** Feria V Maioris Hebdomadae, in casu.
« Et quatenus ***negative.*** II. An constet de iure Archiconfraternitatis,

« vulgo nuncupatae " Immacolata degli Artieri » eiusdem loci, eandem « visitationem processionaliter peragendi, in casu »".

Cum vero D. Ponenti visum fuerit, per assertum privativum ius ex Confraternitatis parte, et ab appellata sententia recognitum, Ordinarii Tarentini iura pessumdari posse, ipsumque ordinem publicum forte in discrimen versari, interventum in causa Promotoris Iustitiae huius S. T. decrevit, et successive, editas ab eo animadversiones, una cum patronorum allegationibus, R. P. D. Archiepiscopo communicari mandavit, facta eidem facultate alias addendi, pro sui iuris tuitione, rationes. Atque responsione accepta die 25 iunii superioris anni, qua declaravit sibi nihil adiiciendum superesse doctis animadversionibus Promotoris Iustitiae, ad ulteriora progressum est.

In iure. - « Nomine sacrarum processionum significantur sollemnes supplicationes, quae a populo fideli, duce clero, fiunt, eundo ordinatim de loco sacro ad locum sacrum, ad excitandam fidelium pietatem, ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, ad divinum auxilium implorandum » (can. 1290 § 1, ***Cod. iur. can.).*** Haec definitio processiones publicas pressius respicit: habentur autem et privatae seu particulares, quae vel «fiunt inter privatas aedes, puta monasteriorum et parochiae, vel a privatis personis coetum universalem ecclesiae non convocando » (Ferraris, ***v. Processio,*** append. n. 3). Particularibus processionibus accensentur, quae a clero et fidelibus uni particulari ecclesiae adscriptis, vel a Regularibus aut Confraternitatibus per vias ducuntur (Wernz, t. 3, num. 565, II, V); at quaecumque ipsae sint, publicae nempe vel privatae aut particulares (dummodo de iis non agatur, quae intra ecclesiae vel monasterii cancellos perficiuntur), Episcopi loci iudicio, privative quoad omnes, subiectae manent circa earum permissionem, abolitionem et translationem, consuetudine vel praescriptione etiam immemorabili non obstante, prout pluries SS. RR. Congregationes, praesertim Rituum, decrevere.

Processiones quae inveniuntur legitime introductae, nova non indigent, de iuris rigore, Episcopi licentia singulis vicibus flagitanda, ;mo ecclesiarum Rectores easdem omittere vel transferre nequeunt, inaudito et contradicente Episcopo (can. 1294 § 1). At si alicubi consuetudo vigeat, singulis vicibus licentiam petendi, utpote iuri et disciplinae favorabilis, manutenenda est. Potest nihilominus Episcopus, particulares praesertim processiones, legitime licet introductas, ***ex causa*** prohibere « si fuerit repertum expedire, ut prohibeantur » (S. R. C. in ***Elboren.,***

ad 2[uni], die 14 ianuarii 1617), integro tamen recursu, ad licentiam supplendam, penes SS. Congregationes.

Ad Confraternitates quod attinet, nullo prohibentur iure, quominus processiones intra ambitum propriae ecclesiae perficere, iuxta cuiusque statutum, valeant, vel ***consuetas,*** legitime introductas, per vias ducere; at iure ipsae non potiuntur processiones ***novas*** inducendi, sine Episcopi loci licentia. In decreto generali ***Urbis d orbis,*** 10 dec. 1703, ad dubium sub n. 22: «An eaedem processiones (iuxta cuiusque Confraternitatis statutum) fieri possint ***extra ambitum*** ecclesiarum absque licentia illorum parochorum, per quorum territorium transeundum est», S. R. C. respondit: ***negative, nisi adesset licentia Episcopi.*** Et can. 1294 § 1, ***God.*** praescribit: « Parochus vel ***quivis alius nequit processiones novas inducere, vel consuetas transferre vel abolere, sine Ordinarii loci licentia*** ». Absonum exinde est de iure Confraternitatum loqui in subiecta materia.

A liturgicis legibus non improbatur, quominus duae vel plures processiones eadem die habeantur, dummodo diverso tempore, prout Innocentius XI disposuit in causa vertente inter Fratres Ordinis Minorum et PP. Praedicatores in Indiis, circa supplicationem Ssmi Corporis Christi in Dominica infra Octavam eiusdem habendam, decernens ab utrisque eadem mane haberi posse, dummodo distinctis horis ab Episcopo praescribendis (Constit. ***Sua Nobis,*** a. 1696). Et in eundem sensum decisum fuisse etiam a S. C. EE. et RR., testatur Ferraris, 1. c, n. 30. Id autem caute notandum, quod ii qui in quasi-possessione sunt aliquam processionem faciendi, ius habent ne ab aliis ***turbentur ;*** et cum iuris exercitium hac in re nonnisi concipiatur praeeunte Episcopi licentia, hic non potest eamdem aliis largiri in possidentium praeiudicium (nisi prohibitio pro his ex causa praecesserit); unde inter duos aeque gratificatos Episcopi licentia, ille praeferendus, qui in quasi-possessione versatur, vel antiquior existit. At cautius adhuc monendum, quod ***-iurbatio sensu iuridico est accipienda,*** quatenus iuris possessi exercitium praepediat, vel eidem molestias inferat, ***non autem sensu morali, ex animi passione orta,*** aemulum aemulosve videndo eamdem processionem eadem die celebrantes. Tandem animadvertendum, quod manutentio ***turbato*** in sua quasi-possessione concedenda, ***tantummodo ad limites possessionis, et ad statum in quo quis reperitur tempore motae litis*** coarctanda est, prout pluries decrevit Rota (Dec. 704, n. 4, p. 1; Dec. 16, n. 13, p. 6; Dec. 97, n. 9 et 20; Dec. 76, n. 1, p. 5, ***Bec):*** cohaerenter principio, quod praescriptionis materiam moderatur, ***tantum praescriptum, quantum possessum,*** ita ut ***praescriptio commensuretur cum***

ipsa possessione (ibi, Dec. 484, n. 3, **p.** 1; Dec. 502, n. 6, p. 4, t. 1; Dec. 21, n. 16, p. 14).

In facto. - Visitatio, quam sodales Confraternitatis B. M. V. sub titulo « Natività e sette Dolori », processionaliter ducunt Ssmum Eucharistiae Sacramentum adoraturi Feria V Maioris Hebdomadae, indolem praesefert particularis potius processionis, quam merae peregrinationis. Ipsa enim, praeeunte Cappellano, de loco sacro ad sacrum initium ducit et fertur, statua B. M. V. Perdolentis circumdata; ad excitandam confratrum pietatem indicitur, et ad publicum cultum exercendum praecipue intenditur. Nec alius indolis est ea, quam de Ordinarii licentia perficere intendit Archiconfraternitas « Immacolata degli Artieri », prout ex ipsius patroni scriptis didicimus: « Confraternitas intendit more « solito visitare sepulcra, scilicet... confratribus binis et processionaliter « incedentibus, suis indutis saccis ac sodalitii insignia gerentibus, oran- « tibus et psalmodiantibus, praeeunte altero e cappellanis, in manibus « poenitentiae crucem gestante, et in extremo loco sequente Virginis « Perdolentis simulacro ». Hisce visitationibus igitur, abusibus forte irreptis expurgatis (can. 1295), iuris normae superius traditae applicandae sunt, a quibus coeteroquin deflectendum non esset, etsi piis peregrinationibus vel publicis pietatis exercitiis eas accensere placeret Siquidem ***politia,*** ut aiunt, in ordine et cultu publico tuendo ac moderando, ad unum Episcopum in sua dioecesi spectat, et quamvis Confraternitates hoc nomine appellentur, quia in incrementum quoque publici cultus erectae sunt (can. 707 § 2), nequeunt tamen extra propriam ecclesiam hunc pro arbitrio exercere, nec collegialiter cum propriis insigniis et sub proprio vexillo paroeciam vel urbem circumire, sine speciali Episcopi licentia.

Verum Confraternitas « Natività e sette Dolori », ex facto quod hucusque ipsa una talem visitationem perfecerit praefata Feria V, exclusivum ius comparasse praetendit pro integra die, et ex usu immemorabili, quem probandum assumpsit, putavit et putat aliarum Confraternitatum ius praescripsisse; quod appellata sententia plene concessit. At id sustineri non potest.

Et revera; qui asserit sibi privative vel exclusive ius esse processionem aliquam ducendi, duo simul affirmat duoque consequenter probanda assumit: ius nempe ***faciendi, et*** ius ***prohibendi*** ne alii idipsum faciant. Quandiu privativum ius privilegio continetur, haud difficile est ex concessionis terminis eius indolem metiri; at si, in eius defectu, possessio immemorabilis adducitur, tanquam privilegii probatio prae-

suniptiva, satis non est una possessio iuris ***faciendi*** processionem, sed praecise exigitur iuris ***prohibendi*** possessio, qua privativum ius in sua speeie conficitur. Quo posito principio, supervacanea resultat appellatae sententiae argumentatio, coeteroquin docta, corriváta ex incontroversa possessione iuris faciendi processionem unice ex parte Confraternitatis «Natività e sette Dolori », Feria V in Coena Domini, et fallax inde deprompta conclusio circa ius exclusivum vel privativum eidem competens; possessio enim iuris ***prohibendi,*** factis positivis, non negativis conficitur, et quod ceterae Confraternitates eandem processionem hucusque non fecerint, prohibitione evenisse ex Confraternitatis parte aliarumque sequuta acquiescentia, nec ostensum^ nec ostendi tentatum est.

His addatur quod, cum Confraternitates iure non potiantur processiones novas inducendi, et praescriptio non concipiatur, quo iura aliena usucapienda desiderantur, desidia vel acquiescentia ex earum parte ipsis nocere non potest: ***non entis nullae sunt qualitates vel proprietates:*** exinde praetensum ius exclusivum, quatenus existeret, in praeiudicium iurium Episcopi unice in themate retorqueretùr, cui privative revera spectat hanc materiam indulgere et moderari. Haec iura, vero, praescriptioni vel immemorabili obnoxia esse non posse, ipsi contendentes cum appellato iudice pacifice concedunt.

Cohaerenter his traditis principiis, inutile duximus petitioni Confraternitatis adstipulari circa probationem in forma iuris assertae immemorabilis, eamque reiecimus incidentali sententia diei 10 decembris superioris anni; posita enim inefficacia possessionis, utut immemorabilis, ad fines praesentis iudicii, frustra probabatur, quod probatum non relevabat. Ad rem Card. De Luca super quaestione ***pro veritate*** consultus : an communitas prohibere possit Domino loci, seu Baroni, novum hospitium, ex eo quod ***ipsa solum*** de praeterito illud habuerit: « respondi, ita ille, quod in hoc statu, et donec ex parte dictae Communitatis fieret formalis probatio ad huius iuris privativi praescriptionem necessaria, et quam ex facti circumstantiis reputabam moraliter impossibilem, improbabilis erat eius oppositio. ... Neque obstare dixi longam observantiam retroacti temporis, quoniam cum hoc ius prohibendi dicatur de Regalibus, atque ob expressam iuris resistentiam ***non competens recognoscendus Superiorem,*** nisi vel ex privilegio Principis vel ex legitima praescriptione, privilegium vero non adesset, ideo ut praescriptio suffragantur, dum agebatur de iure corporali et facultativo, qualisqualis illa requireretur et sufficeret, dari non potest ***nisi concurrentibus prohibitione et subsequuta acquiescentia*** per tempus congruum, quae stant

loco possessionis ad praescriptionem omnino necessariae. Unde propterea neglexi assumere inspectionem super qualitate praescriptionis ad id necessariae, an scilicet esse deberet immemorabilis, ut una est opinio, vel sufficeret tricenària seu quadragenaria iuxta alteram, quoniam qualisqualis opinio teneretur, effectus erat idem, dum ex cessante dicto necessario requisito, cessare dicebatur eius initium sive ingressus, sine quo inanis labor est disputare de progressu » (de Regal., ***Disc.*** 143).

Ambigendum non est, Confraternitatem « Natività e sette Dolori », ex quasi-possessione quam habet, ducendi processionaliter visitationem Feria **V** Maioris hebdomadae, ius sibi comparasse adversus perturbatores ut in sua possessione manuteneatur: at cum huiusmodi ius possessi temporis limites praetergredi nequeat, coarctatum esse debet vespertinis horis praedictae Feriae, in quibus consuevit visitationem peragere. Ultra id, nihil aliud, quaesito iure, praetendere potest.

Vicissim, ex iuris principiis, suo loco expensis, liquido descendit, non posse Archiconfraternitatem « Immacolata degli Artieri » praetendere, quod ipsi facultas fiat controversam visitationem instituendi horis antemeridianis praedictae Feriae. Ex facto enim quod exclusivum ius Confraternitati Nativitatis et septem Dolorum recognitum non fuit, haud sequitur posse ipsam, iure quodam nativo, talem visitationem peragere vel transferre ad eandem Feriam, prout ex altero dubio proposito, in quo de ***iure*** sibi competente disputationem assumpsit, non dubie coniicitur. Minus recta, consequenter, habenda sunt, quae ad rem scribit eius patronus: « meminerit Ordinarius, quod huiusmodi reli-
« gionis exercitia profluunt non ab ipsius concessione, sed dependent
«a libera voluntate Congregationum, quae pro lubitu facere vel omit-
« tere possunt ».

Cum ad unum loci Episcopum iure spectet licentiam concedere, sive pro nova inducenda a quoquam processione, sive pro ea ad alium diem transferenda, ipse unus concessionis iudex est, qui, omnibus rimatis casus adiunctis, quid agendum sit, decernit. Visitationes processionaliter ductae, de quibus in themate, abusibus quibus forte scatent expurgatae, plurimum certe conferunt ad cultus publici incrementum, eo potissimum die, quo memoria recolitur institutionis Sacramenti salutis, et quo Christus Dominus maximis opprobriis a Iudaeis saturatus est. At circumstantiae etiam perpendendae sunt personarum et locorum, ut videatur an revera inducenda novitas ad cultus incrementum conferre possit, anve consultius sit quieta non movere ad scandala vel maiora mala vitanda: quae omnia cum loci Episcopo perspecta esse debeant, eius iudicio credita manent.

Nec demum asserto iuri Archiconfraternitatis suffragari potest Breve S. P. Pii VII diei 15 maii 1819, quo indulgentiae illius sodalibus largiantur, ***processionaliter*** visitantibus SS. Eucharistiae Sacramentum in urna repositum Feria V Maioris hebdomadae et Feria VI in Parasceve^ Nihil enim ibi de praetenso iure vel privilegio cavetur, sed nudum factum in eo enunciatur, quod concessionis indulgentiarum fundamento esse debebat, propositum nempe ipsius Archiconfraternitatis visitandi processionaliter etc. ***de licentia Episcopi.*** Breve igitur indulgentias largitur ***servatis de iure servandis,*** quae in eo non supplentur, sed integra quibus spectant servantur. Imo factum quod Breve per integrum saeculum exsecutioni mandatum non fuit, indicium non aspernabile suppeditat ad arguendum, loci Ordinarium prudens non existimasse sodalibus licentiam pro visitatione per modum processionis concedere, eosque e contra contentos retinuisse, si bini et bini, ad invicem separati et absque cruce erecta incederent, ecclesiasque visitarent. Id eruitur ex precibus ab Archiconfraternitate admotis S. C. Ind. et Reliq. an. 1865, ut indulgentias a Pio VII concessas lucraretur, licet non ***processionaliter*** SS. Sacramentum in urna repositum visitaret; « nel 1819 per « lucrare maggiormente le Indulgenze, ottennero dalla sa. me. di Pio VII « di poter esercitare il pellegrinaggio, visitando i Santi Sepolcri ***pro-« cessionaliter et de licentia Episcopi.*** Furono infatti autorizzati al desi- « derato pellegrinaggio dal Vescovo, il quale prescrisse loro di eseguire « tali processioni a due a due, e a certa distanza, vestendo le proprie « insegne, senza inalberare la croce... Avendo però ora avvertito che « non accedendo alla visita suespressa ***processionalmente,*** non lucrano « le concesse Indulgenze, i Confratelli del suddetto Pio Sodalizio sup- « plichevoli implorano umilmente, che possano usufruire delle Indul- « genze loro concedute, benché non si rechino all'adorazione del S. Se- « polcro ***processionaliter,*** ma a due a due nel modo sopra descritto ». Quibus precibus S. C. ex audientia SSmi diei 4 augusti 1865 benigne annuit, petitamque concessionem arbitrio et conscientiae Ordinarii Tarentin. commisit, qui vice sua sic rescriptum est exequutus : « Soda- ss les Virginis Immaculatae Martinae civitatis gaudeant de Indulgentiis « concessis in anno 1819 a Papa Pio VII, quamvis bini et non proces- « sionaliter se conferant in Feria V et VI Maioris hebdomadae ad visi- « tandas ecclesias, quo asservatur SS. Eucharistia in urna, quoties earum « visitatio fiat cum signo Sodalitatis, ut moris ».

Quibus omnibus in iure et in facto consideratis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et Deum solum prae oculis

habentes, Christi nomine invocato, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, propositis dubiis respondentes : ad 1um ***Negative,*** ***&d*** 2um ***Negative,*** integro iure Archiepiscopi ad normam ss. canonum.

In expensas omnes iudiciales utramque partem condemnamus, et quoad eas, quae in Curia primae instantiae factae fuerunt, quaeque stante appellatione super causa principali hucusque persolutae non sunt, volumus et mandamus ab utraque parte virium rependendas esse non ultra mensem ab huius sententiae notificatione, appellatione non obstante.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim tit. XVII, lib. IV, Codicis iuris canonici; iis adhibitis exsecutivis ac coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 3 februarii 1922.

Franciscus Parrillo, ***Ponens,***
Franciscus Solieri.
Iosephus Florczak.

L. ffi S.

Ex Cancellaria, 14 martii 1922.

T. Tani, ***Notarius.***

n

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (FOLGHI-BAILLY)

Die 14 iunii 1922

Cum ignoretur locus commorationis Dñae Paulae Bailly, in causa conventae, instante Patrono Actoris, Philippi Folchi, per praesens edictum eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, coram Nobis in sede Tribunalis S. R. Rotae ***(Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94, Roma)*** die 8 augusti 1922, hora undecima, ad dubium concordandum vel infrascriptum subscribendum, et ad diem destinandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae, de qua supra, definitione.

DUBIUM

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco Dominae praefatae, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione eadem moneatur.

Ioannes Prior, ***Ponens.***

L. © S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 17 iunii 1922.

Ioannes Ladelci, ***Notarius.***

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par édit

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (FOLCHI-BAILLY)

Die 14 iunii 1922

Puisqu'il conste que Madame Paule Bailly, défenderesse en cette cause, ne peut être trouvée, sur l'istance de l'Avocat de Monsieur Philippe Folchi, Nous citons, par le présent édit, la même défenderesse à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, devant Nous, au siège du Tribunal de la Sacrée Rote Romaine ***(Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94, Roma)*** le 8 août 1922, à 11 heures du matin, pour souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la S. R. Rote.

DOUTE

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence de la dite défenderesse doivent, dans la mesure du possible,l'avertir de la présente citation.

Jean Prior, ***Ponent.***

L. © S.

Donné à Rome, du siège de la S. Rote Romaine, le 17 juin 1922.

Jean Ladelci, ***Notaire.***

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA

SOLUTA IN PLENARIIS COMITIIS EMORUM PATRUM

De electione et postulatione

1. Utrum ad normam can. 180 § 1, concurrente postulatione cum electione, si in primo, altero et tertio scrutinio suffragia dividantur inter postulatum et eligibilem, atque nec postulatus duas tertias partes Suffragiorum obtinuerit, nec eligibilis maioritatem absolutam, sed relativam tantum, hic valide electus sit.

% Si plures sint eligibiles, utrum valide electus sit qui inter eos maioritatem obtinuerit relativam.

Resp.: Ad 1um affirmative, seu in tertio scrutinio valide eligi maioritate relativa, excluso postulato.

Ad 2um affirmative, seu inter eligendos valide eligi eum qui obtinuit maioritatem relativam, excluso hoc quoque in casu postulato.

• ***De reservatione dignitatum***

Utrum ad normam can. 396 § 1 Sedi Apostolicae reservetur collatio dignitatum, quae nullam praebendam, nulla emolumenta, aut valde exigua adnexa habeant.

Resp.: Affirmative.

Romae, 1 iulii 1922,

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

Aloisius Sincero, ***Secretarias.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 13 giugno, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi signori Cardinali, e con il voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria,* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Venerabile Servo di Dio Mariano da Rocca Casale, Laico professo dell'Ordine dei Frati Minori.

Martedì 20 giugno, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Particolare,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali e i Rmi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1) Intorno alla validità di tutti i Processi costruiti sopra i miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Giovanni Eudes, Fondatore della Congregazione di Gesù e Maria e dell'Ordine della Beata Maria Vergine della Carità, miracoli avvenuti dopo la solenne Beatificazione del medesimo Beato. •

2) Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Napoli, sopra la fama di santità della vita, delle virtù e dei miracoli in genere del Venerabile Giovanni Battista Guarino, Parroco di S. Pietro a Paterno.

3) Intórno alla validità di tutti i Processi Apostolici ed Ordinari costruiti per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Venerabile Lucia Filippini, Fondatrice e Superiora dell'Istituto delle Maestre Pie, chiamate dal cognome di lei.

4) Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Napoli, sopra la fama di santità delle virtù e dei miracoli in genere della Venerabile Caterina Volpicelli, Fondatrice dell'Istituto delle Ancelle del Sacro Cuore di Gesù.

5) Intorno al culto in ossequio ai decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Leonardo Murialdo, Sacerdote secolare, Fondatore della Pia Società di San Giuseppe.

6) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Aikenhead, Fondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità, in Irlanda.

7) Finalmente intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Eustella Harpain, Vergine secolare.

Martedì 27 giugno, nel *Palazzo* Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Giovanna Antida Thouret, Fondatrice dell' Istituto delle Suore della Carità.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

23 giugno 1922. Monsig. Cesare Orsenigo, eletto Arcivescovo tit. di Tolemaide di Libia, ***Internuncio Apostolico in Olanda.***

27 » » Monsig. Augusto Boudinhon, ***Referendario nel Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

~ ***Assistenti al Soglio Pontificio :*** ' '

22 maggio 1922. Monsig. Pasquale Gagliardi, Arcivescovo di Manfredonia.
19 giugno » Monsig. Arturo Stanislao Touchet, Vescovo di Orléans.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium :

18 maggio 1922. Monsig. Eugenio Spee, della diocesi di Liegi.
20 » » Monsig. Sebastiano Tognon, dell'archidiocesi di Gorizia.
22 » » Monsig. Leonardo Margiotta Zema, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
<§ giugno » Monsig. Emiliano Schoëpfer, della diocesi di Bressanone.
9 » » Monsig. Giuseppe Leone Napoleone Campean, dell'archidiocesi di Ottawa.
13 » » Monsig. Donato Tartaglione, dell'archidiocesi di Capua.
15 » » Monsig. Raffaele Di Biase, della diocesi di Aversa.
» » » Monsig. Gabriele Cloutier, dell'archidiocesi di S. Bonifacio
18 » - » Monsig. Michele Boland, della diocesi di Duluth.

Prelati Domestici di S. S.:

16	***maggio***	***1922.***	Monsig. Antonio Pica, della diocesi di Teggiano.
»	»	»	Monsig. Luigi Verone, della medesima diocesi.
21	»	»	Monsig. Giovanni Poli (Roma).
22	»	»	Monsig. Bettino Bettoni, della diocesi di Crema.
»	»	»	Monsig. Samuele Ciceronescu, della diocesi di Gran Varadino.
23	»	»	Monsig. Patrizio Dunne, dèll'archidiocesi di Chicago.
»	»	»	Monsig. Tommaso P. Bona, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francisco A. Purcell, della medesima archidiocesi.
24	»	»	Monsig. Giuseppe J. Cunneely, della diocesi di Newark.
»	»	»	Monsig. Tommaso J. Kernan, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Eugenio P. Carrol, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe H. Meehan, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Erminio Rovagnati, dèll'archidiocesi di Milano.
28	»	»	Monsig. Alfonso Kannengieser, della diocesi di Strasburgo.
29	»	»	Monsig. Giuseppe Antonella (Roma).
30	»	»	Monsig. Salvatore Raia, della diocesi di Conversano.
»	»	»	Monsig. Celestino Mahé, della diocesi di Alexandria ***(S. U. A.).***
1	***giugno***	»	Monsig. Francesco Evola, dèll'archidiocesi di Monreale.
8	»	»	Monsig. Michele Giuseppe Brady, della diocesi °di London.
9	»	»	Monsig. Francesco Tschann, della diocesi di Bressanone.
»	»	»	Monsig. Urbano Draxl, della medesima diocesi.
10	»	»	Monsig. Umberto Ugliengo, della diocesi di Casale.
»	»	»	Monsig. Lorenzo Cresti, dèll'archidiocesi di Siena.
»	»	»	Monsig. Gaetano D'Ardia, dèll'archidiocesi di Sorrento.
11	»	»	Monsig. Enrico Vandame, della diocesi di Lilla.
13	»	»	Monsig. Antonio Camilli, della diocesi di Aquino.
14	»	»	Monsig. Agostino Parzado Garcia, della diocesi di Salamanca.
17	»	»	Monsig. Wilfredo Jubinville, dèll'archidiocesi di San Bonifacio.

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Benedetto XV, di fel. mem., si era degnato di conferire la seguente onorificenza:

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 ottobre 1921. Al sig. Giuseppe Micara, della diocesi di Poggio Mirteto.

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è ¡degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

19 maggio 1922. Al sig. conte Thierry Michel de Pierredon Maria Enrico, della diocesi di Fréjùs.

31 » » Al sig. cav. Alessandro Noghes, della diocesi di Monaco (Principato).

1 giugno » Al sig. Bartolomeo Farelli, (Roma).

3 » » Al sig. dott. Otto Ender, Presidente del Governo del Vorarlberg.

8 » » Al sig. cav. Agostino Wright.

9 » » Al sig. Pietro Van Nu nel, della (diocesi di Gand.

11 » » Al sig. conte Renato Przezdziecki, dell'archidiocesi di Varsavia.

12 » » Al sig. Alberto Marcilhacy, dell' archidiocesi di Parigi.

» » » Al sig. Luigi Gucherousset, della medesima archidiocesi.

» » » Al sig. Teodoro Laurent, della medesima archidiocesi.

» » » Al sig. Eugenio Muniot, della medesima archidiocesi.

13 » » Al sig. avv. cav. Giorgio M. Armando Fresneau, della diocesi di'Angers.

15 » ' » Al sig. duca Francesco de Pèrusse des Cars, della diocesi di Le Mans.

16 » » Al sig. marchese Edoardo Persichetti-Ugolini, dell'archidiocesi di Aquila.

» » » Al sig. Ferrando Fourcade, deirarchidiocesi di Parigi.

» » » Al sig. Leone Cornar, della medesima archidiocesi.

17 » » Al sig. cav. Elzéar Miville-Déchêne, dell'archidiocesi di Quebec.

» » » Al sig. Giuseppe Dufour, della medesima archidiocesi.

> » » Al sig. Alfredo Dejardins, della medesima archidiocesi.

19 » » Al sig. Eugenio L'Ebraly, della diocesi di Clermont.

» » » Al sig. cav. Casimiro Pajot, della medesima diocesi.

»• » » Al sig. cav. Edoardo Everat, della medesima diocesi.

» » » Al sig. dott. Ludovico Necchi, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 aprile 1922. Al sig. Patrizio Enrico Callahan, della diocesi di Louisville,

17 maggio » Al sig. Francesco Thabaud-Deshoulières, dell'archidiocesi di Parigi.

19 » » Al sig. Roberto E. Jennings, della diocesi di Newark.

30 » » Al sig. prof. Augusto Audollent, della diocesi di ClermonL

31 maggio 1922: Al sig. Adolfo Blanchy, della diocesi di Monaco (Principato).
1 giugno » Al sig. Giovanni Goris, dèll'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Paolo Delandskeere, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Leone Mallié, della diocesi di Tournai.
2 » » Al sig. Luigi Vincent, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Luigi -Watine-Duthoit, della medesima diocesi.
3 » » Al sig. Giuseppe Gohm, della diocesi di Bressanone.
8 » » Al sig. Giuseppe Serafini, della diocesi di Corneto e Civitavecchia.
» » » Al sig. Giuseppe Vastapane, dèll'archidiocesi di Torino.
12 » » Al sig. Giovanni Pietro Miller, dèll'archidiocesi di Oregon-City.
13 » » Al sig. Renato Quid' Beuf, della diocesi di Le Mans.
16 » » Al sig. Gustavo Daumas, dèll'archidiocesi di Parigi.
19 » » Al sig. Maurizio Basse, della diocesi di Clermont.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 maggio 1922, A S. E. il sig. Sigfrido Meierovics, Presidente del Consiglio dei Ministri, e Ministro degli Affari Esteri della Lettonia.
15 giugno » Al sig'. ing. Pietro icaza y Aguirre, della diocesi di Vitoria.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

30 maggio 1922. Al sig, dott. Adriano Enrico Maria Giuseppe Van Rooy, della diocesi di Harlem.
» » » Al sig. Giovanni Lasdin, Capo Gabinetto del Ministro de^gli Affari Esteri della Lettonia.
16 giugno » Al sig. cav. Ercole Grossoni, dèll'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

1 giugno 1922. Al sig. Pasquale Sorrenti, dèll'archidiocesi di Catanzaro.
3 » » Al sig. Lorenzo ivirchmair, dèll'archidiocesi di Torino.
» » » Al sig. Giuseppe Arneodo, della medesima archidiocesi.
15 » » Al sig. Luigi Sourtié, dèll'archidiocesi di Auch.

MAGGIO RDOM ATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Monsignor Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

11	*marzo*	*1922.*	Monsig. Francesco Lazzara (Roma).
»	»	»	Monsig. Filippo Picconi (Roma).
18		»	Monsig. Stefano Janeo vie, della diocesi di Ni tra.
			Monsig. Stefano Spusta, della medesima diocesi.
			Monsig. Ugo 0' Reilly, dell'archidiocesi di Brooklyn.
10	*aprile*	»	Monsig. Emilio Valeri, della diocesi di Tivoli.
20	»	»	Monsig. Davide Rossi, dell'archidiocesi di Milano.
»	»	»	Monsig. Alessandro Macchi, della medesima diocesi.
	»		Monsig. Giuseppe Polvara, della medesima, diocesi.
	»		Monsig. Giuseppe Magri, della medesima diocesi.
3	*maggio*		Monsig. Giuseppe Vincenzi, della diocesi di Alife.
12			Monsig. Giuseppe Gingolani, della*diocesi di Recanati.
13			Monsig. Eugenio S. Burke, della diocesi di Newark.
16			Monsig. Eccelso de A J mei da, dell'archidiocesi di Goa.
			Monsig. Claudio, Maurilio Alvares, della medesima archid.
			Monsig. Lucio Rocco Giuseppe Va.z, della medesima archid.
17			Monsig. Giuseppe Alves Landim, della diocesi di Pesqueira (Pernambuco).
23			Monsig. Francesco Andriulli, dell'archidiocesi di Acerenza.
27			Monsig. Raimondo Hourcastagné, della diocesi di Bayonne.
31			Monsig. Giuseppe Mariani, della diocesi di Volterra.
»			Monsig. Francesco Saverio Gleiss, della diocesi di S. Ippolito.
»			Monsig. Giuseppe Macho, della medesima diocesi.
			Monsig. Antonio Pommer, della diocesi diSeckau.
			Monsig. Domenico Zanette, della diocesi di Ceneda.
1	*giugno*		Monsig. Giuseppe Urrutia Raba, della diocesi di Santander.
			Monsig. Vittorio Romolo Danesi (Roma).
			Monsig. Guglielmo Hawkswell, della diocesi di Leeds.
			Monsig. Michele Fernicola, dell'archidiocesi di Campagna.
			Monsig. Valentino Valentini, della diocesi di Foligno.
			Monsig. Domenico Della Vedova, della medesima diocesi.
			Monsig. Alessandro Paglia, della medesima diocesi.

8	***gmgno***	***1922.***	Monsig. Giuseppe Apap-Bologna, dèll'archidiocesi di Malta.
»	»	»	Monsig. Paolo Gauci, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Paolo Muscat, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Enrico Calleja Schembri, della medesima arcbidioc.
»	»	»	Monsig. Spiridione Penza, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Marengo, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Alfonso Agius, della medesima archidiocesi.
10	»	»	Monsig. Evandro Moretti, della diocesi di Città della Pieve.
»	»	»	Monsig. Manfredo Torchi, dèll'archidiocesi di Siena.
»	»	»	Monsig. Alberto Marelli, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Nazareno Orlandi, della medesima archidiocesi.
12	»	»	Monsig. Mario Nunzi, della diocesi di Arezzo.
»	»	»	Monsig. Adolfo Agostoni, dèll'archidiocesi di Bologna.
»	»	»	Monsig. Gavino Marras, della diocesi di Bosa.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Gregorio Tavares, della dioc. di Portalegre
»	»	»	Monsig. Francesco Cancio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Carlo Koci.
»	»	»	Monsig. Riccardo Bartolón! (Roma).
»	»	»	Monsig. Antonio Ender, decano parroco di Feldkirck (Bressanone).
14	»	»	Monsig. Vincenzo del Signore, della diocesi di Fano.
»	»	»	Monsig. Giorgio Narjauskas (Lituania).
»	»	»	Monsig. Raffaello Maestrini, della archidiocesi di Firenze
»	»	»	Monsig. Giuseppe Giondini, della medesima archidiocesi.
16	»	»	Monsig. G. B. Camoni, della diocesi di Bagnorea.
»	»	»	Monsig. Carlo Papini, dèll'archidiocesi di Lucca.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Rossini, della diocesi di Faenza.
17	»	»	Monsig. Paolo Blaho, dèll'archidiocesi di Strigonia.
»	»	»	Monsig. Evaristo Czaykowsky, della medesima archidiocesi
»	»	»	Monsig. Adalberto Haliczky, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Kováts, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Véghj della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Fornara, della diocesi di Novara.
»	»	»	Monsig. Francesco Gillow, della diocesi di Liverpool.
»	»	»	Monsig. Pietro Giuseppe Geraud, della diocesi di Saint-Flour.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Kubica, della diocesi di Gurk.
»	»	»	Monsig. Luigi Biferi, dell'abbazia di Subiaco.
19	»	»	Monsig. Gaetano Dattilo, dèll'archidiocesi di Cosenza.
»	»	»	Monsig. Angelo Sironi, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Antonio Del Vecchio, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Caruso, della medesima archidiocesi.
20	»	»	Monsig. Sisinio Peretto, della diocesi di Adria.
»	»	»	Monsig. Ernesto Piana, della medesima diocesi.

21 giugno 1922. Monsig. Giuseppe Bolzoni, della diocesi di Borgo S. Donnino.
22 » » **H** Monsig. Giuseppe Stefanini, della diocesi di Livorno.
» » » Monsig. Francesco Hrubik, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Giovanni Rihànek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Hilgenreiner, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Yankó, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Michele Mareth, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Zumbo, dell'archidiocesi di Reggio Cai.

Camerieri segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

24 febbraio 1922. Il Sig. baronetto Tommaso Grattan Esmonde, dell'archidiocesi di Dublino.
13 marzo » Il sig. Paolo Malafosse, della diocesi di Montpellier.
17 » » 11 sig. conte Arbeno Attems, dell'archidiocesi di Gorizia.
» » » Il sig. Giovanni Carlo Ogilvie Forbes, della diocesi di Aberdeen.
26 » » 11 sig. marchese Ippolito dei conti Armoni, dell'archidiocesi di Milano.
27 » » Il sig. Camillo Salvi, della medesima archidiocesi.
» » » Il sig. conte Alfonso Zabeo, della diocesi di Padova.
1 giugno » II sig. conte Roberto Carrelli Palombi, dell' archidiocesi di Napoli.
» » » Il sig. Apollonio de Arólas **y** Joval, della diocesi di Barcellona.
» » » Il sig. Antonio Goicoechea **y** Coscullueia, della diocesi di Madrid-Alcalà.
2 * » Il sig. conte Paolo Manassei di Collestatte (Roma).
7 » » Il sig. Enrico Curties, della diocesi di Northampton.
» » » Il sig. conte Giovanni Battista Borgogelli Avveduti, della diocesi di Fano.
9 » » Il sig. Cecilio Carlo Blunt, dell'archidiocesi di Parigi.
10 » » Il sig. marchese Felice Toraldo, della diocesi di Nicotera e Tropea.
16 » » U sig. conte Giacinto de Cabrai Amorini da Cunha, della diocesi di Digione.
» » » Il sig. Enrico Davignon, dell'archidiocesi di Malines.
20 » » Il sig. principe Carlo Gonzaga, dell'archidiocesi di Milano.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

11 marzo 1922. Monsig. Francesco Cesarini (Roma).
20 aprile » Monsig. Oreste Pantalini, dell'archidiocesi di Milano.
17 maggio » Monsig. Ludovico Harza, dell'archidiocesi di Strigonia.

28	*maggio*	*1922.*	Monsig. Antonio Morselli, dell'archidiocesi di Modena.
»	»	»	Monsig. Serafino Pellini, della diocesi di Livorno.
27	»	»	Monsig. Francesco Saverio Olivares, della diocesi di La Serena.
30	»	»	Monsig. Mario Più, dèll'archidiocesi di Cagliari.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Uras, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Elìsio Argiolas, della medesima archidiocesi.
31	»	»	Monsig. Antonio Cancellieri, dèll'archidiocesi di S. Severina.
»	»	»	Monsig. Angelo Gennai, della diocesi di Volterra.
»	»	»	Monsig. Gaetano Coli, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Carlo Schwinglhofer, della diocesi di Seckau.
»	»	»	Monsig. Emilio Cappellini, dèll'archidiocesi di Firenze.
»	»	»	Monsig. Luigi Chiarelli, della diocesi di Ceneda.
7	*giugno*	*1922.*	Monsig. Antonio Lidestri, della diocesi di Caltagirone.
9	»	»	Monsig. Giovanni Gori, della diocesi di Cesena.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Alvisi, della medesima diocesi.
10	»	»	Monsig. Fedele Pericciolì, dèll'archidiocesi di Siena.
12	»	»	Monsig. Alberto Valverde Alonso, dell'archid. di Valladolid.
»	»	»	Monsig. Raffaele Volpini, della diocesi di Chiusi.
13	»	»	Monsig. Francesco Varano, della diocesi di Aversa.
14	»	»	Monsig. Olindo Fedi, deirarchidiocesi di Firenze.
»	»	»	Monsig. Luigi Fanfani, della medesima archidiocesi.
16	»	»	Monsig. Giorgio Dorangrichi, dèll'archidiocesi di Monreale
17	»	»	Monsig. Luigi Zelliger, dèll'archidiocesi di Strigonia.
»	»	»	Monsig. Giulio Gaudnik, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Teodoro Bussay, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Emerico Majer, della medesima archidiocesi
»	»	»	Monsig. Augusto Giustiniani, dell'Abazia di Subiaco.
20	»	»	Monsig. Eraclio Mazzocco, della diocesi di Adria.
22	»	»	Monsig. Antonio Müller, della diocesi di Bressanone.
23	»	»	Monsig. Liberale Dell'Angelo, deirarchidiocesi di Udine.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

20	*aprile*	*1922.*	Il sig. comm. Alessandro Maupetit, della diocesi di Limoges.
17	*maggio*	»	Il sig. Enrico Ramez, dèll'archidiocesi di Cambrai.
»	»	»	Il sig. Enrico Craigen, della diocesi di Aberdeen.
1	*giugno*	»	Il sig. cav. Carlo Bronzuoli, dèll'archidiocesi di Firenze.
»	»	»	Il sig. Domenico Piani, dèll'archidiocesi di Modena.
2	»	»	*Il* sig. Livio Cari mini (Roma).
10	»	»	Il sig. Giorgio di Cannona, dèll'archidiocesi del Messico.
13	»	»	Il sig. avv. Domenico Ardia, dèll'archidiocesi di Napoli.
17	»	»	*lì* sig. Ladislao Lubanski, della diocesi di Luceoria-Zytornir.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.: -

5 maggio 1922. Monsig. Licinio Refice (Roma).
31 » » Monsig. Luigi Pozzobon, della diocesi di Ceneda.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

17 giugno 1922. Monsig. Filippo Saulini, dell'abbazia di Subiaco.
» » » Monsig. Tommaso Marocchini, della medesima abbazia.
» » » Monsig. Francesco Ciarlo, della diocesi di Savona.
» » » Monsig. Francesco Herzog, della diocesi di Praga.

Cappellano d'onore extra urbem :

20 giugno 1922. Monsig. Michele Polin, della diocesi di Adria.

AVVERTENZA

Si comunica per ogni effetto che in data 13 agosto 1920, per ordine di S. E. Monsignor Maggiordomo di Sua Santità, Prefetto dei Sacri Palazzi Apostolici, fu revocato il brevetto in data 9 ottobre 1917 a favore del sig. Vincenzo Costanzo, amministratore proprietario della *Società Internazionale di viaggi e trasporti* (Società Cattolica di viaggi), con il quale gli era stata concessa la facoltà di innalzare lo Stemma Pontificio.

NECROLOGIO

17 marzo 1922. Monsig. Uberto Oliviero Chalifoux, Vescovo titolare di Aureliopoli.
12 giugno » Monsig. Domenico Bianconi, Vescovo di Ferentino.
25, » » Emo sig. Cardinale Teodoro Valfré di Bonzo, del titolo di Santa Maria sopra Minerva, Prefetto della S. C. dei Religiosi.

Annuis **XIV - Vol. XIV** 25 **Iulii** 1922 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA APOSTOLICA

AD VENERABILES FRATRES, PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ORBIS CATHOLICI : RUSSIS FAME LABORANTIBUS OPEM IMPLORAT.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Annus fere iam est, ut meministis, ex quo decessor Noster desideratissimus, paterno dolens animo de miserrimi s Russiae populis, qui, ob calamitatem) post natos homines maximam, pestilentia et fame consumerentur, communem miserationem benefìcentiamque iis vehementissime imploravit, simulque cunctos qui rebus publicis praeessent, diligenter curavit -admonendus, quantum interesset humanae societatis, ut collatis et consiliis et viribus celeriter efficienterque tot tantisque necessitatibus subvenirent. Item memoria tenetis, Nos quoque, pro eadem, Nobis a Iesu Domino tradita, misericordiae hereditate, cum ad Civitatum legatos, qui Genuam convenerant, sollicitas nuper litteras dederimus, rogantes, darent communiter operam rebus earum gentium in ordinem adducendis, tum ipsis gentibus, quamvis diuturna temporum tristitia ab hac Apostolica Sede seiunctae essent, consolationem verbis amantissimis

adhibuisse, declarantes quam cupide earum ad Ecclesiae unitatem reditum expectaremus.

Profecto, his tantis privatim publiceque prementibus omnes fere nationes angustiis, tamen largiter bonorum ca, ritas invitationibus Romani Pontificis respondit. In quo sane eminuerunt - libet enim hic profiteri - subsidiorum vim summa consensione et ratione quadam conferendo, dilecti filii ex copiosioribus Americae regionibus, qui quidem suo beneficio non solum tot aerumnosös sibi, sed humanum ipsum genus obligaverunt. Nec silentio praetereundum est eamdem in rem Senatus Americani consulto ingentem pecuniae summam esse decretam.

At vero huiusmodi subsidia maiorum imimensitati paria minime fuerunt ; nec esse poterant. Acerbiores quotidie nuntii perferuntur ad Nos, et miserabiliores usque efnagitationes calamitosorum, in quibus innumerabiles plane sunt, quotquot alieni auxilii maxime indigent ut infantes, ut pueri, ut feminae, ut senes, quibus, nisi mature succurratur, horrífica mors obeunda est, aut certe amarissima vita tabescendum.

Itaque, urgente Nos sacrosancto munere, quo fungimur, Pastoris summi Parentisque communis ut hominum universitatem caritate Nostra complectamur, toto animi impetu invocamus vos iterum, Venerabiles Fratres, per vosque, omnes quicumque christiane atque adeo humane sentiunt, ad opitulandum tantis miseriis, ut quo magis illae acereverint, eo amplius dilatentur spatia caritatis.

Quoniam vero - quod vos non fugit - ad huius beneficentiae efficacitatem ac fructum omnino opus est ut stipum et collatio et partitio recte atque ordine fiant, idcirco vestrae erit diligentiae, Venerabiles Fratres, quam, accommodatissime rebus, corrugare stipes; quae deinde, per delectos a Nobis viros, eo quo necessitas postulaverit, deferentur, ab iisdem, nullo religionis nationisve discrimine, egentissimo cuique distribuendae.

, Cum deceat autem Nos ad hanc rem exemplo laetoque Nostro esse aliis hortationi, quantum Haec Apostolicae Sedis condicio patitur, libellarum italicarum vicies quinquies centena millia eo destinamus. Sed ante omnia humili prece ac supplici instabimus, ut paene infinitae Russorum multitudini, inedia emorientium, quos quidem tanto cariores habemus quanto calamitosiores cernimus, divinam benignitatem conciliemus. Atque auspicem mercedis sempiternae, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, itemque omnibus qui miseros fratres adiuturi.sunt, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis iulii, anno MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

S. IGNATIUS DB LOYOLA CAELESTIS EXERCITIORUM SPIRITUALIUM PATRONUS DECLARATUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Summorum Pontificum haec fuit semper praecipua cura ut quae ad pietatem vitaeque christianae perfectionem magnopere conducerent, ea summis laudibus commendarent, validisque incitamentis promoverent. Iamvero inter varia eiusmodi adiumenta insignem sibi locum vindicant ea quae S. Ignatius divino quodam instinctu in Ecclesiam invexit Exercitia Spiritualia. Quamquam enim, quae Dei miserentis est benignitas, numquam defuerunt qui res caelestes penitus perspectas Christi fidelibus contemplandas apte proponerent, tamen Ignatius primus libello, quem composuit, cum litterarum etiamtum plane rudis esset, quemque *Exercitia Spiritualia* ipse inscripsit, rationem quamdam et viam peculiarem peragendi spirituales secessus docere coepit, qua ad peccata detestanda vitamque, D. N. Iesu Christi exemplo, sancte disponendam fideles mirifice iuvarentur.

Cuius ignatianae methodi virtute factum est, ut summa horum Exercitiorum utilitas, quemadmodum decessor Noster praeclarae memoriae Leo XIII affirmavit, comprobaretur « trium iam saeculorum experimento.... omniumque virorum testimonio qui vel asceseos disciplina vel sanctitate morum maxime per idem tempus floruerunt ».[1] Praeter tot tamque illustres sanctimonia viros vel ex ipsa ignatiana familia, qui omnem virtutis rationem ab hoc veluti fonte se mutuatos esse disertissime sunt professi, duo illa Ecclesiae

[1] **Ep. *Ignatianae commentationes* ad P. Lud. Martin, Praep. Gen. Soc. Iesu.**

lumina commemorare libet e clero saeculari : S. Franciscum Salesium et S. Carolum Borromaeum. Franciscus enim ut se ad episcopalem consecrationem rite comjpararet, ignatianis Exercitiis studiose vacavit, in iisque eam vivendi rationem sibi ordinavit, quam semper deinceps tenuit secundum reformationis vitae principia in libello S. Ignatii tradita. Carolus autem Borromaeus, ut fel. rec. decessor Noster Pius X ostendit, [1] et Nosmet ipsi ante summum Pontificatum editis historiae monumentis demonstravimus, horum Exercitiorum in se vim expertus, quibus ad vitam perfectiorem impulsus erat, eorumdem usum in.clerum populumque divulgavit. Ex addictis vero religiosae disciplinae sanctis viris feminisque satis est exempli causa nominare illam altissimae contemplationis magistram Theresiam et seraphici Patriarchae filium Leonardum a Portu Mauritio, qui quidem tanti faciebat S. Ignatii libellum, ut omnino eius methodum in animabus Deo lucrandis se sequi confessus sit.

Romani igitur Pontifices hunc parvae quidem molis sed « admirabilem librum » [2] cum iam inde a prima eius editione sollemniter approbarint, laudibus extulerint, Apostolica auctoritate communierint, deinceps eius usum, tum sanctis indulgentiae muneribus cumulando, tum novis subinde praeconiis honestando, suadere non destiterunt.

Itaque Nos, persuasum habentes temporum nostrorum mala inde maximam partem originem ducere, quod iam non sit *qui recogitet corde]* [3] comperto autem Exercitia Spiritualia secundum S. Ignatii disciplinam peracta valere plurimum ad infringendas perarduas difficultates, quibus humana societas nunc passim conflictatur; exploratoque laetam virtutum segetem, sicut olim ita hodie, in sacris secessibus maturescere, cum inter religiosas familias sacerdotesque saeculares, tum inter laicos et - quod nostra praesertim

[1] **Litt. Encycl.** ***Editae saepe.***

[2] BENEDICTUS XIV **in Litt. Apost.** ***Quantum secessus.***

[3] 1ER., XII, 11.

aetate mentione singulari dignum est - inter ipsos opifices; summopere exoptamus, ut usus horum Exercitiorum Spiritualium latius in dies diffundatur et illa pietatis domicilia, quo vel mensem integrum! vel octo aut, si id fieri nequit, pauciores dies seoeditur, tamquam ad perfectae vitae christianae palaestram, frequentiora usque exsistant ac floreant.

Quod cum a Deo pro Nostra dominici gregis caritate precemur, Sacrorum Antistitum universi fere orbis catholici ex utroque ritu flagrantissimis studiis votisque satisf acientes atque etiam hoc tempore, in quod feliciter tum anni saecularis tertii a Sanctorum honoribus Ignatio tributis, tum quarti ab huius aurei libelli confectione solemnia incidunt, cupientes Ipsi Nostri in S. Patriarcham grati animi non dubiam significationem dare, proposito Nobis exemplo Nostrorum Decessorum qui alios aliis Institutis Praestites Tutelares attribuerunt, adhibitis in consilium venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, auctoritate Nostra Apostolica, S. Ignatium' de Loyola omnium Exercitiorum Spiritualium ideoque institutorum, sodalitiorum, coetuum cuiusvis generis, iis qui Exercitia Spiritualia obeunt, operam studiumque navantium, Patronum Caelestem declaramus, constituimus, renuntiamus.

Decernimus vero has litteras Nostras firmas, validas et efficaces esse semperque fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die vigesima quinta mensis iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

A. CARD. VICO, ***Ep. Portuen. et S. Rufinae***
S. B. C. Praefectus.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Leopoldus Capitani, ***Subst. Reg. ex spec. deleg.***

Loco Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXV, n. 5 5.

EPISTOLA

AD EMOS PP. DD. GULIELMUM, TIT. SANCTI CLEMENTIS, S. R. E. CARD. O' CONNELL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM, AC DIONYSIUM, TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI, S. R. E. CARD. DOUGHERTY, ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FOEDERATARUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS CIVITATUM: DE CATHOLICA WASHINGTONIENSI STUDIORUM UNIVERSITATE PROVEHENDA.

Dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quandoquidem probe novimus quantum valeant catholica Instituta ad animos mentesque recte conformandos, facere non possumus, ab ipso Pontificatus Nostri initio, quin omnes curas cogitationesque in ea Athenaea nobilissima conferimus, quae, ut ista studiorum Universitas, eo consilio sunt condita ut et veritatis magistros parent, et fusius doctrinae christianaeque sapientiae lumen per terrarum orbem diffundant.

Itaque cum semper opus istud amaverimus, ex quo scilicet a decessore Nostro fel. rec. Leone XIII, curantibus quidem americanis Episcopis, constitutum est, tum numquam, occasione data, eorum sollertiam laudare praetermisimus qui modis omnibus iuvare ipsum contenderunt, persuasum sibi habentes valde admodum usui fore rei catholicae in America domicilium studiorum in quo altius adolescentes virtute sacrisque disciplinis se excolerent. Iamvero inter alias causas, quae, ad Universitatem condendam, ab Episcopis allatae sunt per communes litteras ex tertio ßaltimorensi conventu datas, fuit ***illa animorum conditio quae ... penitiore potissimum veritatis, tum revelatae tum naturalis, investigatione, sive ex parte populi fidelis, sive praesertim ex parte cleri, contra errores serpentes tutari potest atque in fide roborari.*** Hae rationes, iam tum graves, graviores sane in praesens factae sunt, dum ubique pro viribus enitantur omnes ut ordo in societate humana constabiliatur. Patet enim nullam fore huiusmodi restaurationem, nisi recte educetur iuventus; nec educatio quaelibet apta est ad assequendum finem, sed illa dumtaxat in qua ipsa scientiae institutio religione ac virtute, tamquam fundamento, nititur, quamque Ecclesia modis omnibus commendare non cessavit.

Verum cum oporteat omnino ut studiosa iuventus ardore simul caleat doctrinae ac pietatis, praesertim magnam Dei Matrem colendo, quae est pariter ***Sedes sapientiae ei Fons pietatis,*** idcirco optimum sane consilium inierunt americam Episcopi nationalem aedem Immaculatae Conceptionis apud Universitatem catholicam exstruendi: est enim consentaneum ut prope scientiae templum etiam ***Domus orationis*** exsistat, propterea quod ***pietas ad omnia utilis est... et scientia sine pietate inflat.*** Hac de causa Nos, non secus ac decessores Nostri fel. rec. Pius X ac Benedictus XV, paterna sane benevolentia cum Universitatem tum novum sacrae aedis coeptum prosequimur; ac precamur ut quantocius id magnum perficiatur opus, ex quo, tamquam e sede benignitatis suae, Virgo Mater caelestia salutis et sapientiae munera per Americam universam dilargietur.

Itaque, venerabiles fratres, ad finem illum animos vestros revocantes, quem sibi proposuerunt decessores vestri in Universitate condenda, id curetis optamus ut eumdem finem adipiscamini secundum normas Litterarum Apostolicarum ***Magni Nobis gaudii,*** quibus quidem Leo XIII constitutionem ipsam in usum deduxit. Ita vos haec tria facile consequemini: 1) ut lectissimi de clero populoque viri instituantur qui a doctrina rite instructi, et Ecclesiae laudi erunt et catholicam fidem explicare tuerique poterunt; 2) ut doctores deinceps seminariis vestris, collegiis et scholis in omne tempus parentur, iique non modo omni numero exculti, sed etiam genuino sensu catholico penitus imbuti; 3) ut perfecta denique conspiratio et unitas habeatur in iuventute recte ungenda; quod quidem magni ponderis est, praesertim in America, ubi educandi ratio tam certis firmisque principiis regitur ut similitudinem quamdam atque formam Instituta omnia inter se praeferant.

Equidem probe intelligimus, non unam tantum sed plures Universitates studiorum opportunas esse in tanta patriae vestrae amplitudine ; verum male novis huius generis operibus consuleretur, si ea imperfecte evaderent vel in eis numerus desideraretur et incrementum Facultatum ipsarum. Pluribus enim Universitatibus imperfectis una est anteponenda quae sit rebus omnibus instructissima. Haec sane fuit Episcoporum Americae sententia, cum a Sede Apostolica petierunt ne constitutio probaretur aliarum Universitatum vel eidem favor praestaretur, donec Episcopatus ipse voluntatem suam in hac re non ostendisset. Quod quidem desiderium secuta, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, per rescriptum die xxin mensis martii MDCCCLXXXIX datum, ea declarans quae iam a Leone XIII in Apostolicis Litteris ***Magni Nobis gaudii,*** edicta fuerant, prohibuit quominus aliae Universitates vel instituta

similia in America conderentur, priusquam omnes ordinariae Facultates in catholica Universitate Washingtoniensi constitutae essent.

Ac plane opportuna prudensque fuit haec prohibitio, praesertim si consideretur multas alias esse hodie communes necessitates, easque gravissimas, quae caritatem fidelium ac beneficentiam expostulant. Huc accedit quod Washingtoniense Institutum, praeceptores parando futuris Universitatibus, exemplar praeclarissimum erit omnibus atque efficax unitatis vinculum, si bonorum omnium conatu, ductu quidem Americae Episcoporum, plene idem cumuiateque perficietur. Id enim reminisci oportet, in Universitatem scilicet conferendas esse, uti constat ex sapienti Constitutione Leonis XIII, omnes curas cogitationesque totius americani Episcopatus ; quod si paucis, necessario, ea committitur regenda atque administranda, omnibus tamen cordi incrementum eius esse debet, cum in bonum omnium Americae dioecesium eadem excitata sit. In hanc rem necesse est omnino, venerabiles fratres, ut certum vos ac definitum coeptum seu ***programma,*** collatis consiliis, proponatis, quo melius ipsa Universitatis emolumenta, quae exspectantur, assequamini. Hoc coeptum - quod vos certe comprobationi Nostrae quantocius subiicietis - optatos fructus laturam esse confidimus, potestatem dando tum Facultates novas condendi, tum necessariam pecuniae vim expeditius colligendi atque administrandi. Etenim non dubitamus quin iste clerus populusque - cuius quidem munificentiae tam mira exstant omne genus monumenta - Pastorum exemplum studiose sequens, largiter sane libenterque, uti solet, saluberrimum Universitatis suae opus iuvare velit.

Nos vero, quoniam experiendo novimus cum egregiam fidem vestram erga Iesu Christi Vicarium, tum studium animarum impensissimum, futurum speramus ut hae litterae efficaciter conferant, Deo favente, ad communem nisum augendum quo catholicae disciplinae cultus cotidie magis istic provehatur.

Ita magnum Nobis afferetis adiumentum in Apostolico hoc munere perfungendo quod Dei Providentia, arcano quidem consilio," Nobis commissum voluit; vosque magnam capietis ex conscientia officii vestri laetitiam cum regni Iesu Domini in terris tam sedulo amplificare fines contenditis. Qua spe laeti, ac laetissima quaeque precati, in auspicium caelestium donorum, itemque ut praecipuae benevolentiae Nostrae signum vobis, venerabiles fratres, universoque gregi unicuique vestrum concredito, apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv aprilis, anno **MGMXXIÏ,** Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI'

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

COLONIENSIS-MONASTER1ENSIS

DE FINIUM DIOECESIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Cum Emus P. D. Carolus Iosephus S. R. E. Card. Schulte, Archiepiscopus Coloniensis, suo nomine et de consensu Rmi Episcopi Monasteriensis, suppliciter postulaverit a Ssmo Dno Nostro Pio Pp. XI, ut portio vici ***Rennekoven*** parochiae ***Lobberich,*** in dioecesi Monasteriensi, a memorata parochia et dioecesi seiungeretur atque viciniori paroeciae ***Dornbusch,*** archidioecesis Coloniensis, aggregaretur, Sanctitas Sua, attentis omnibus ad rem facientibus, habitoque favorabili suffragio R. P. D. Eugenii Pacelli, Archiepiscopi titularis Sardiani et Nuntii Apostolici in Germania, benigne annuendum censuit.

Quapropter haec Sacra Congregatio Consistorialis, in exsecutionem Apostolici mandati, forma ac tenore praesentis decreti, statuit, ut portio vici ***Rennekoven,*** a paroecia ***Lobberich*** et dioecesi Monasteriensi separetur atque paroeciae ***Dornbusch*** archidioecesis Coloniensis perpetuo uniatur.,

Ad praemissa autem exsecutioni mandanda deputatur idem R. P. D. Eugenius Pacelli, cui committuntur omnes facultates necessariae et opportunae, etiam subdelegandi aliquem ex viris in ecclesiastica dignitate constitutis, ad effectum de quo agitur: facto onere mittendi intra sex menses ad eamdem Sacram Congregationem exemplar authenticum exsecutionis peractae.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 4 iulii im

jjl C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

U. * S.

Aloisius Sincero, ***Adsessor.***

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius Divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

19 maii 1922. — Cathedrali Ecclesiae Augustodunensi praefecit R. P. D. Hyacinthum Chassagnon, hactenus Episcopum titularem Modrensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Abydensi, R. D. Stephanum Faugier, protonotarium Apostolicum « ad instar », Vicarium Generalem Emi Archiepiscopi Lugdunensis, quem constituit ***Auxiliarem*** eiusdem Emi Archiepiscopi Lugdunensis, cum onere residendi in urbe Sancti Stephani.

23 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Sinaloensi, R, D. Augustinum Aguirre Ramos, parochum sacrarii metropolitanae ecclesiae de Guadalajara.

27 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Oriolensi seu Aloniensi, R. P. D. Franciscum Xaverium Irastorza et Loinaz, hactenus Episcopum titularem Dorensem, priorem Militarium Ordinum.

— Cathedrali Ecclesiae Gerundeusi, R. P. D. Gabrielem Llompart et Jaume, hactenus Episcopum Sancti Christophori de Laguna.

— Cathedrali Ecclesiae Savannensi, R. P. Michaelem Keyes, e Societate Mariae.

28 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Tricaricensi, R. D. Raphaelem delle Nocche, sacerdotem ex archidioecesi Neapolitana.

4 iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cyzicensi, R. P. D. Iosephum Morabito, hactenus Episcopum Miletensem.

7 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Faustinopolitanae, R. P. Aloisium Ianssens, e Congregatione Immaculati Cordis B. M. V. de Scheut, Vicarium Apostolicum de Mongolia Orientali.

8 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bitensi, R. P. D. Fridericum Eis, hactenus Episcopum Marianopoiitanum et Marquettensem.

— Titulari episcopali ecclesiae Spigacensi, R. D. Franciscum Gilfillan, rectorem templi cathedralis Ludovicopolitani, quem deputavit Coadiutorem, cum iure futurae successionis, R. P. D. Mauritii Burke, Episcopi Sancti Iosephi in America.

III

DESIGNATIONES

Ad normam can. 1594 § 2 R. P. D. Leopoldus Duarte a Silva, Metropolita Sancti Pauli, semel pro semper pro appellatione a causis in prima instantia coram se pertractatis designavit Ordinarium Campinensem. - Item ad tramites can. 285 et 1594 §3 R. P. D. Paschalis Berardi, Archiepiscopus Caietanus, Metropolitam Capuanum ad eumdem effectum designavit.

Quas designationes SSmus Dnus Noster Pius Div. Provid. PP. XI, approbare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

DECRETUM

CIRCA INDULTA PROROGANDI CAPITULUM GENERALE

Factum est aliquando, praecipue durante bello, ut haec Sacra Congregatio alicui Ordini aut Congregationi religiosae indultum prorogandi celebrationem Capituli- generalis ob peculiaria temporum aut rerum adiuncta concesserit cum clausula « ad nutum S. Sedis ».

Ne autem diutius Capitulorum generalium celebratio differatur, Sacra Congregatio de Religiosis, omnibus diligenter perpensis, mandat ut quaelibet Religio aut Congregatio religiosa, quae indultum cum praedicta clausula obtinuerit, Capitulum sine mora celebrare debeat, non ultra finem proximi anni 1923. Carent ergo Superiores generales ad quos pertinet, Capitulum ita mature convocare ad normam constitutionum, ut intra praedictum tempus eius celebratio locum habere possit.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 23 iulii 1922.

C. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. % S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

II

APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, harum quae sequuntur religionum ***Constitutiones definitive approbavit,*** scilicet:

10 iunii 1922. — Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum de Hibernia, vulgo ***Christian Brothers*** nuncupatae, cuius domus princeps in archidioecesi Dublinensi sita est.

— Congregationis Sororum Tertii Ordinis Sancti Francisci, a Iesu Infante nuncupatae, cuius domus princeps in ipsa civitate Asisiensi sita est.

— Congregationis Sororum Ursulinarum Hieronymitarum, cuius domus princeps in oppido dioecesis Bergomensi vulgo ***Gandino*** sita est.

SAGRA CONGREGATIO RITUUM

I

NEAPOLITANA SEU BISUXTINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI IOANNAE ANTIDAE THOURET, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum', nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ei lemperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quemadmodum est in more positum, atque ipsa cuiusvis adstruendae demonstrandaeque quaestionis fert postulatque natura, circa probationum instructum, quibus praenobilis haec regitur et sustentatur Causa, diu copioseque in primis est disceptatum eo sane consilio, ut eaedem, quae in medium proferuntur, probationes, utrum tales revera essent, quales e praescripto iuris requiruntur, certum fieret atque exploratum.

Equidem, cum primum, anno millesimo octingentesimo nonagésimo quinto, in ecclesiastica Neapolitana curia super sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum fama Ancillae Dei Ioannae Antidae Thouret canonica episcopali iure inita est inquisitio, cunctos inter, qui auditi tunc perpensique fuerunt testes, tres dumtaxat vix invenire fuit, qui eamdem noverant Dei Famulam. Quibus idcirco tribus tantummodo testibus proprie vereque iuridica confici debuisset probatio, quandoquidem, vel ipso communi efflagitante iure, cum oculati suppetunt testes, si qui de auditu praeterea occurrant, ii nonnisi adminiculi loco sunt habendi. Idque eo vel magis ad istas transferri est opus Beatificationis et Canonizationis causas, quo excellentia earum praestat atque gravitas: inde profecto fit, ut, quum prae omnibus, quae in humanis adhibentur probationibus, nulla potior illa dari possit atque dignior, quae ex oculatis promanat testibus; ea quippe ***rem facit physice evidentem testibus, qui viderunt, et insimul facit moraliter in summo gradu evidentem iudicibus, qui non viderunt*** (Benedictus XIV, lib. III, cap. 1, n. 2); isthaec proinde hisce in Beatificationis et Canonizationis causis, velut ordinaria et propria, existimanda sit probatio, utpote quae ipsarum queat exaequare gravitatem. Et revera, si de peculiari quodam sermo nunc esset facto eoque satis augustos praefinitosque inter limites circumscripto, nullum dubium, quin eiusmodi probandi factum totum ferendum esset onus a tribus praefatis de visu testibus. Sed de virtutibus modo quaestio quum esset, pro iis dignoscendis certoque diiudicandis universam compertam habere oportet vitae Servae Dei seriem eiusque agendi rationem ; ad hoc vero insufficientes omnino planeque impares tres illi exsistunt testes; ideoque, ut ipsius expediendae Causae adesset potestas, ad beneficium seu privilegium confugere necesse fuit indirectae seu subsidiariae, quam vocant, probationis.

Haec autem quum sita in eo sit, ut e testibus coaiescat de auditu quandoque a videntibus quandoque non, variisque roboretur adminiculis, idoneis ad vim et auctoritatem faciendam, iam facile patet quantum praedicto ex capite superior exstet seque prodat huiusce, de qua agitur, conditio prae nonnullis aliis antiquis Causis. In istis enim, dilato per plura interdum saecula iudicialium actorum initio, traditionem oralem, hoc nomine dignam, a rumore quodam vel a fama apte discernere difficile saepenumero evadit negotium. Hominum namque singulae repetendae lustrandaeque sunt ante actae aetates, ut innotescat, an oralis traditio ab oculatis testibus suam traxerit originem et per viventium subinde sermones iugiter constanterque perseverans ad novissima haec usque manaverit tempora. Aequalia insuper afferenda sunt documenta iisque

praedita notis dotibusque, quas sanae critices deposcunt normae. Iamvero, etsi eadem indirecta seu subsidiaria superius descripta iudiciali probatione, rei quadam necessitate, in ista quoque sua, quam agunt, Causa, uti fruique cogantur actores, eoque posito probandi genere, duplicandus propterea erit miraculorum numerus, ***ut quod ex humano testimonio deest, divino compensetur:*** nihilominus, dum in praesenti Causa coaeva fideque historica digna minime desiderantur documenta, ad testes autem quod potissimum attinet, ne oculati illi tres vix recenseri videantur, in ordinaria quaestione rogati, nedum in hoc eodem ordinario processu, sed in ipsis etiam apostolicis inquisitionibus qui excussi fuerunt, maxima ex parte, testes sunt de auditu a videntibus. Quod sane idem profecto est ac dicere, ipsum iam in propatulo esse primigenium oralis traditionis fontem, quin ulterius ullimode inquirendus sit seduloque pervestiganda.

Ita ab extrinseca allatarum probationum facie, ad intimam digredienti ipsarum probationum substantiam cuique prudenti viro magni ponderis maximeque cum totius Causae summa coniunctum visum hoc fuit, ut videlicet naviter attenteque eam quaereret perspectamque sibi facere studeret, qua in christianis tractandis virtutibus venerabilis Serva Dei Ioanna Antida Thouret praedita fuerit, animi comparationem. Quumque, per integram discurrendo ipsius Famulae Dei aetatem, instituisset ille inquisitionem, inquisitionis eiusdem exitus hic fuit, ut nimirum, quoties de caritate Dei deque proximorum caritate, de incolumi servando tuendoque omnium pretiosissimo catholicae fidei thesauro, de offensa Dei vel minima vitanda, de proprii muneris fideliter religioseque adimplendis partibus agebatur, toties eamdem suspicere licuerit et admirari Dei Ancillam adeo promptam paratamque, ut medias inter gravissimas internas externasque difficultates, quin subsisteret umquam, multoque minus regrederetur, alacriori immo infractoque animo illud prosecuta usque fuerit christianae perfectionis iter, quod mature admodum generoseque fuerat ingressa. Quam ob rem, quum per integram suae vitae cursum, a prima nempe aetate ad obitum usque, ea, ceu nuper videre fuit, se gesserit ratione Dei Famula, heroice eadem se gessisse dicenda est, prout ex ipsa descendit vera atque germana heroicitatis notione. Neque heroicam venerabilis Ancillae Dei virtutem plus semel eclypsim fuisse passam facta ostendunt, quae, ut contra facerent, in medium fuerant prolata. Nam, si, uti oportet, una simul cum omnibus peculiaribus adiunctis, sicut reapse acciderunt, eadem inspiciantur et pensentur facta, statim tunc levique negotio confirmatur et patescit, aut heroicae non repugnare virtuti, aut cum ea posse componi, aut

etiam heroicam virtutem firmare magis atque in maiorem meritamque lucem proferre, quemadmodum qua diligentia praestat ac dexteritate suadere et evincere pro viribus adnisus est Patronus egregius.

Hac itaque via et ratione planam potius atque expeditam praeclarae Causae huius sese perhibuit diiudicatio, post exornatam praesertim sacroque huic Ordini exhibitam additionalem Apostolicam inquisitionem Bisuntinam, ita nempe, ut, quae, heroicis super virtutibus abhinc quinquennium fuerat instituta, perfici absolvique potuerit actio; binas siquidem quae praecesserant Congregationes, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, generalis subsecuta est Congregatio, quae die vigesima septima superioris mensis iunii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Revmo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium : ***An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis Venerabilis Servae Pei Ioannae Antidae Thouret, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Omnes qui convenerant tum Revmi Cardinales tum Patres Consultores sua quisque ex ordine suffragia ediderant, quibus tamen auditis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster adstantibus indixit preces, quarum ope Ipse a Spiritu sapientiae et consilii ad supremum proferendum iudicium illustraretur. Quumque mentem Suam aperire statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam V post Pentecosten; eapropter, divina Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Revmos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo. Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisdemque adstantibus, solemniter pronuntiavit: ***Ita constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei Ioannae Antidae Thouret, in gradu heroico, ut procedi possit ad ulteriora; ad discussionem nempe quatuor miraculorum.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit septimo idus iulii, anno **MCMXXII.**

i$l A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Praefectus.

h. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

MEDIOLANEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI CONTA RDI FERRINI, VIRI LAICI, PROFESSORIS ATHENAEI PAPIENSIS ET ALIORUM.

Inter illustres Ecclesiae filios iii statu et conditione saeculari viventes, quos haec alma mater omni tempore Christo genuit, eiusque fide, lege et gratia instruit ac sanctificat, merito recensendus est Contardus Ferrini, alumnus, doctor ac praeceptor in Universitate studiorum, ingenio, doctrina et virtute notus atque clarus, simulque societatis religiosae et civilis decus et ornamentum. Mediolani ortus die 4 aprilis anno 1859, , parentes probitate ac religione praestantes sortitus est, Rinaldum, scientiarum naturalium cultorem et professorem, et Aloisiam Buccellati, cuius amore, solertia morumque suavitate, animorum consensio atque integritas in familia servabantur. Eadem die natali Dei Famulus sancto baptismate regeneratus, deinde, anno 1863, sacro chrismate confirmatus, ad sanctam Synaxim primitus admissus est. A pueritia catechesi, orationi aliisque pietatis exercitationibus diligenter intentus, utpote ex filiis natu maior, operam parentibus libentissime suppeditabat auxiliariam in educatione christiana fratris ac sororum. Elementariis atque gymnasii studiis in Instituto Boselli cum laude absolutis, Lycaeum, Beocariae nomine honestatum, adiit. Papiam deinde concessit pro studiis Universitatis, ibique, inter Conlegii Borromaei alumnos adscitus, a moderatoribus et condiscipulis optimum disciplinae, studii ac pietatis retulit testimonium. Inter cetera fertur quod ipse, mense mariali, sodales perducere satagebat ad aliquod templum, praesertim Ssmi Nominis Iesu, ad audiendos sermones de Beatissima Maria Virgine, de qua, etiam saepissime familiariter conversando, eos cum intellectu et fervore alloquebatur. Emenso Athenaei curriculo atque certamine feliciter superato, plenis suffragiis pecuniarium praemium consequutus est, studiis supe rioribus in extero Athenaeo perficiendis assignatum; ideoque Berolinum anno 1880 missus est, ut in illa celebrata Universitate scientiam iuris uberius acquireret. - Litteris munitus, quibus Episcopus Papiae Riboldi Episcopo Breslaviae iuvenem sibi notissimum et, quod maxime refert, virtutum laude acceptissimum, commendabat, Contardus Ferrini illuc pervenit, ibique numquam de pristino vivendi more remisit. Ad eccle-

siam sanctae Ursulae et ad Sacra saepe accedebat singulisque diebus festis ac dominicis divino convivio se recreare curabat, ecclesiam quoque sanctae Edwigis adibat, ubi solemnia peragebatur, quandoque cum processione augustissimi Sacramenti. Egregium fidei ac devotionis spectaculum, quod in hac ecclesia die dominica exhibebatur, suis amicis Oontardus ita scripto narrabat: « Se vedeste, la domenica mattina, il « numeroso stuolo di studenti cattolici universitari in sant'Edwige, ove « si raccolgono, assistere per più di due ore in devoto raccoglimento « alla funzioni della Chiesa, trasecolereste di meraviglia e benedireste « meco il Signore, che davvero ***non fecit taliter omni nationi.*** Eravamo « tutti fratelli, tutti partecipi della stessa fede ed animati dagli stessi «sentimenti. Nauseato tante volte al triste spettacolo di corruzione, mi « rallegrava tanto sorriso di cielo su quelle fronti giovanili, che aspet- « tavano meco con gioia tranquilla e serena il Corpo di Cristo » ***(Scritti religiosi, pag.*** 56 et 240). Spectaculum vere magnum et iucundum, Deo, angelis, hominibus acceptissimum, maiore numero et splendidiore forma, Romae, inhac sancti Petri sede, nuperrime renovatum et amplificatum, occasione faustissimi et internationalis XXVI Congressus Eucharistici! Interim Contardus primum inter Athenaei catholicos sodales se adscripsit, eisque, leges contra Ecclesiae iura ac libertatem in illa regione latas itnprobantibus, libentissime adhaesit. Deinceps, piis consociationibus sancti Vincentii a Paulo et Ssmi Sacramenti nomen dedit, illarumque officia caritatis et religionis fideliter observavit. Unde Episcopus Bresla viens is, litteris ad Episcopum Papiensem Riboldi datis, iuvenem Ferrini potentem lingua germanica, scientia et pietate appellavit, simulque congratulatus est Italiae si multos possideret iuvenes Contardo similes. - Studiis romani iuris feliciter expletis et a germanicis professoribus maxime commendatus, Dei Famulus, scientiae causa, Parisiis aliquantulum diversatus est, inde Romam venit, ubi tres menses mansit, non solum ad perfectiorem iuris romani cognitionem ex bibliothecis Urbis et peritorum consultationibus hauriendam, sed praecipue ad civilitatis et religionis catholicae trophaea et monumenta invisenda, ad sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, principalium Urbis patronorum, sepulcra veneranda et ad Romanum Pontificem, Petri successorem et Christi Vicarium, devotissimo amoris, fidei et obedientiae testimonio honörandum. Quod religiosissime praestitit, quando a Leone Papa XIII, fel. rec, in vaticanis aedibus benignissime exceptus atque augusta praesentia et paterna benevolentia recreatus, ab eodem Sacrum litante, et ipse adsistens, caelesti pabulo sancte refectus et delectatus fuit. - Volvente anno 1884, Dei Famulus, viginti quatuor annos tantum agens, scientiam.

iuris tradidit in Papiensi Athenaeo. Paulo post, nempe anno 1887, facto periculo victor, Messanam petiit, ibique iuris magisterium exercuit. Anno autem 1890 in Mutinensi Athenaeo, doctoribus et discipulis collaetantibus, in doctorem iuris electus est. Denique, mense octobri anni 1894, in Papiensi Athenaeo, unanimi doctorum suffragio, praeceptor inter ipsos cooptatus est. - Ubique scientiae et pietatis praeclaras exhibuit demonstrationes, consalutatus uti sancti Ioannis Berchmans imitator. Illius optima vivendi ratio et in veritate propaganda apostolatus, mirifice patent et illustrantur tum ex pluribus gravibusque scriptis editis, tum ex doctis ac eruditis disputationibus, tum demum ex concordi cuiusque ordinis civium ac sapientum testimonio. Neque solum litterarum et scientiarum libros pervolutabat, sed mentem ac pietatem assidue fovebat lectione Sacrae Scripturae, praecipue Epistolarum sancti Pauli, atque operum sanctorum Patrum et Ecclesiae Doctorum, necnon Ludovici de Ponte ***Guida spirituale*** et Thomae a Kern pis ***De imitatione'Christi.*** Ferunt Gontardum quotidie Sacro interesse, caeleste pabulum recipere, augustissimum Sacramentum visitare, spiritalibus industriis sese aliosque perficere, reverentiam et obedientiam sanctae Ecclesiae eiusque visibili capiti Romano Pontifici sincera mente, totoque corde et ore profiteri, atque Ecclesiae iurium strenuum defensorem, potissimum in rebus iuridicis et socialibus, constanter se praebere. Papiae sedem et domicilium habens, dum vacationum tempore Sunae apud suos propinquos rusticari solitus erat, itemque Mediolani apud parentes morabatur, Contardus, in tantam civium et exterorum existimationem devenit, ut eum Ferrinianae familiae alterum Aloisium vocare non dubitarent. Alacri studio Ecclesiae et societatis civilis utilitatem provexit, piis operibus tutandis et christiani matrimonii sanctitati et indissolubili unitati vindicandae, ne a nefanda divortii lege rescindi attentaretur. Doctrinis falsis et peregrinis prorsus alienus, continuo magnam spem fovebat, ut humana societas, cooperantibus bonae voluntatis et utriusque sexus personis et institutionibus, una cum legitimis liberisque scholis, lycaeis et athenaeis catholicis, bonis christianisque principiis et moribus informaretur. « Faxit Deus - aiebat - ut ego videam Crucem Christi debito «honori ubicumque terrarum restitutam: tunc libenter studioseque can« tabo canticum: ***Nunc. dimittis, Domine, servum tuum in pace!»***. Quod Contardus concupivit et videre non potuit, immatura morte praereptus, atque omnes sanae mentis et actionis adhuc exoptant, omnipotente et miserante Deo/ eiusdem humanae societatis auctore et gubernatore supremo, desperare non licet. - Itaque, die 5 octobris anno 1902, Dei Famulus, quum ab ecclesia Sororum Ursulinarum, ubi sanctissimam

Eucharistiam sumpserat, rediret, vehementi-febri correptus, morbo magis in dies ingravescente, Sacramentis morientium et benedictione papali refectus ac roboratus, preces iaculatorias in Iesum Redemptorem et in Deiparam Virginem Mariam ingeminans, oculis manibusque in caelum elevatis, ad beatam patriam evolavit, die decimaseptima eiusdem mensis et anni, in aetate quadragintatrium tantum annorum. - Exsequiis ritu solemni celebratis, cuiusque ordinis civibus convenientibus, corpus Contardi Ferrini, prius in sepulcreto, dein in conditorio a familia exstructo depositum est, adstantibus ultra centum quinquaginta adolescentibus cum viris ecclesiasticis et laicis, atque sermones in laudem defuncti habentibus parocho Bongiovanni et professore Meda, publicae ac meritissimae existimationis et venerationis contestibus. - Interea fama sanctitatis quam Dei Famulus Mediolani aliisque in locis, ubi commoratus fuerat, vivens sibi acquisierat, post eius obitum magis clara et diffusa, R. D. Caroli Pellegrini, praepositi parochi Basilicae Sancti Calimerii, solerti cura, Archiepiscopalem Curiam Mediolanensem pernio vit ad acta processualia super ea, Ordinaria auctoritate, conficienda, aliis quoque processibus rogatorialibus aucta. Quibus omnibus absolutis et Romam ad sacrorum rituum Congregationem transmissis, servato iuris ordine, atque scriptorum revisione rite peracta, quum nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, instante Rmo Dno Angelo Rotta, Basilicae Vaticanae Canonico, huius causae postulatore, attentisque litteris quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, praeeunte Archiepiscopo Mediolanensi Cardinali Andrea Ferrari, fel. rec, inter quos merito ac iure commemorantur Iosephus Sarto, postea Pius Papa X, iacobus Delia Chiesa, postea Benedictus Papa XV, et Achilleus-Ratti, hodie Beatissimus Pater Pius XI, qui tantum virum Mediolani novit eiusque bonis verbis et exemplis instructus, optimum de ipso tulit testimonium, hanc Causam usque in praesens peculiari favore prosecutus, rogatu quoque plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, itemque Capitulorum, Ordinum et Congregationum religiosarum, necnon illustrium virorum, praesidum ac professorum e publicis Ijycaeis atque Athenaeis Italiae atque exterae regionis, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Raphael Merry del Val, Patriarchalis Basilicae sancti Petri Archipresbyter et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit : ***An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?*** Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore gene-

rali, omnibus accurate perpensis, rescribere censuerunt : ***Affirmative,* • *seu Commissionem esse signandam, si Sanctissimo placuerit.*** Die 4 iulii ***m%***

Facta postmodum super his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per subscriptum sacrae rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Contardi Ferrini, viri laici, professoris Athenaei Papiensis et aliorum, die 6 eisdem mense et anno.

£g A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S., R. C. Praefectus.

h. % S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

III

DUBIUM

DE NOVIS QUIBUSDAM CALICIS FORMIS

Sacrae Rituum Congregationi propositum est sequens dubium: « Utrum liceat, quatuor calices, quorum effigies in ephemeride ***Bene-* « *dtktinische Monatschrift*** (Beuron, 1920, n. 3 4) exhibentur, quique ibidem « in textu pag. 168 184 elogiis efferuntur et nominibus " PocuJum cae- « leste - Genimina vitae - Fios de Virgine - Virga Jesse „ insigniuntur, « in Missae sacrificio adhibere? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, o nnibus inspectis ac perpensis, rescribendum censuit :« Ad Rmum Dnum « Ordinarium loci, qui curet ne calices a formis traditionalibus differant, « ob periculum effundendi sacras Species et excitandi admirationem ».

Atque ita rescripsit ac declaravit die 30 iunii 1922.

£g A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. $ S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì 11 luglio ***19%%*** la Santità di Nostro Signore, ba ricevuto in Udienza solenne S. E. il Signor MARCELLO T. DE ALVEAR, Presidente eletto della Repubblica Argenti aa.

S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che il Sacerdote D. Giuseppe Valentini, già Canonico-parroco di San Clemente in Galluccio nella diocesi di Teano, non ha alcuna autorizzazione per raccogliere elemosine di sante Messe.

Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione del Concilio, 30 giugno 1922.

G. Mori, ***Segretario.***

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

In conformità al Motu proprio ***Romanorum Pontificum*** (3 maggio 1922), che costituisce su più larga base e più vasto programma la ***Pia Opera della Propagazione della Fede e*** ne trasferisce la sede centrale in Roma, è stato formato il Consiglio Generale Superiore di essa.

Lo compongono i seguenti Prelati:

Presidente: Monsig. Pietro Fumasoni Biondi, Arcivescovo titolare di Dioelea, Segretario della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.

Vice-Presidente: Monsig. Augusto Boudinhon.

Consiglieri: I Presidenti dei singoli Consigli Centrali Nazionali dell'Opera, e inoltre i sottonotati personaggi residenti in Roma ed appartenenti alle varie nazionalità:

Monsig. Amerigo David, per la Germania, Austria e Baviera; Monsig. Bernardo Eras, per l'Olanda; Monsig. Gioacchino lovani, per la Spagna: Monsig. Filippo Augusto Lajoie, per il Canada; Monsig. Adriano Mercado y Riera, per l'America del Sud ; Monsig. Carlo 0' Hern, per gli Stati Uniti ; Monsig. Giovanni Prior, per l'Inghilterra; Monsig. Angelo Roncalli, per l'Italia; Monsig. Carlo De T' Serclaes, per il Belgio; Monsig. Gastone Vanneufville, per la Francia.

A questi in. progresso di tempo saranno aggiunti i rappresentanti di altre nazionalità.

Ne è ***Segretario Cenerate:*** Monsig. Giuseppe Nogara.

S. CONGREGAZIONE. DEI .RITJ

Martedì 4 luglio 1922, nel Palazzo Apostolico Valicano, si è tenutaria. Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti Cause:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Contardo Ferrini, Professore dell'Università di Pavia.

2) Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Crocefìssa Di Rosa, Fondatrice dell'Istituto delle .Ancelle della Carità.

3) Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio proprio con la Messa e dell'Elogio da inserire nel Martirologio dell'Ordine dei Predicatoli, in onore del Bealo Andrea Franchi, Vescovo di Pistoia, dello stesso Ordine.

Martedì 18 luglio 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con.l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria,* per discutere sul dubbio intorno a tre miracoli, che si asseriscono operati da Dio per intercessióne del Venerabile Servo di Dio Michele Garicoìts, Sacerdote secolare, Fondatore dei Preti del Saero Cuore di Gesù, volgarmente detta di *Betharram:* i quali miracoli vengono proposti per la Beatificazione del medesimo Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

5 luglio 1922. L'Emo sig. Card. Camillo Laurenti, *Prefetto della Sacra Congregas ione dei Religiosi,*

li » » L'Emo sig. Card. Donato Sbarretti, *Protettore delle Suore della Carità del Sacro Cuore di Gesù, in Madrid.*

16 » » Gli Emi signori Cardinali Oreste Giorgi e Camillo Laurenti, *Membri della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

22 » » L'Eiho sig. Card. Camillo Laurenti, *Protettore della Congregazione degli Oblati di San Giuseppe.*

» » » L'Eolo sig. Card. Oreste Giorgi, *Protettore delle Suore Orsoline della Unione Romana.*

» » » L'Emo sig. Card. Camillo Laurenti, *Protettore delle Suore ciantellate, di Pistoia.*

Con Brevi Apostolici ii Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è; degnato di nominare: -

Assistente al Soglio Pontificio :

13 luglio 1922. Monsig. Federico Eis, Vescovo titolare di Bita.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

'5 *maggio 1922.* Monsig. Cornelio Thomas, dell' archidiocesi di Baltimora.
22 giugno » Monsig. Carlo Rebord, della diocesi di Annecy.
23 » » Monsig. Nelson H. Baker, della diocesi di Buffalo.
26 » » Monsig. Guglielmo Pinnington, dell'archid. di Liverpool.
4 luglio » Monsig. Benedetto Martins Junior, dell'archid. di Braga.
b - » » Monsig. Matteo delli Muti, dell'archidiocesi di Manfredonia.
10 » -» Monsig. Ambrogio Portaluppi, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Enrico Fabre, dell'archidiocesi di Albi.

Prelati Domestici di S S.:

6 maggio 1922. Mons y. Giacomo Mattews, dell'archidiocesi di Baltimora.
» » » Mons *y.* Patrizio C. Gavan, della medesima archidiocesi.
8 » » Mons: Edoardo Giovanni Wunder, della medesima archid.
» » Mons] *y.* Luigi Stickney, della medesima archidiocesi.
1 giugno » Monsi r. Adolfo Fäh, della diocesi di San Gallo.
2 » » Monsi *y.* Giovanni Meier, della diocesi di Winona (U. S. A.).
» » » Mons] *r.* Edmondo 0' Coniiel, della medesima diocesi.
19 » » Monsi Giuseppe Lefage, della diocesi di Annecy.
20 » Monsi *r.* Enrico Masquilier, della diocesi di Lilla.
21 » Monsj *r.* Francesco De Vito, della diocesi di Teggiano.
22 Monsi Giovanni Nestori, della diocesi di Chiavari.
» » Mòns] Luigi de Marco, dell'archidiocesi di Chieti.
» » » Monsi *y.* Domenico Coia, della medesima archidiocesi.
23 » Mons] Vincenzo Séstito, della diocesi di Squillace.
» » Monsi Ferdinando Kolb, della diocesi di Buffalo.
» _ » » Mons] *y.* Carlo E. Duffy, della medesima diocesi.
» » Mons *y.* Francesco Kasprzak, della medesima diocesi.
» » » Mons] *y.* Giovanni Nash, della medesima diocesi.
» » Monsi *y.* Riccardo 0' Brien, della medesima diocesi.
» » » Mons *y.* Gesù Andrés, della diocesi di Ciudad Real.
» » ': Mons *y.* Alberto dLIorio (Roma).
» » » Monsi *X.* Alberto Hayes, della diocesi di Syracuse.
24 » » Mons *y.* Giacomo Martino Kirwin, della diocesi di Galveston.
26 » • » Mons *y.* Giovanni Cocchinetti, della diocesi di Novara.
1 luglio » Mons: *y.* Francesco Cocola, della diocesi di Bisceglie.
3 » » Mons *y.* Giuseppe Smith, della diocesi di Cleveland.
» » Monsi Giacomo 0' Learg, della medesima diocesi,
» » Mons r. Francesco T. Moran, della medesima diocesi.
» . » Mons] *y.* Nicola Pfeil, della medesima diocesi.
4 » » Mons *y,* Antonio Giordani, dell'archidiocesi di Camerino.

5 luglio 1922. Monsig. Angelo Gobbetti, della diocesi di Cremona. .
6 » » Monsig. Tommaso Grâce,-dell'archidiocesi di Halifax.
14 >•> **»** Monsig. Giacomo Humble, dell'archidiocesi di Glasgow. "
» » » Monsig. Enrico Forbes, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giacomo Mac Kenna, dell'archid. di Wellington.
» » » Monsig. Patrizio Giuseppe Power, della medesima archid.
15 » » Monsig. Patrizio Me Inerney, della diocesi' di Leavenworth.
» » » Monsig. Tommaso H. Kinsella, della' medesima diocesi.
18 » » Monsig. Luigi Ferralis, della diocesi di S. Marco e Bisignano.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XT, felicemente regnante, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

4 luglio 1922. Al sig. marchese D. Giovanni Sacchetti, Foriere maggiore dei SS. PP. AA.
10 » » A S. E. il sig. Marcello T. De Alvear, Presidente eletto della Repubblica Argentina.

La Placca dell'Ordine Piano:

19 luglio 1922. Al sig. conte Francesco Bezzi-Scali,, Tenente della Guardia Nobile Pontifìcia.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

19 luglio 1922. Al sig.; con te Carlo Pocci, Guardia Nobile Pontificia.

La Placca 'dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

29 giugno 1922. Al sig. comm. Edoardo Tabanelli, Comandante della Guardia Palatina.

La Commenda dell'Ordine" di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 giugno 1922. Al sig. M. Giorgio Minoret, dell'archidiocesi di Parigi.
3 luglio » Al sig. prof. Siro Grimaldi, dell'archidiocesi di Siena.
4 - » » Al sig. Oreste Neri (Roma).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

18 luglio 1922. ÀI sig. marchese Luigi Lepri, Cadetto nella Guardia Nobile Pontifìcia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 giugno 1922. Al sig.,Ferdinando Carozzi, dèll'archidiocesi di Torino.
23 » » Al sig- Edoardo Broussand, della diocesi di Angoulême.
» » » Al sig. Alessandro Waley, dèll'archidiocesi di Westminster.
28 » » · Al sig. Giulio Giraud, della diocesi di Grenoble.
1 luglio Al sig. Michele Labi anca, dèll'archidiocesi di Trani.
3 » » Al sig: Arnoldo De Mascarel, della diocesi di Poitiers.
» » Al sig. Ludovico Boinot, della medesima diocesi.
» » Al sig. Giorgio de Rogier, della medesima diocesi.
4 » » Al sig- Paolo Fon tant, della medesima diocesi.
8 » » Al sig. ing. Giulio Alessandri, dèll'archidiocesi di Firenze.
15 » Al sig. Paolo Donelan Hoskins, dèll'archidiocesi di Wellington.

il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

29 giugno 1922. Al sig. Alfredo Coretti, Tenente della Guardia Palatina d'onore.
» » » Al sig Luigi Bonatti, Tenente della Guardia Palatina d'onore.
10 luglio » Al sig. tenente colonnello Luigi A. Cassinelli, addetto militare alla Legazione della Repubblica Argentina a Parigi.
» » Al sig. capitano di corvetta Francesco A. ßengolea, addetto navale alla medesima Legazione.

. La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

10 luglio 1922. A S. E. il sig. Daniele Garcia Mansilla, Ministro della Repubblica Argentina presso la Santa Sede.
» » » Al sig. Alberto F. Figueroa, Segretario generale della presidenza della Repubblica Argentina.

La Commenda con Placca dell' Ordine di S. Silvestro Papa

10 luglio 1922. Al sig Adamo Bénites Alvear, Segretario generale aggiunto della Presidenza della Repubblica Argentina.
21 » » Al sig. Don Carlo Fernandez Concha.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 giugno 1922. Al sig. Gaetano Basilici (Roma).

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Monsignor Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

11	*marzo*	*1922.*	Monsig. Ottavio Marenghi (Roma).
»	»	»	Monsig. Giuseppe Tellarini (Roma).
»	»	»	Monsig. Oreste Fraschetti (Roma).
»	»	»	Monsig. Giuseppe Baldi (Roma).
»	»	»	Monsig. Arturo Mazzoni (Roma).
»	»	»	Monsig. Amedeo Bernardini (Roma).
13	»	»	Monsig. Enrico Quattrocolo (Roma).
18	»	»	Monsig. Filippo Bernardini (Roma).
»	»	»	Monsig. Andrea B. Meehan, della diocesi di Rochester.
20	*aprile*	»	Monsig. Cesare Mambretti, dèll'archidiocesi di Milano.
17	*giugno*	»	Monsig. Giuseppe Németi, della diocesi del Gran Varadino.
»	»	»	Monsig. Arnoldo Pataky, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Vendelino Szabó, della medesima diocesi.
20	»	»	Monsig. Gabriele ^eandeau, della diocesi di La Rochelle-e Saintes.
»	»	»	Monsig. Alessio Meneau, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Eugenio Clontour, della medesima diocesi.
22	»	»	Monsig. Amatore Vasquez Cambón, della diocesi di Vittoria.
»	»	»	Monsig. Carlo Gandy, della diocesi di Plymouth.
»	»	»	Monsig. Edmondo G. Britt, della diocesi di Buffalo.
23	»	»	Monsig. Arnoldo Hoffmann, della diocesi di Cassovia.
»	»	»	Monsig. Nicola Pfeiffer, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Andrea Sikorszky, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Adriano Dienes de Zebegnyö, della medesima diocesi.
26	»	»	Monsig. Salvatore La Cava, della diocesi di Calanzaro.
»	»	»	Monsig. Michele Atella, dèll'archidiocesi di Cosenza.
»	»	»	Monsig. Arturo Gervasi (Roma).
»	»	»	Monsig. Emanuele Pereira iunior, dèll'archidiocesi di Braga.
»	»	»	Monsig. Luigi Manzi, dèll'archidiocesi di Amalfi.
»	»	»	Monsig. Andrea Proto, della medesima archidiocesi.
		»	Monsig. Alessio Apuzzo, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Marcantonio Manzi, della medesima archidiocesi.
27	»	»	Monsig. Alessio Usenicnik, della diocesi di Lubiana.
»	»	»	Monsig. Tommaso Zupan, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Vittorio Steska, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Debevec, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Dostal, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Ujcic, della medesima diocesi.

27	*giugno*	*1922.*	Monsig. Giovanni Rogers, della diocesi di S. Francisco in California.
»	»	»	Monsig. Giacomo Cantwell, della medesima diocesi.
28	»	»	Monsig. Pietro Müller (Roma).
30	»	»	Monsig. Giacomo Rossi, della diocesi di Bergamo.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Carminati, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Vittorio Masoni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Andrea Mancini, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Filippo Monti, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Frigerio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Angelo Tognoli, dèlia medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Noradino Torricella, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Santo Balduzzi, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giov. Battista Ruggeri, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Luigi Drago, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Agostino De Matteis, dell'archidiocesi di Benevento.
»	»	»	Monsig. Tommaso Caliandro, della diocesi di Termoli.
1	*luglio*	»	Monsig. Salvatore Fedele, dell'archidiocesi di Gaeta.
»	»	»	Monsig. Salvatore Leccese, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Notarianni, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Agostini, della diocesi di Treviso.
»	»	»	Monsig. Luigi Fischer, dell'archidiocesi di Olmütz.
»	»	»	Monsig. Vittore Valha, della medesima archidiocesi.
3	»	»	Monsig. Massimo Nobili, della diocesi di Massa.
»	»	»	Monsig. Ettore Andream, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig; Alessandro Guerrieri, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Vincenzo Nani, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Corona, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Silvio Giovannoli, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Leone Manzetti, della diocesi di Baltimora (S. U. A.).
5	»	»	Monsig. Angelo Varisco, della archidiocesi di Milano.
»	»	»	Monsig. Gaetano Cicognani (Roma).
»	»	»	Monsig. Luigi Scipioni, della archidiocesi di Urbino.
»	»	»	Monsig, Giacomo Ghio, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Ugo Aiuti, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Odoardo Petrangolini, della medesima archidiocesi.
6	»	»	Monsig. Giuseppe Lugaresi, della diocesi di Cesena,
»	»	»	Monsig. Antonio Kjuder, della diocesi di Trieste.
»	»	»	Monsig. Antonio Ellner, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Ugo Mioni, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Polidoro Benedini, della diocesi di Mantova.
»	»	»	Monsig. Eugenio Martini, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Sartori, della medesima diocesi.
7	»	»	Monsig. Lorenzo Monaco, della archidiocesi di Brindisi.
»	»	»	Monsig. Teodoro Cajulo, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Emilio Hoenning O'Carroll (Roma).
»	»	»	Monsig. Pio Paschini (Roma).
»	»	»	Monsig. Giuseppe Sacco (Roma).
»	»	»	Monsig. Virgilio Vaiceli i (Roma).
»	»	»	Monsig. Aldo Laghi (Roma).
»	»	»	Monsig. Vincenzo Misuraca (Roma).

7 *luglio* *1932.* Monsig. Nazareno Recanatini, dèll'archidiocesi di Ancona.
8 » » Monsig. Callisto Cesano* della diocesi di Pinerolo.
11 » » Monsig. Filippo Pirri (Roma).
» » » Monsig. Sante Peviani, della diocesi di Lodi.
» » -> Monsig. Giuseppe De Vio, dèll'archidiocesi di Gaeta.
12 » » Monsig. Carlo Signorelli, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Giuseppe Alessandro Fernandes (resid. Calcutta).
» » » Monsig. Lorenzo Natale Le Bron de\Vexela, della diocesi di Ru rem onda.
» » » Monsig. Enrico Everts, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Enrico Giuseppe Wouters, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pietro Leonardo Driessen, della medesima diocesi.
13 » » Monsig. Zoltano Viz, delia diocesi di Vacia.
» » » Monsig. Ladislao Kontur, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gustavo Schwarcz, della medesima diocesi."
» » » Monsig. Emerico Sandula, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Eugenio Toldy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ladislao Klárik, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ladislao Majer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Velimiro Horvath, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Liebner de Kakucs, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Fehér, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Oreste Baronetto, della diocesi di Pinerolo.
» » » Monsig. Clemente Meistermann, della diocesi di Münster.
14 » » Monsig. Clemente Barbieri, della diocesi di Arezzo.
» » » Monsig. Giovanni Geisler, della diocesi di Bressanone.
18 » » Monsig. Alfredo Cavagna, deirarchidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Angelo Zappettini, della diocesi di S. Sepolcro.
» » » Monsig. Nehmatalla Tohmé, dèll'archidiocesi Maronita di Cipro.
» » » Monsig. Nehmatalla A ad, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Hayek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Fedele Caroli, dèll'archidiocesi di Taranto:
19 » » Monsig. Carmine Vincenti (Roma).
» » » Monsig. Pasquale Bardaro, della diocesi di Lacedonia.
» » » Monsig. Giuseppe Stanghetta (Roma).
» » » Monsig. Francesco Piazza (Roma).
» » » Monsig. Maurilio Silvani, della diocesi di Alessandria.
» » » Monsig. Luigi Del Magro, dèll'archidiocesi di Lucca.
20 » » Monsig. Angelo Fancellu, della dioc. di Ampurias e Tempio.
» » » Monsig. Francesco Cimino, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Laurenti, della medesima diocesi.
21 » » Monsig. Luigi Banken, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Monsig. Filiberto Van den Heuvel, della medesima diocesi.
». » » Monsig. Leonardo Berkvens, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Van den Heüvel, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Mutsaers, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Mainardo Van Oss, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Völker, della medesima diocesi.
» » * » Monsig." Giovanni Selten, della medesima diocesi.

21 luglio 1922. Monsig. Lorenzo Dijkmans, della diocesi di Bois-le-Duc.
Monsig. Gerardo Van der Boer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Chiarlo, dell'archidiocesi di Lucca.

Camerieri segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

31 marzo 1922. Il sig. Nicola Federico Brady, dell'archidiocesi di New-York.
20 aprile » Il sig. visconte Felice d'Arjuzon, dell'archidiocesi di Parigi.
22 giugno » Il sig. Carlo Guglielmo Clifford, della diocesi di Shrews bury.
» » » Il sig. Carlo Alberto Jocteau, dell'archidiocesi di Torino.
26 » -> Il sig. cav. Leone Kenny, dell'archidiocesi di Melbourne.
» » » Il sig. conte Giuseppe Gastone La Caille, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Il sig. Giorgio Bertrand, della medesima archidiocesi.
» » » Il sig. Wilfrido Howell, della diocesi di Plymouth.
28 » . » Il sig. Raimondo del Balzo dei duchi di Presenzano, del-Tarchidiocesi di Napoli.
1 luglio », Il sig. marchese Carlo Serra y Pickman, delFarchidiocesi di Siviglia.
5 » » Il sig. marchese Ferdinando de Jbarra, della diocesi di Vittoria.

Carnei iet i d'onore in abito paonazzo di S. S.

11 marzo 1922. Monsig. Arcangelo Bruni (Roma).
» » » Monsig. Antonio Nicolò (Roma - Acerenza e Matera).
» » ' » Monsig. l'ilippo Tesa (Roma).
» » » Monsig. Pietro Ercole (Roma).
» » » Monsig. Pietro Biagioìi (Roma).
» » » Monsig. Americo Guidi (Roma).
13 » » Monsig. Tancredi Tani (Koma).
18 » » Monsig. Giovarmi Floersh, della diocesi di Nashville *(S. U.).*
31 » » Monsig. Giuseppe Dineen, dell'archidiocesi di New-York.
10 aprile » Monsig. Antonio Maria Dos Santos Portugal, del Patriarcato di Lisbona;
17 giugno » Monsig. Andrea Kriston, dell'archidiocesi di Agria.
» » » Monsig. Carlo Subik, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Tihamér Tóth, della medesima archidiocesi.
22 » • , » Monsig. Tommaso Frioni (Roma).
23 » » Monsig. Barnaba Tost, della diocesi di Cassovia.
» » » Monsig. Michele Palyó, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Adalberto Wiek, della medesima diocesi.
26 » » Monsig. Pietro Catelli, della diocesi di Como.
» » » Monsig. Francesco Rimmaudo, dell'archidiocesi di Siracusa.
» » » Monsig. Ferdinando Ricca, della medesima archidiocesi.
27 » » Monsig. Guglielmo Liddy, della diocesi di Syracuse *(S. U.).*
1 luglio » Monsig. Benvenuto de Souza, del Patriarcato di Lisbona.
5 » » Monsig. Luigi Battelli, deirarchidiocesi di Urbino.

6	*luglio*	*1922.*	Monsig. Vincenzo Sealori, della diocesi di Mantova.
»	»	»'	Monsig. Emilio Caiola, della medesima diocesi.
11	»	»	Monsig. Francesco Nardo, dell'archidioc. di Santa Severina.
12	»	»	Monsig. Serafino De.Bellis, della diocesi di Palestrina.
»	»	»	Monsig. Enrico Andrea Poels, della diocesi di Ruremonda.
14	»	»	Monsig. Emilio Valenzuela, dèll'archidiocesi di Bogota.
»	»	*	Monsig. Andrea Restrepo Saénz, della medesima archidioc.
21	»	»	Monsig. Adriano Hermus, della diocesi di Bois-le-Duc.
»	»	»	Monsig. Giovanni Spranger, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Antonio Vermeulen, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Francesco Lambermont, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Endrico van Hussen, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Sujis, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. •

26	*aprile*	*1922.*	U sig. conte Paolo Ceccopieri (Roma).
17	*ghigno*	»	Il sig. Andrea Anastasio, dèll'archidiocesi di Amalfi.
22	»	»	Il sig. Antonio Bottero, della diocesi di Treviso.
,»	»	»	Il sig. Giovanni Domenech y Martí, della diocesi di Barcellona.
L	*luglio*	»	U sig. Celestino Carretero Ferre, dèll'archidiocesi di Granada.
4	»	»	Il sig. avv. Angelo D'Alessandri (Roma).
7	»	»	Il sig. Giuseppe Luigi de Montalvo y Garcia-Camba, della diocesi di Madrid-Alcalá.
»	»	»	**11** sig. Emanuele de Montalvo y Goin, della medesima diocesi.
17	»	»	li sig. Nazareno Bianchini, della diocesi di Viterbo e Tuscania.
20	»	»	Il sig. Fortunato Pisapia, della diocesi di Cava e Sarno.
»	»	»	**11** sig. Francesco Lavitrano, della medesima diocesi.

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

28	*giugno*	*1922.*	Monsig. Sosio D'Angelo, della diocesi di Sessa Aurunca.
30	»	»	Monsig. Giovanni De Guglielmo, dèll'archidiocesi di Benevento.
6	*luglio*	»	Monsig. Augusto Bertazzoni, della diocesi di Mantova.
»	»	»	Monsig. Francesco Orsatti, della medesima diocesi.
• »	*	»	Monsig. Dionisio Balzo, della medesima diocesi.
12	»	»	Monsig. Stefano Pini (Roma).

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

16	*marzo*	*1922.*	Monsig. Dante Biagiotti, della diocesi di Pescia.
5	*luglio*	»	Monsig. Giuseppe Augusto Ferreira, dèll'archidiocesi di - Braga.
»	»	»	Monsig. Emmanuele Gioacchino de Paiva, della diocesi di Funchal.

Camerieri d'onore extra Urbem ***di S. S.:***

27 giugno 1922. Monsig. Tommaso Boninsegna, della diocesi di Trento.
12 luglio » Monsig. Giacomo Espar Maranges, della diocesi di Tarazona.

NECROLOGIO

29 giugno 1922. Monsig. Carlo Pietropaòli, Arcivescovo titolare di Calcide.
11 luglio » Monsig. Pietro Armengaudio Valenzuela, Arcivescovo titolare di Gangra.

Annus XIV"- Vol. XIV 7 Augusti 1922 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA APOSTOLICA

AD EMUM P. D. CAIETANUM BISLETÍ S. R. E. CARDINALEM PROTODIACONUM PRAEFECTUM SACRI CONSILII SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS CURANDIS: DE SEMINARIIS ET DE STUDIIS CLERICORUM.

PIUS PP. XI

DILECTE FILI NOSTER

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Officiorum ominum sanctissimorum, quaecumque Apostolici m/uneris amplitudo complectitur, nullum sane nec maius est nec patet latius, quam curare et efficere ut Ecclesiae ad divina sua munia obeunda bonorum ministrorum satis magna copia suppetat. Id enim est eiusmodi, quod Ecclesiae et dignitatem et efficientiam et vitam ipsam coniunctam habet; quodque ad salutem humani generis tam interest quam quod maxime : siquidem quae mundo parta sunt a Iesu Christo Redemptore immensa beneficia, ea non cum hominibus nisi per « ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei » communicantur. Iam vero ex hac beati Petri Cathedra, in qua nullo merito Nostro divinitus collocati sumus, circumspicientibus Nobis eum, qui proximis Nostris curis demandatus est, orbem catholicum, existimare licet ex

una parte quae et quam magnae sint animarum necessitates, , ex altera autem quam non eis plurifariam clerus,, pro sua praesertim paucitate, sufficiat : difficultatesque ad eum rite supplendum, quae iam gravissimae aderant, quanto factae sint recentis belli damnis iacturisque graviores. Quod si omnibus, quotquot divinae gloriae alienaeque saluti student, longeque ante alios sacris Pastoribus, permolestum accidat oportet, facile intelligitur Nos, cum omnium Ecclesiarum curam sustineamus, multo vehementius 'quam ceteros, eam ipsam ob causam anxios esse atque sollicitos. Itaque in exordio Pontificatus maximi nihil Nobis est antiquius, quam: singulare quoddam studium ad rem tanti momenti conferre : praecipueque advocatam adhibere operam istius Urbani Consilii cuius est educationem doctrinamque sacrae iuventutis universae moderari. Novimus enim multa iam a decessoribus Nostris eodem Consilio, ut instrumento, usis peropportune esse praescripta, quae Nos et valde probamus omnia et Nostrae auctoritatis suffragio confirmamus : verum nonnulla ex iis sunt, quae omnino volumus eo vel impensius urgeri, tamquam sancto proposito maxime conducibilia. Quapropter ad te,, dilecte fili Noster, eiusdem sacri Consilii praefectum, has damus litteras, ut quemadmodum huius Nostrae tantae sollicitudinis in primis es particeps, ita ad ea significanda quae eamdem levare possunt, te ipso interprete utamur.

Principio, quoniam sacri ordinis Ecclesiaeque rationes artissime, uti diximus, inter se cohaerent, non est dubitandum) quin omni tempore satis hominum a Deo ad sacerdotium destinetur ; alioquin necessaria in re Deus unquam deesset Ecclesiae suae, quod nefas est dicere.

Quamquam hac ipsa in re, aeque ac in ceteris quae ad communem animarum salutem opus sunt, ea divinae providentiae lex valet, ut communes preces amplissimum locum habeant ad impetrandum. Apertum enim notumque omni-

bus est illud : *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.*[1] Quoniam igitur huic officio optimus quisque satisfacere, Ecclesia praeeunte, consuevit, iam ut candidatorum ad sacra numerus acerescat, in primis servari cupimus optamusque quod in iuris canonici Codice ita praescriptum est : *Dent operam sacerdotes, praesertim parochi, ut pueros, qui indicia praebeant ecclesiasticae vocationis, peculiaribus curis a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum studiis imbuant divinaeque in eis vocationis germen foveant*[2] Qui quidem, ubi maturum! tempus esse iudicaverint, suos alumnos studebunt sacro alicui Seminario tradere in disciplinam, ut in eis quod ipsi inchoaverint, rite perficiatur. Quod si huic rei tenuitas adolescentulorum fuerit impedimento, nec sacerdotes sumptus suppeditare ipsi possint, bonorum animos excitent ad succurrendum, proposita rei tum sanctitate, tum etiam incredibili utilitate. Quo loco facere non possumus quin rogemus omnes,quicumque Ecclesiam diligunt, ut illud « Opus vocationum ecclesiasticarum » quod, pueris spei bonae et domi et apud parochos et intra Seminariorum septa sedulo adiuvandis, salubriter institutum est, omni foveant studio atque promoveant.

Illud enimvero maximae Nobis est curae, modisque omnibus efficiendum est, quod decessores Nostri Leo XIII et Pius X saepius praeceperunt, ut sacra Seminaria, nisi ad eam rem, cuius causa condita sunt, ne adhibeantur, id est ad sacrorum administros, ut oportet, instituendos. Quare non modo in eis locus esse non debet pueris vel adolescentulis, qui nullam ad sacerdotium praeferant propensionem voluntatis, - horum enim consuetudo clericis mirum quantum obest - sed etiam cum pietatis exercitationes, tum ratio studiorum, tum ipsum gubernationis genus huc omnino spe-

[1] MATTH. IX, **37, 38.**

[2] **Can. 1353.**

ctent„ oportet, ut ad perfunctionem! divini muneris accommodato alumnorum animi praeparentur. Haec esto Seminariorum omnium, nullo excepto, sanctissima lex; cui quidem si religiosius usque adhuc obtemperatum esset, tanta fere ubique non esset paucitas sacerdotum. Nam hoc est in proclivi, quae non congruenter suae propriae naturae regantur Seminaria, ea suum quidem retinere nomen, re autem vera societati civili multum prodesse posse, at sacro ordini vix aliquid aut omnino nihil proficere.

Iam quomodo constituta esse oporteat Seminaria ut idonea exsistant sacerdotibus educandis, qui et a pietate et a doctrina bene instructi sint, non est Nobis in animo hic explicare : dumtaxat nonnulla sunt, quae praecipue, ut maximi momenti et ponderis, cupimus, dilecte fili Noster, universos sacrorum Antistites diligenter attendere.

Primum est de linguae latinae studio in litterariis clericorum ludis omni cura fovendo atque provehendo, quam linguam scientia et usu habere perceptam, non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest. Etenim)Ecclesia, ut quae et nationes omnes complexu suo contineat, et usque ad consummationem saeculorum sit permansura, et prorsus a sui gubernatione vulgus arceat, sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem. Huiusmodi cum sit sermo latinus, divinitus provisum est ut is mirifico esset usui Ecclesiae docenti, idemque Christifidelibus doctioribus ex omni gente magnum ministraret vinculum unitatis; iis dando scilicet non solum unde, vel locorum intervallo disiuncti vel in unum locum congregati, facile inter se sensa mentis et consilia conferrent, sed etiam, quod maius est, unde, quae Ecclesiae matris sunt, altius cognoscerent et cum Ecclesiae capite artius cohaererent. Utraque de causa, ut cetera omittamus, liquet clerum, ante alios, latinae linguae perstudiosum esse oportere; neque enim hic laudes persequimur, quibus hoc commendatur loquendi genus, pressura, locuples, numerosum, maiestatis plenum et dignitatis

quod mire dixeris comparatum ad serviendum Romani Pontificatus gloriae, ad quem ipsa Imperii sedes tamquam hereditate pervenerit. Quod si in quopiam homine laico, qui quidem sit tinctus litteris, latinae linguae, quam dicere *catholicam* vere possumus, ignoratio quemdam amoris erga Ecclesiam languorem indicat, quanto magis omnes clericos, quotquot sunt, decet eiusdem linguae satis gnaros esse atque peritos ! Horum profecto est latinitatem tanto tueri constantius, quanto a sapientiae catholicae adversariis qui saec. XVJ Europae in una Fidei doctrina consensionem labefactarunt, acrius eam norunt oppugnatami. Quare - quod ipsum in iure canonico cautum est - [1] in litterarum ludis, ubi spes sacri ordinis adolescunt, accuratissime sermone latino volumus alumnos institui, hanc etiam ob causam, ne deinde, cum ad maiores disciplinas accesserint, quae latine utique et tradendae et percipiendae sunt, fìat, ut prae sermonis inscitia plenam doctrinarum intelligentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem veritatis. Ita iam non continget, quod saepius dolemus fieri, ut nostri clerici sacerdotesque, cum haud satis operae litterarum latinarum studio dederint, neglectis Patrum Doctorumque Ecclesiae copiosis voluminibus, quibus Fidei dogmata exhibentur cum dilucide proposita tum invicte defensa, idoneam sibi doctrinae copiam a recentioribus petant auctoribus, in quibus fere non modo perspicuum dicendi genus et accurata disserendi ratio solet, sed fidelis etiam dogmatum interpretatio desiderari. Quae igitur Paulus Timotheum admonuit : *Formam habe sanorum verborum*[2]*... Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt,* [3] haec, si unquam alias, his praesertim temporibus

[1] Cod. I. C, can. 1364.

[2] II *Tim.,* i, 13.

[3] I *Tim.,* vi, 20, 21.

valent, cum varias errorum fallacias, scientiae nomine spe-, cieque obtectas, nimis multi usque quaque venditare consueverunt. Has autem quis detegere possit ac redarguere, nisi Eidei dogmatum probe sensum teneat vimque verborum quibus solemniter sunt expressa, denique nisi ipsum, quo Ecclesia utitur, sermonem calleat ?

Alterum in quo singularem Episcoporum vigilantiam requirimus, ad altiora adolescentis cleri studia pertinet. Ommino quae hac de re sunt in iure canonico providentissime statuta, [1] ea sancte inviolateque observari debent, si quidem consilium est sacerdotum parare copiam, qui tantae magnitudini muneris impares non sint. Confecto igitur litterarum curriculo, ncstri alumni, ut sacrae Theologiae aptam praeparationem adhibeant, minimum biennio diligentissime in Philosophiae studio versentur. *Scholasticam* intelligimus Philosophiam, a sanctis Patribus Scholaeque Doctoribus quadam laborum continuatione naviter expolitam, ac denique opera et ingenio Thomae Aquinatis ad summum perfectionis gradum adductam, quam quidem decessor Noster illustris Leo XIII « Fidei propugnaculum ac veluti firmum Religionis munimentum » [2] appellare non dubitavit. Profecto ipsius Leonis magna laus est Philosophiam Christianam, excitato Doctoris Angelici amore cultuque, instaurasse : atque etiam sic iudicamus, omnium rerum), quas in diuturno Pontificatu pro Ecclesia et pro societate civili utilissime gesserit, hoc adeo fuisse caput, ut si cetera non adessent, haec una res satis esset ad tanti Pontificis nomen immortalitati commendandum. Itaque in primis sibi curae habeant magistri Philosophiae in hac disciplina clericis tradenda non solum rationem seu methodum, verum etiam doctrinam et principia sequi sancti Thomae : idque eo faciant vel studiosius, quod sciunt nullum Ecclesiae Doctorem *mo-*

[1] Cod. I. C, can. 1365 et 1366.

[2] Litt. Enc. ***Aeterni Patris.*** -

dernistis ceterisque fidei catholicae hostibus ita esse terrori ac formidini, ut Aquinatem.

Quod autem de Philosophia dicimus, idem est de sacrae Theologiae disciplina intelligendum. Nam, ut Sixti V verbis utamur : « Huius quidem tam salutaris scientiae cogni- « tio et exercitatio, quae ab uberrimis divinarum Littera- « rum, Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum et Con- ci ciliorum fontibus dimanat, certe semper maximum Eccle- « siae adiumentum afierre potuit, sive ad Scripturas ipsas <(vere et sane intelligendas et interpretandas, sive ad Patres « securius et utilius perlegendos et explicandos, sive ad va- « ríos errores et haereses detegendas et refellendas ; his vero ((novissimis diebus, quibus iam advenerunt tempora illa « periculosa ab Apostolo descripta, et homines blasphemi> « superbi et seductores proficiunt in peius, errantes et alios « in errorem mittentes, sane catholicae Fidei dogmatibus ((confirmandis et haeresibus confutandis pernecessaria « est ».[1] Etenim id quod efficit ut hoc disciplinae genus vim scientiae veri nominis habeat, in eoque - ut desideratissimus decessor Noster praeclare ait[2] - « plena sit, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditae divinitus veritatis », nihil est aliud nisi Philosophia Scholastica, duce et magistro Aquinate, in usum ipsius sacrae disciplinae conversa. Hinc « apta illa et inter se nexa « rerum et causarum cohaerentia, ille ordo et dispositio « tamquam militum in pugnando instructio, illae dilucidae « definitiones et distinctiones, illa argumentorum firma tas « et acutissimae disputationes, quibus lux a tenebris, verum ((a falso distinguitur, haereticorum mendacia, multis prae- « stigiis et fallaciis involuta, tamquam veste detracta, pa- ce tefiunt et denudantur ».[3] Consequens est, non bene sacrae iuventuti consulere,, qui omnem de Theologia institutionem,

[1] **Bulla *Triumphantis,* an.** 1588.

[2] BENEDICTUS XV, **Motu proprio *De Romana Sancti Thomae Academia,* an.** 1914.

[3] SIXTUS V, 1. C.

scholastica ratione neglecta, ad *positivam methodum,* ut dicitur, exigendam putent; multoque minus eos officio suo satisfacere, qui huius doctrinae magisterium non aliter exerceant, nisi ordinem seriemque dogmatum atque haeresum doctis disquisitionibus exsequendo. Illa enim positiva methodus necessario quidem scholasticae adiungenda est, sed sola non sufficit ; cum bene comparari nostros oporteat ad Fidei veritatem non modo convincendam, sed illustrandam etiam ac defendendam ; Fidei autem dogmata contrariosque errores ex ordine temporum recensere, ecclesiasticae quidem historiae est, non vero munus Theologiae.

Tertio loco, quod ad clericorum studia pertinet, qui, pro conscientia officii, ea moderetur, non is profecto praescriptiones iuris canonici negliget de Theologia *pastorali:* [1] imo plurimum tribuet huic disciplinae, qua quidem proxime animarum quaeritur salus. Nec vero dumtaxat, quam sancte sint divina tractanda, praecipiet ; sed praeterea quemadmodum sint maiore semper cum fructu hominibus applicanda. In quo ei erit temporum habenda ratio diligentissime. Multa enim in populi christiani mores rerum cursus induxit, patrum nostrorum inaudita temjporibus : quae pernovisse hodie sacerdotem! oportet, ut nova novis remedia malis in Iesu Christi virtute reperiat, et salutarem Religionis vim in omnes venas afferat humanae societatis,

Denique scito, dilecte Fili Noster, admodum cordi Nobis illud esse quod pariter in iuris canonici Codice statuitur : *Si constitui Seminarium 'dioecesanum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens institutio, praesertim in philosophicis ac theologicis disciplinis, desideretur, Episcopus alumnos in alienum Seminarium mittat, nisi Seminarium interdioecesanum vel regionale, auctoritate apostolica, constitutum fuerit.* [2] In quo quidem optandum est ut Episcopi, quorum id refert, Apostolicae Sedis providentiam ae-

[1] **Cod. I. C., can. 1365 § 3.**

[2] **Can. 1354 §** 3.

stiment eique libentibus animis suffragentur. Quam multi enim sunt, qui vel moderatorum praeceptorumque inopia, vel f ortunarum angustiis, vel alia de causa nequeunt adolescentes clericos, si quos habent maioribus studiis maturos, apud se curare, ut dignum est, instituendos ? Iis igitur, ut possent permagno sui muneris officio fungi, opportune haec Apostolica Sedes opitulata est, conditis, maxime per Italiam, in singularum regionum commodum, nonnullis Seminariis, iisque praesidum doctorumque nobilitate florentibus, unde sacerdotes exsisterent ad omne opus bonum instructi, paratique se devovere totos Dei gloriae animarumque saluti. Nos equidem id instituti genus, in quo sapientia aeque ac munificentia decessorum Nostrorum Pii X et Benedicti XV spectata est, cum sartum et tectum conservare volumus, tum etiam, quantum est in Nobis, omni ope in maius provehere. - At vero par est et consentaneum, sacrorum quoque Antistites, qui eius sint regionis, cuius gratia Seminarium huiusmodi sit excitatum, debere omnes eidem pro virili parte prospicere. Quos quidem rogamus, ne inviti id faciant, quod non solum comimainis ab eis, sed propriae etiam ipsorum utilitatis ratio postulat. Etenim si reputaverint - quod res est - suam cuiusque causam hic agi, et Seminarium interdioecesanum vel regionale suarum cuique dioecesium Seminarii maioris instar esse, in quo ipsi eadem iura eademque officia singuli habeant, nihil sane, quod intelligant a se in eius bonum conferri posse, unquam recusabunt.

Haec habuimus, dilecte Fili Noster, ad te de clericorum institutione scribere. Iam istius, cui praees, Urbani Consilii erit curare, ut tum in sacris Seminariis Collegiisque clericorum, tum in magnis Lyceis et *facultatibus* seu doctorum ordinibus, quicumque eidem Consilio subiecti sunt, ea diligenter ubique ad effectum adducantur. Eadem ipsa igitur, ex auctoritate Nostra, omnibus, quorum interest, tu significatos. Deprecante autem Virgine beatissima, Eius

Matre qui est *Sacerdos in aeternum,* confidimus rem magno cum emolumento sacri ordinis, Dei miserentis gratia, successuram.

Auspicem! interea divinorum munerum ac peculiaris Nostrae benevolentiae testem;, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die i mensis augusti, anno MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum :

23 iunii 1922. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cabasitanae praefecit R. P. D. Honoratum Halle, hactenus Episcopum titularem Pergamensem.

6 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Manizalensi, R. D. Tiberium Salazar, parochum loci vulgo « Sonson » in archidioecesi Medellinensi.

21 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Modrensi, R. P. D. Stephanum Rojas, hactenus Episcopum Garzonensem.

2 augusti. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Gangrensi,R. P. Adrianum Smets, Delegatum Apostolicum in Perside.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

BARULEN.

COLLATIONIS CANONICATUUM

12 novembris 1921 et Id iunii 1922

SPECIES FACTI. — Antiqua S. Mariae maioris collegiata, in urbe Barulensi, vulgo ***Barletta,*** erecta, tribus dignitatibus, idest archipresbyteratu et duobus cantoratibus, constabat, una cum 30 portionibus seu officiis. Clemens XII, Bulla ***In suprema,*** die 29 iunii 1731, reservata ut antea S. Sedi collatione earumdem trium dignitatum, ceteras 30 portiones seu officia in totidem canonicatus erexit, quorum collationem ipsi Capitulo concessit quoties Apostolicae reservationes etaffectiones non obstarent.

Verum Cappellanus maior regiae Camerae S. Clarae, Neapoli, quadam sententia diei 9 decembris 1786, collegiatam S. Mariae maioris et eius Capitulum declaravit regii patronatus, ideoque ius. eligendi et nominandi archipresbyterum aliosque capitulares regi utriusque Siciliae attribuit. Quum vero Capitulum collegiale S. Mariae maioris suas* hac de re querelas movisset regi Ferdinando, hic, rescripto diei 17 aprilis 1790, reservata sibi archipresbyteratus collatione, idem Capitulum redintegrandum iussit in possessione eligendi more solito capitulares, eosque sibi praesentandi pro regia approbatione et confirmatione.

Dein Pius IX, Bulla ***Imperscrutabili*** diei 21 aprilis 1860, memoratam S. Mariae maioris Collegiatam in cathedralem aeque principaliter metropolitanae Tranensi unitam erexit, eamque componi statuit 4 dignitatibus (i. e. archipresbyteratu, archidiaconatu, primiceriatu et thesaurar i atu), necnon 20 canonicis ac 12 beneficiatis, simulque, S. Sedi reservata primae dignitatis seu archipresbyteratus collatione, pro aliorum canonicatuum provisione Archiepiscopo pro tempore Barulensi facultatem indulsit « tres « digniores ecclesiasticos viros ex universo clero Barulen. laudato utrius- « que Siciliae Regi eiusque legitimis * successoribus praesentandi ut ex « iis tribus unum nominet, qui ab eodem Archiepiscopo vel per se vel per « alium... canonicam institutionem recipiat; quoad vero cetera beneficia, « eadem iuxta solitum conferantur nihilque innovetur », Quum autem in huius Bullae exsecutionem nonnullae exortae fuerint controversiae praesertim circa canonicatuum provisionem, Archiepiscopum inter et Capitulum Barulense quaedam inita fuit conventio ab eodem Pontifice Brevi diei 22 augusti 1874 approbata, vi cuius, excepta prima archipresbyteratus dignitate S. Sedi reservata, « idem Capitulum nominare seu proponere « pergat legitimo recognito Regi, in quem Sedes Apostolica rite trans- « lata privilegia huiusmodi agnoverit, idoneam ecclesiasticam personam « ex universo Barulensi clero, habita quoad ipsi marianae ecclesiae addi- « ctos ratione servitii a statutis et consuetudinibus capitularibus prae- « scripti et facta etiam facultate extraneum a civitate virum deligendi, « quatenus id in utilitatem et decus ecclesiae cessurum fore in Domino « iudicaverit. At vero nominatio quaelibet huiusmodi nullius roboris «remanere debeat.nec ullum sortiri valeat effectum donec approbatio « accesserit Barulensis Ordinarii, cui iudicium de nominati idoneitate « plene reservatum existat ita ut approbatione huiusmodi denegata ad « alias successive nominationes huiusmodi Capitulum et canonici prae- « fati procedere teneantur. Institutio autem personae sic propositae ac « nominatae semper et libere ad ipsum Barulen. Ordinarium spectet « et pertineat et ab eodem sive per se sive per alium virum in eccle-

« siastica dignitate constitutum ac ab eo rite delegandum concedi « debeant... ».

Haec praxis nominandi canonicos Barulenses hucusque servata est, nisi quod, quum ob leges eversivas numerus capitularium ad 6 beneficiatus et ad 12 canonicos civiliter recognitos, 5 computatis dignitatibus, redactus sit, anno 1917 adiuncti fuerunt sola Ordinarii auctoritate tres canonici statutarii qui non secus ac ceteri canonici iisdem iuribus fruuntur ac oneribus tenentur. Et quoniam idem Capitulum, iuxta sta^ tuta, art. 29, « ha la cura abituale delle anime, nomina a vita per la « cura attuale quattro canonici ***de gremio Capituli*** col titolo di canonici « coadiutori curati per la Cattedrale e le altre tre Vicarie. La nomina « di detti canonci coadiutori non è valida se non viene approvata dal- « l'Ordinario, e per le tre Vicarie sarà fatta possibilmente nella persona « dei canonici statutari ».

Hae 4 coadiutoriae curatae, nempe Cathedralis, S. Sepulcri, S. Mariae a Victoria et S. Familiae, nuper a civili auctoritate tamquam verae paroeciae recognitae sunt; Capitulum vero deliberatione diei 25 octobris 1920 renunciavit favore Ordinarii cuicumque iuri, si quod haberet, praesentandi seu nominandi tres canonicos statutarios, in vicarios seu parochos trium ecclesiarum S. Sepulcri, S. Mariae a Victoria et S. Familiae deputandos. Et hodiernus Ordinarius Baruiensis ab hac S. C. inter alia petiit et die 1 febr. 1921 obtinuit « che il parroco della Cat- « tedrale sia un canonico riconosciuto dallo Stato, e che gli altri tre « parroci siano canonici statutari con uguali diritti di quelli riconosciuti «dallo Stato...; che i 4 parroci siano canonici perchè parroci, onde se « per qualsiasi ragione cessassero di essere parroci, cesserebbero di «essere canonici...».

Hisce generatim praeiactis, ad hodiernam quaestionem pressius quod attinet, addendum est quod Administrator apostolicus Baruiensis ut provideret canonicis curatis ecclesiarum Cathedralis et S. Sepulcri, mense martio 1920 concursum indixit, cui nomen dederunt quatuor candidati, seu sacerdotes Russo, D'Amato, Spera et De Fidio, qui postremus periculi minor evasit. Iamvero idem Administrator quum censuerit canonicatum statutarium curatum S. Sepulcri esse liberae collationis Ordinarii, illud sacerdoti Russo, utpote digniori in concursu recognito, statim contulit, et reliquit Capitulo facultatem eligendi canonicum curatum Cathedralis inter alios daos candidatos approbatos seu inter D'Amato et Spera praetermisso sacerdote De Fidio. Capitulum praetulit sacerdotem Spera, eumque die 25 maii 1920 nominavit ad canonicatum qui vacaverat die 29 decembris 1918 ob promotionem canonici Pastore ad

quartam thesaurariatus dignitatem, dum officium curati seu parochi Cathedralis vacavit dumtaxat a die 5 maii 1919 propter obitum sacerdotis Musti, qui erat simul archidiaconus seu secunda dignitas et parochus Cathedralis. Sacerdos Spera obtinuit quidem regium decretum nominationis in canonicum curatum Cathedralis, sed nondum est consequutus eius canonicam institutionem et possessionem.

Pariter Capitulum Barulense, ut alterum approbatum seu sacerdotem D'Amato praemio remuneraretur propter decennale praestitum servitium cooperatoris paroecialis in ipsa Cathedrali, eadem ut supra die 25 maii 1920, plenis suffragiis 10 eidem pollicitus est nominationem canonicatus primo vacaturi. Vacato autem die 14 augusti 1920 canonicatus per promotionem sacerdotis Scuro ad secundam archidiaconatus dignitatem, post biduum habitus fuit capitularis conventus, in quo sacerdos D'Amato in canonicum electus fuit atque Ordinario pro approbatione praesentatus. Quamvis enim ipse ex novem canonicis praesentibus nonnisi quatuor suffragia reportaverit, tamen quintus canonicus schedulam vacuam deposuit et alii quatuor a voto sese abstinuerunt; ea tantum de causa quod contenderent ad provisionem eiusdem canonicatus deveniendum non esse nisi prius aliis Capituli quaestionibus solutis.

Verum sacerdos De Fidio, qui in concursu reiectus fuerat, prius seu die 23 augusti 1920 electionem sacerdotis D'Amato in canonicum, et dein die 2 insequentis septembris nominationem sacerdotis Spera in canonicum parochum Cathedralis Barulensis apud S. Sedem ut nullas denunciavit.

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - I. Nullitatem nominationis canonici D'Amato ipse praesertim repetit ex defectu maioritatis suffragiorum, eo quod in postrema votatione capitulari diei 16 augusti 1920 super 9 capitularibus idem candidatus dumtaxat 4 vota sibi faventia reporta vit. Ex adverso patronus Capituli contendit illa 4 vota a sac. D'Amato reportata unanimitatem in casu praeseferre, quia iuxta canonem 101 Codicis I. C. in votis computandis, « demptis votis nullis », ratio habenda tantum est eorum « qui suffragium ferunt », seu votantium non autem praesentium, sicut decernunt etiam Statuta capitularia, artic. 87: « Non avrà « valore quella votazione o deliberazione, la quale non abbia ottenuto « il suffragio di metà più uno dei votanti ».

Nullitatem vero nominationis canonici parochi Spera desumit idem De Fidio ex eo quod, ob negligentiam Capituli et Ordinarii, collatio eiusdem canonicatus devoluta est ad S. Sedem. Dum enim vacatio

canonicatus de quo agitur incepit a die 22 decembris 1918, eius provisio per electionem sacerdotis Spera nonnisi die 16 augusti 1920 effecta est. E contrario procurator Capituli sustinet tempus utile 4 mensium, quum in casu agatur de canonicatu curam animarum habente, ex canone 1457 a die tantum concursus computandum esse. Iamvero concursus habitus fuit die 32 martii 1920, nominatio vero sacerdotis Spera in canonicum curatum die 28 aprilis successivi facta fuit.

Verius quoad hanc canònici curati Spera electionem cum distinctione respondendum videretur, quum in casu officium parochi non sit perpetuo adnexum uni canonicatui, quemadmodum constat ex statutis capitularibus et ex facto quod ultimo defunctus canonicus archidiaconus officio quoque parochi fungebatur. Hinc quum Capitulo Barulensi tamquam parocho habituali in vim canonis 471 § 2 competat ius praesentandi actualem vicarium cathedralis, iuxta tenorem canonis 161 trimestre utile decurrere incepit a die concursus iuxta citatum canonem 1457, ac proinde valida dicenda videtur deputatio sacerdotis Spera ad officium parochi Cathedralis infra dictum tempus facta. At collatio canonicatus in casu, quippe qui per se non habeat adnexam curam animarum, ideoque concursum non importet, vi canonis 1432 § 3 ad S. Sedem devòluta esse videtur. Siquidem Capitulum Barulense ex supposito iuspatronatus sibi competente nominare omisit canonicum intra quadrimestre ad tramitem canonis 1456, et etiam Ordinarius iure devolutionis intra sequens semestre iuxta praescriptum canonis 1458 canonicatum ipsum libere conferre neglexit.

II. Verum gravior eaque elegantior quaestio promota est ***ex officio*** circa ipsum ius nominandi seu praesentandi canonicos in Capitulo cathedrali Barulensi, utrum nempe hoc ius seu privilegium adhuc vigeat post Codicis I. C. promulgationem, an e contrario ei derogatum sit can. 403 ita se habente: «Exceptis dignitatibus, ad Episcopum pertinet, audito Capitulo, conferre omnia et singula beneficia ac canonicatus in ecclesiis tum cathedralibus tum collegialibus, reprobata quavis contraria consuetudine et revocato quolibet contrario privilegio, sed firma contraria fundationis lege et praescripto canonis 1435 ».

Capituli patronus defensione typis edita totis viribus dimicat pro huius iuris seu privilegii tuitione eiusque etiam in praesens existentia. Praemisso enim quod iuxta canonem 4 « iura aliis quaesita itemque privilegia atque indulta quae ab Apostolica Sede... concessa in usu adhuc sunt nec revocata, integra manent, nisi huius Codicis canonibus expresse revocentur », contendit ius nominandi seu praesentandi canonicos in casu revocatum non fuisse vi citati canonis 403, qui iuxta

ipsum « revoca (eccettuato il caso della legge di fondazione) il privilegio « che altri, fuori dell'Ordinario, abbia di conferire i canonicati, laddove « nel caso non si tratta della collazione ma del diritto e privilegio di «nominare e proporre all'Ordinario i nuovi canonici». Contrariam autem interpretationem, quam extensivam et impropriam vocat, excludi asserit sive a canone 19 quando agitur de iuribus legitime quaesitis, -sive etiam a canone 18 vi cuius «leges ecclesiasticae interpretandae sunt secundum propriam verborum significationem in textu et contextu consideratam ».

Quum praeterea iuxta citatum canonem 18 « si lex dubia et obscura manserit, ad locos Codicis parallelos, si qui sint, ad legis finem... et ad mentem legislatoris est recurrendum », ¡patrocinator ad can. 1455, 2393 et praesertim 1471 provocat tamquam ad locos parallelos. Et imprimis quoniam iuxta ipsum canon 1455 adhuc recognoscit ius aut privilegium praesentandi, nulla ratio suppetere ait cur hoc ius denegetur Capitulo Barulensi quod, teste ipso Pio IX in citato Brevi anni 1874, « a saeculis veluti compatronum iure fruebatur praesentandi seu pro- « ponendi legitimo regi idoneam personam, subinde ab archipresbytero « mariano, iure proprio, inscio etiam Ordinario, instituendam ». Addit praeterea canonem 2393 expresse admittere ius eligendi, praesentandi et nominandi, idque distinguere a collatione vel a iure conferendi his verbis: « omnes qui iure eligendi, praesentandi vel nominandi legitime fruuntur, si neglecta auctoritate illius cui confirmatio vel institutio competit, officium, beneficium aut dignitatem ecclesiasticam conferre praesumpserint, suo iure pro ea vice ipso facto privati maneant ». Denique in canone 1471 explicite admitti ait privilegium praesentationis veluti distinctum a titulo seu lege fundationis, quum ita statuatur: « Si cui Sedes Apostolica sive in concordatis sive extra concordata indultum concesserit praesentandi ad ecclesiam vacantem vel ad beneficium vacans, non inde ius patronatus oritur, et privilegium praesentationis strictam interpretationem pati oportet ex tenore indulti ».

Ex adverso retinendum videtur ius nominandi seu praesentandi canonicos Capitulo cathedrali Berulensi iam pridem competens, quum naturam ***privilegii*** induat, a relato canone 403 Codicis fuisse revocatum. Per hunc enim canonem in Capitulis saltem cathedralibus et collegialibus videtur conservatum tantum ius nominandi seu praesentandi aut ius patronatus, quod a lege fundationis originem duceret, quocumque alio titulo sive consuetudinis sive ***privilegii*** excluso.

Etenim verbum ***conferre*** seu ***collatio*** dicti canonis 403 ex se importat collationem liberam beneficiorum non solum ad exclusionem aliorum

collaturum sed etiam ad exclusionem collationis necessariae, quae a lege fundationis singulorum beneficiorum causa m non habeat. Haec vox ***collatio*** sine addito sumitur in Codice pro ***collatione libera*** (salva semper fundationis lege), ex. gr. in canone 396 § 1 : « collatio dignitatum tum in Capitulis cathedralibus tum in collegialibus Sedi Apostolicae reservatur » ; et generatim in canonibus collationem beneficiorum respicientibus. E contrario Codex quoties indicare intendit collationem beneficiorum necessariam, nunquam utitur verbo ***collatione*** sine addito sed constanter verbis ***institutione canonica,*** ex gr. canonibus 148, 149, 332, 1466, 1467, 1468 et ita porro.

Nec praetereundum quod in canone prostant verba ***audito Capitulo.*** Haec autem auditio Capituli non solum Episcopis onerosa, sed inutilis omnino evaderet si collatio de qua in hoc canone, praeter casum legis fundationis, esset etiam necessaria, idest ad praesentationem seu nominationem patronorum.

Praeterea mens legislatoris hac de re non videtur dubia, quum eo tendat ut Ecclesia plenam acquirat libertatem in conferendis beneficiis praesertim Capitulorum cathedralium (quorum membra ipsum Episcopi senatum constituunt) et collegialium. Unica exceptio facta est quoad beneficia patronata ex fundatione seu dotatione, ut, quoad possit, integra servetur fundatorum voluntas. Urgetur hoc argumentum ex eo quod, praecise, ut videtur, ex consideratione huius can. 403, a Commissione pro authentica Codicis interpretatione resolutum fuerit primum « ***optionem*** iam censeri prohibitam etiam ubi viget ***ex speciali indulto apostolico »*** et postea « hanc prohibitionem intelligendam esse non solum quoad dignitates, sed etiam quoad ***omnes canonicatus ».***

Res clarior evadit si perpendantur dispositiones quae a Codice statuuntur in capite de iurepatronatus. Sane, canone 1448 ius patronatus definitur « summa ***privilegiorum,*** cum quibusdam oneribus, quae ex Ecclesiae concessione competunt ***fundatoribus*** catholicis ecclesiae, cappellae aut beneficii, vel etiam eis qui ab illis causam habent ». Heic uti patet iuspatronatus tantum recognoscitur fundatoribus beneficiorum eorumque successoribus, non autem iis qui illud ex consuetudine vel privilegio apostolico aut quovis alio titulo repetunt. Idque ad tramitem Concilii Tridentini, cap. 12, sess. 24 ***de reform.:*** « Nemo, etiam cuiusvis dignitatis ecclesiasticae vel saecularis, quacumque ratione, nisi ecclesiam, beneficium aut capellani de novo fundaverit et construxerit, seu iam erectam, quae tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis et patrimonialibus boni competenter dotaverit, ius patronatus impetrare aut obtinere possit aut debeat ».

Nec valide opponi posse videtur hanc iuris patronatus definitionem potius quam iura patronatus constituta respicere solummodo constituenda. Nam praeterquamquod definitiones dantur de rebus prout existunt non autem prout existere possunt, de facto ex canone 1450 « nullum patronatus ius ***ullo titulo*** constitui in posterum valide potest », atque Episcopi tantum possunt « fundationem beneficii admittere ea adiecta conditione ut beneficium prima vice conferatur clerico fundatori vel alii clerico a fundatori designato », exclusis proinde in posterum iis qui ab ipsis fundatoribus causam habent, secus ac dicitur in relata iuris patronatus definitione.

Nec in contrarium facessere videntur canones 1455, I°, 2393 et 1471 a defensore Capituli citati. Nam duo priores canones optime aptantur iuribus patronatus ex fundatione, exclusis aliis ex consuetudine vel privilegio. Canon vero 1471, praeterquam referri potest ad futura indulta peculiari de causa forsan a S. Sede concedenda, intelligendus videtur de indultis ex fundatione non autem ex solo privilegio a S. Sede concessis; nam ius patronatus, uti patet ex relata eius definitione, per se iam non inhaeret ipsi fundationi sed est specialis Ecclesiae concessio. Exceptio tamen fieri debet quoad indulta patronatus etiam privilegiati in concordatis a S. Sede concessa, quia iuxta canonem 3, « Codicis canones initas ab Apostolica Sede cum variis Nationibus conventiones nullatenus abrogant aut iis aliquid obrogant; eae idcirco perinde ac in praesens vigere pergent, contrariis huius Codicis praescriptionibus minime obstantibus ».

Denique quoad Capitulum Barulense non videtur ambigendum agi de iure patronatus ex mero privilegio, quemadmodum nec ipse patrocinator Capituli diffitetur. Aliqua fortasse difficultas oriri posset ex eo quod ius nominandi seu praesentandi in casu innitatur conventione inter Archiepiscopum et Capitulum Barulenses inita atque a Pio IX Brevi ***Rationabilia*** anni 1874 firmata. Sed quum conventio ipsa fundetur in privilegio iurispatronatus a S. Sede tunc concesso et nunc revocato, cessante fundamento iuridico concessionis pontificiae, et ipsam conventionem cessare oportet. Quare, etc.

R**ESOLUTIO**. - Porro propositis semel et iterum, in plenariis nempe Sacrae Congregationis comitiis diei 12 novembris 1921 et 10 iunii 1922, dubiis ex officio ita ut sequitur conceptis:

I. ***An post Codicem iuris' canonici iñ Capitulo cathedrali Barulensi adhuc vigere dicendum sit ius nominandi seu praesentandi canonicos in casu;***

IL ***An nominationes sacerdotis D'Amato in canonicum et sacerdotis Spera in canonicum parochum Cathedralis Baruiensis sustineantur in casu :***

Emi ac Revmi Patres, perpensis omnibus, respondendum censuere:

Ad I. ***Negative.***

Ad IL Sanatis defectibus, sacerdotes Spera et D'Amato immittendos esse in possessionem respectivi canonicatus, ***facto verbo cum Ssmo.***

Quas resolutiones Ssmus Dnus Noster Pius div. prov. Papa XI, referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, approbare dignatus est.

I. Mow, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dnus Noster decreto S. C. de Prop. Fide, die 21 iunii 1922, cathedrali Ecclesiae Mysuriensi praefecit R. P. Mauritium Bernardum Despatures, e Seminario Parisiensi ab exteris missionibus.

II

NOMINATIONES

Brevi Apostolico nominatus est:

28 iunii 1922. — ***Vicarius Apostolicus de Brazzaville,*** R. P. Firminum Guichard, ex Instituto a Spiritu Sancto.

Eadem Sacra Congregatio, decreto diei 15 iulii 1912, renunciavit ad suum beneplacitum R. P. Valentinum Camillum Stappers, O. F. M., Praefectum Apostolicum nuper erectae praefecturae de Lulua et Katanga centrali.

SACEA CONGREGATIO RITUUM

I

HILDESIEN.

DUBIA VARIA

Sacerdos Iosephus Machers, qui pro dioecesi Hildesiensi ***Directorium ecclesiasticum*** componere debet, de consensu sui Rmi Episcopi, sequentia dubia, pro benigna responsione, Sacrorum Rituum Congregationi humiliter subiecit; nimirum:

A) De Festo Patroni principalis eiusque Octava.

I. Si Missa Patroni principalis vel saltem Evangelium non est determinatum, licetne diebus infra Octavam necnon in die Octava (secundum Rubricas novi Missalis ante Commune unius Martyris et ante Missas votivas ad diversa positas) aliam Missam vel aliud Evangelium ex eodem Communi sumere atque in die Festi, an Missam vel Evangelium pro Festo electum per totam Octavam legere oportet?

II. Et si ***affirmative*** ad primam partem, licetne in casu etiam Lectiones trium Nocturnorum Officii ad libitum ex Lectionibus diversis eiusdem Communis eligere, observata tantum regula, quod Missae et Officii Evangelium idem esse debet?

B) De Feriis Rogationum.

III. In Missa Rogationum, si ad Processionem celebratur in ecclesia, ubi etiam Missa de die, sine cantu celebratur, utrum Commemorationes speciales fieri debent an non?

G) De Missis defunctorum.

IV. Si Missa celebratur pro defuncto nondum sepulto, cum vel sine cantu, diebus quibus Missas quotidianas pro defunctis in cantu resp. sine cantu celebrare licet, utrum in omnibus ecclesiis et oratoriis Missa pro die obitus cum unica Oratione uti oportet?

V. Et si *affirmative,* licetne hanc Missam etiam post sepulturam celebrare, si Missa exequialis rationabilem ob causam celebrata nondum est? ,

VI. Diebus ut supra liberis licetne plures Missas, de die III, VII, XXX, opportuniore post acceptum nuntium, anniversaria, etiam late sumpta, celebrare, an unam tantum?

VII. Missa cantata in anniversariis, quae extra diem obitus ex fundatione celebratur, vel quae pro omnibus defunctis alicuius coetus semel quolibet anno habetur, utrum eo tantum casu gaudet privilegio, quo certa dies in fundatione vel ex consuetudine coetus est determinata, an etiam, quo dies ad libitum celebrantis vel coetus eligitur?

D) De solemnitatibus Festorum Motu proprio Abhinc duos annos *in Dominicas translatis.*

VIII. Missa de solemnitate, ex Decreto generali S. R. C. super Motu proprio ***Abhinc duos annos*** in Dominicam translata, num a parocho pro populo applicari potest, secundum ***Additiones et variationes in Rubricis Missalis,*** II, n. 11, an non?

IX. In dicta Missa, si est de Festo duplici I classis, num Commemorationes omnes sunt faciendae, quae fierent, si Festum in Dominica oecurreret (secundum Decretum generale S. R. C. super Motu proprio dicto), an illae tantum, quae fiunt in Missa votiva solemni pro re gravi et publica simul causa (cfr. ***Add. et variât.,*** V, 3). .

X. In dicta Missa, de ritu duplici 1 sive II classis, num Symbolum est dicendum, etiamsi Missa Festi per se Symbolo caret nec Commemoratio Dominicae alteriusque Officii, quod Symbolum requirit, facienda est, an omittitur?

XI. Praefatio in dicta Missa, si Praefatio propria deest ac Missa sine Commemoratione diei celebratur, estne communis?

E) De Missa in honorem Ssmi Cordis Iesu prima Feria VI mensis celebranda.

XII. Si dicta Feria VI inciderit in die, qua de Festo Christi Domini fiat Officium aut Commemoratio aut occurrat Vigilia aut dies infra Octavam, quamvis Simplicem, loco Missae de Ssmo Corde, num semper Missa de Festo aut de Vigilia aut de Octava celebranda est, excepto casu, quo occurrat Festum duplex I classis vel Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum?

XIII. Et si *affirmative,* num ista Missa admittit Gommemorationes tantum de duplici secundae classis et de Feria maiore?

XIV". Si dicta Feria VI inciderit in Festo duplici I classis, quod non est Christi Domini, num in Missa loco dictae Missae de Ssmo Corde alias celebrandae, Oratio de Ssmo Corde sub una conclusione cum prima addi potest? (cfr. *Add. et variât,* II, 3) et num in casu Commemora-, tiones praeter supradictas omittuntur?

XV. Si dicta Feria VI inciderit infra Octavam Pentecostes, in Missa de die, loco Missae de Ssmo Corde alias celebrandae, estne dicenda una tantum Oratio? -

F) De Evangeliis in fine Missae.

XVI. Evangelium, quod in certis Festis B. M. V. sumitur de Communi Festorum B. M. V. estne Evangelium stricte proprium an non?

XVII. Evangelia, quae dicuntur in Festis Angelorum, S. Pauli Apostoli, SS. Simonis et Iudae Apostolorum, SS. Marci et Lucae Evangelistarum, S. Stephani Protomartyris suntne stricte propria?

XVIII. Evangelium de Octava SS. Petri et Pauli Apostolorum, sub die 3 et 4 mensis iulii notatum, estne stricte proprium? Et si *affirmative,* rectene sic proceditur: Si die 4 mensis iulii Officium est de Octava, in Officio de Festo resp. Dominica, quod die 3 mensis iulii fiet, ultimum Evangelium non legitur de Octava, sin autem utraque die Commemoratio tantum fit de Octava, die priori Evangelium de Octava legitur in fine, die vero posteriori non?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, propositis dubiis ita respondendum censuit:

Ad I. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam partem.

Ad IL Quoad Lectiones III Nocturni, provisum in primo; Quoad alias Lectiones, *affirmative.*

Ad III. *Affirmative,* nisi Missa lecta de die fuerit Conventualis.

Ad IV. *Affirmative.*

Ad V. *Negative.*

Ad VI. *Affirmative* ad I partem, *negative* ad II partem.

Ad VII. *Negative* ad I partem, *affirmative* ad II partem.

Ad VIII. *Negative,* nisi agatur de Missis comprehensis etiam in novis Rubricis Missalis Romani, tit. IV.

Ad IX et X. *Negative* ad I partem, *affirmative* ad II partem.

Ad XI et XII. *Affirmative.*

Ad XIII. Serventur novae Rubricae Missalis Romani, tit. V, n. III et IV. . . . • .

Ad XIV. Serventur novae Rubricae Missalis Romani, tit. V, n. III et IV, quoad Missas votivas solemnes pro re gravi et publica simul causa.

Ad XV. ***Affirmative*** ratione Commemorationis Missae de Ssmo Corde Iesu, admissis tamen, si quae sint, collectis imperatis pro re gravi.

Ad XVI et XVII. Provisum per Decretum de Evangeliis in fine Missae legendis diei 29 aprilis 1922 ***(Acta Ap. Sedis,*** p. 356 et seq.).

Ad XVIII. ***Affirmative,*** et legatur ipsum Evangelium prima die qua fiet Octavae commemoratio, etsi dein persolvendum sit Officium eiusdem Octavae.

Atque ita rescripsit ac declaravit die 16 iunii 1922.

£ß A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. * S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

: II

AQUEN.

DE C1NER1BUS BENEDICTIS IMPONENDIS EXTRA FERIAM IV CINERUM

Revmus Archiepiscopus Aquen. Sacrae Rituum Congregationi ea quae sequuntur reverenter exposuit, nimirum:

Abhinc a multis annis in archidioecesi Aquensi viget consuetudo, in nonnullis sive piarum domorum sive paroeciarum ecclesiis, imponendi fidelibus, prima Dominica quadragesimali, cineres praecedenti Feria IV Cinerum benedictos. Sic enim omnes fideles facilius recipiunt cineres, potius die dominicali quam feriali ecclesiam adeuntes; quaeritur;

Potestne permitti talis usus?

Sacra Rituum Congregatio, exquisito specialis Commissionis voto atque attentis expositis peculiaribus adiunctis, respondendum censuit: ***Ad mentem.*** Die 30 iunii 1922.

Mens est: ***Affirmative*** in casu; dummodo Feria IV Cinerum ritus benedictionis et impositionis cinerum expletus fuerit, iuxta Missale Romanum et Dominica prima in Quadragesima post expletam Missam aut extra Missam fiat impositio eorumdem cinerum.

ffc A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. G. Praefectus.

h. % S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Benedicto PP. XV, feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno septimo, 12 ianuarii 1921, RR. PP. DD Raphael Chimenti, Ponens, ***Maximus Massimi et Iulius Grazioli, Auditores de turno, in causa*** Parisien. - Nullitatis matrimonii - ***inter Mariam Genovefam Barbier, actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem D. Henricum Benvignati, advocatum, et Mawritium Barbier, conventum, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore huius S. Tribunalis, hanc tulerunt definitivam sententiam.***

Maria Genovefa Barbier et Mauritius Barbier consanguinei in tertio aequali gradu - quippe eorum aviae Eloysia et Eudoxia Joyeux sorores erant - obtenta dispensatione, a Curia Parisiensi, vigore indulti S. Poenitentiariae, concessa, rite matrimonium Parisiis inierunt die 3 februarii an. 1906 in ecclesia parochiali N. Dominae a Gratia loci ***Passy.*** Verum aliud impedimentum consanguinitatis matrimonio obstabat: siquidem nupturientes a communi stipite Petro-Claudio Barbier descendebant, a quo Genovefa tertio, Mauritius quarto gradu distabant, neque super hoc impedimento dispensatio efflagitata fuerat in supplici libello, per parochum seu Primum-vicarium Protois, nomine sponsorum, Curiae Parisiensi porrecto. Vitae consuetudo, quae ad duodecim annos fuerat producta ex eaque proles enata, per dissensiones exortas dissociata est, et Genovefa cum rescivisset suum cum Mauritio matrimonium posse nullum declarari, prius civile divortium obtinuit et postea in Curia Parisiensi matrimonium nullitatis ob reticitum impedimentum accusavit.

Nulla reconciliationis spe affulgente, Tribunal Parisiense die 20 decembris an. 1919 sententiam nullitatis matrimonii pronunciavit. Appel

latione ex officio interposita, hodie causa, iure ante Codicem vigente, definienda proponitur sub consueta disceptandi formula: ***An constet de matrimonii nullitate in casu.***

1. IN FACTO. - 1. Quum per documenta in actis processualibus collecta et per concordes testium depositiones liquido constet de existentia impedimenti consanguinitatis in tertio et quarto lineae collateralis gradu, quin ulla dispensatio postulata fuerit, adeo ut ipse Vinculi Defensor asserere non haesitaverit: « Praetermissa quaestione de impedi-« menti existentia, super quo nulla fuit effiagitata dispensatio: videtur « enim illa sufficienter constare », RR. PP. DD. censuerunt hanc quaestionis partem obiter tantum esse pertractandam.

Revera impedimenti existentiam quod attinet, arbore genealogica instituta, ex communi stipite Petro-Claudio Barbier, descendunt dúo filii, Stephanus-Iustinus et Franciscus-Eugenius: per Stephanum ortus est Ferdinandus, pater sponsae Genovefae: ex parte vero Francisci natus est Edmundus a quo procreatus est Ernestus, pater sponsi Mauritii. Inde consanguinitas in tertio et quarto.

2. Pariter constat nullam instantiam Curiae Parisiensi porre clam fuisse praeter illam in qua mentio fiebat de tertio tantum aequali consanguinitatis gradu, addita simul declaratione de non existentia alius impedimenti. In supplici libello post subsignationem Primi Vicarii Protois, haec leguntur a Vice officiali Curiae ad dispensandum deputato subscripta. « Les faits et motifs exposés dans cette requête ont été « certifiés sous la foi du serment par les exposants et par Madame « Mulier. Lesquelles ont déclaré en outre ne pas connaître d'autre empê-« chement à ce mariage ». Quod confirmatur ab eodem Officiali in adnotatione adnexa: « ***Cons. 3, 3.*** Signé ***L.*** C. Barbier-Barbier, inscrite sous « le n. 25 sur le registre de l'Officialité ».

3. Testes vero uno ore deponunt de duplici consanguinitatis vinculo inter sponsos intercedente: attamen interrogati: « Qui a demandé la dis-« pense de parenté? », omnes conveniunt in hac responsione: « J'ignore « complètement, je ne sais pas ».

Neque sponsi magis edoctos se ostendunt. Mauritius vagas responsiones praebet et asserit: « Je savais que Geneviève et moi nous «étions cousins... Il n'y a eu aucune autre dispense à accorder, **à** ma « connaissance tout au moins ».

Itidem Genovefa fatetur: « Je savais que nous étions cousins, mais « je ne m'étais pas inquiétée du degré de ce cousinage. C'est ma mère, « depuis trois ans décédée et une gouvernante, dont j'ai donné l'adresse,

« Madame Muller, qui ont fait toutes les démarches ». Quod confirmât ipsa Muller in sua attestatione. ~

Cum igitur nulla dubitatio exsurgere queat de existentia impedimenti et simul compertum sit haud fuisse pro eo efflagitatam dispensationem, quaestio pro absoluta retineri deberet.

4. Verumtamen, quoniam Vice-Officialis Curiae ad matrimonii vakn rem vindicandum singularem theoriam in attestatione reddidit, cui pro suo munere Vinculi Defensor visus est adhaerere, RR. PP. DD. circa doctrinam quae fulcrum quaestionis constituit, disceptationem instituere censuerunt.

Duplex occurrit depositio eiusdem Vice-Officialis: in prima candide fassus est se penitus ignorasse existentiam impedimenti de quo agitur, ait enim: «Quant à la généalogie, j'ai constaté qu'il s'agissait d'une « parenté au troisième degré égal. Je reconnais aujourd'hui loyalement « que j'aurais pu découvrir l'existence d'une deuxième parenté. Je m'en « suis rapporté au donné de la paroisse, qui ne signalait pas l'exis- « tence d'une double consanguinité ».

In altera vero depositione sustentare nititur matrimonii validitatem, asserens in dispensatione tertii aequalis gradus implicite ineusum fuisse et aliud impedimentum. « Dès que j'ai commencé à donner « des dispenses, j'avais prévu les difficultés des consanguinités multiples « et je m'étais demandé s'il fallait connaître et lever tous les empêche- « ments de consanguinité pour assurer la validité du mariage. J'avais « consulté sur ce point le professeur JV. ***N.,*** qui m'a exposé alors la « théorie que l'empêchement de consanguinité était un empêchement «unique à forme multiple... et que la dispense donnée pour un em- « pêchement d'un degré à un autre, entraînait la dispense des autres « empêchements à degré égal ou inférieur, même s'ils n'avaient pas « été connus. Dans ces conditions... supposez que la seconde parenté « m'ait été déclarée ou que je l'aie découverte, j'aurais donné pour les « deux empêchements une seule dispense en vertu de l'Induit... et jamais « il ne me serait venu à l'esprit de faire deux fois l'application de « l'Induit pour ce même cas ». Haec deponit Vice-Officialis; verum concludit: «Mon interprétation peut être erronée, mais je dis l'autorité « sur laquelle je me suis appuyé ».

5. Attenta duplici attestatione a Vice-Officiali exhibita, RR. PP. DD. haec animadvertere arbitrati sunt: 1) Cum in prima depositione fassus sit eum penitus iatuisse existentiam alterius impedimenti, et in dispensante requiratur intentio dispensandi, eius voluntas versata esset in re prorsus ignorata quod stridei cum vulgato axiomate: « nil volitum quin

« praecognitum »; 2) asserere autem dispensationem pro uno impedimento ad se trahere dispensationem pro altero, quia consanguinitas unicum constituit impedimentum in forma multiplici, est theoria quae conciliari nequit cum iis quae in iure mox statuenda sunt.

. 6. I**N IURE**. - D. Thomas (in ***IV Sent,*** dist. 40, q. un., art. 1) hanc tradit consanguinitatis definitionem, a communi Doctorum amplexatam : « Vinculum (personarum) ab eodem stipite descendentium carnali pro- « pagatione contractum ». Iam vero, si consanguinitas non ex unico, sed duplici communi stipite proximo oriatur, qui matrimonium inire cupiunt duplici vinculo adstringuntur carnali propagatione contracto, ideoque duo impedimenta derivantia, et inde necessitas ab utroque dispensationem petendi.

Quod clarius patebit, si attendatur notio et natura dispensationis. « Conceptus dispensationis - ita Santi - in eo consistit, ut Superior « ecclesiasticus, integra manente dispositione legis pro tota communi- « tate, eximat a lege aliquod individuum communitatis eiusdem. Ex data « notione sequitur dispensationem considerandam esse tamquam ***vulnus « legis,*** ideoque, ceu odiosam iuri, strictam interpretationem pati. Adeo « autem in stylo Curiae urgetur interpretationis rigor ut practica «regula sequens adoptata fuerit: ***dispensatio tantum valet quantum « sonat.*** Quare excluditur extensio ad casus consimiles, nec valet argu- « mentatio de maiore ad minus. Unde ex. gr. dispensatio concessa in «secundo gradu consanguinitatis lineae obliquae non valet, si oratores « non in secundo gradu, sed in tertio vel in quarto consanguinitatis « eiusdem lineae constituti sint » (app. 1 ad lib. IV Decr., num. 1, 2). Eamdem doctrinam tradit cum loquitur de impedimentis exprimendis: « Et quidem hac in re adeo sunt rigidi Doctores, ut a nullitate dispen- « sationem non libèrent, licet aliud impedimentum reticitum fuerit ex « ignorantia » (§ 2, n. 35).

7. Nec diversa est doctrina gravissimorum auctorum qui tenent dispensationem concessam ab uno tantum impedimento et non ab altero, vel ab uno simplici consanguinitatis dum revera est duplex vel multiplex, et hoc secundum etiam bona fide reticitum fuit, esse irritam, quia Superior dispensationem concedit ***sciens et volens*** (Ojetti, ***Synop.,*** n. 1824; D'Annibale, vol. III, n. 490, vol. I, n. 225; Sánchez, ***De Sacr. matr.,*** 1. VII, disp, 50, num. 1, 4, 5; Wernz, ***Ius decr.,*** IV, num. 636 et alii).

Neque obstat differentia intercedens inter dispensationem, quae strictam interpretationem sequitur, et facultatem dispensandi, quae, utpote continens favorem et gratiam Principis, latam patitur interpretationem.

Nam in casibus dispensationis, uti tradit Sánchez, attendenda est concedentis intentio. « Haec tamen conclusio (nempe de stricta interpreta-, « tione) aliquibus modis temperari solet... Et generatim loquendo, quoties « constat de concedentis intentione, dispensatio extenditur ad id quod « concedens intendit. Quare, dum c. ***Porro,*** de privilegiis, dicitur a « verbis et tenore privilegii non esse recedendum, intelligi debet, nisi, « aliud de concedentis mente constet » (1. VII, disp. 1, n. 11). Iam vero in praesenti quaestione non agitur de extensione voluntatis in concedente, ut si quis obtinuerit facultatem dispensandi ab impedimento tertii consanguinitatis gradus valeat dispensare pro quarto: hic duo-occurrunt impedimenta distincta, duplici carnali propagatione contracta, quorum unum penitus ignoratur a concedente dispensationem, et proinde hic neque ***sciens*** neque ***volens*** est, neque de eius intentione constare potest. Immo si attendatur in casu mens concedentis quae ostenditur per organa Romanae Curiae, expedita paratur via ad quaestionem solvendam.

8. Et revera Sacra Congr. de Prop. Fide in Instructione 9 maii 1877 haec praescribit: « Sed iam se convertit Instructio ad ea quae, praeter « causas, in uteris supplicibus pro dispensatione obtinenda, de iure vel « consuetudine aut stylo Curiae exprimenda sunt, ita ut si, etiam igno- « ranter, taceatur veritas aut narretur falsitas, dispensatio ***nulla*** effi- « ciatur: haec autem sunt... 5°numerus impedimentorum, ex gr. si adsit « duplex aut multiplex consanguinitas... Haec prae oculis habere debent « non modo qui ad S. Sedem pro obtinenda aliqua matrimoniali dispen- « satione recurrunt, sed etiam qui ex Pont. delegatione dispensare per « se ipsi valent, ut facultatibus, quibus pollent, rite, ut par est, utantur ».

9. Decisiones praeterea, quae ad rem faciant, non desunt. Episcopus Cenomanensis S. U. Inquisitioni exposuit, non raro contingere in Gallia matrimonio iungi sponsos in secundo aequali consanguinitatis gradu devinctos, quorum subinde sobóles post secundam generationem easdem iterum in eodem gradu prohibitas nuptias appétit contrahere, ex quo fit ut in hoc posteriore casu sponsis duplex communis stipes existat, unus quidem principalis et remotus in quarto gradu, alter vero intermedius et proximus in secundo. Quibus positis postulavit sequentis dubii solutionem: « In casu stipitis intermedii (secundi gradus) ex duo- « bus inter se iterum (in secundo gradu) consanguineis constituti, utrum « unicum existat et declarari debeat in libello supplici dispensationis « impedimentum consanguinitatis, videlicet illud solum quod ex hoc pro- « ximiori stipite procedit, an insuper duo alia habeantur et declaranda « sint impedimenta provenientia a remotiore stipite communi (quarti

« gradus) per lineas in stipite intermedio coniunctas », Sacra Congregatio feria IV, d. 11 martii 1896 reposuit: « ***Negative*** ad primum, ***affir-« mative*** ad secundum ». Matrimonium igitur pro quo petita sit dispensatio ab uno tantum consanguinitatis impedimento ét alterum reticeatur, uti in casu, est nullum.

10. Decisionem vero eiudem S.U. Inqu. diei 22 febr. 1899 a Vinculi Defensore pro sua thesi citatam RR. PP. DD. expendentes, eam arbitrati sunt potius confirmare quam infirmare praesentem conclusionem. Nam ad dubium: « Quando duo sponsi constituuntur in secundo aequali « consanguinitatis gradu et eorum avus et avia ipsi in secundo consan-« guinitatis gradu matrimonium contraxerunt, ita ut devinciantur etiam « quarto gradu consanguinitatis, utrum necessario petenda sit et obti-« nenda dispensatio super triplici impedimento, nempe in secundo et « in duplici quarto: an valida sit dispensatio forsan petita et obtenta « super duplici tantum impedimento, nempe secundi aequalis et quarti « item aequalis ». Sacra Congregatio respondit: « Quoad primam par-«tem: ***Affirmative*** ut in feria IV diei 11 martii 1896 in Cenomanen.; « quoad secundam partem pariter ***affirmative,*** dummodo exponatur casus « uti est, non obstante errore materiali in computatione impedimento-« rum ». Iamvero in prima »parte affirmatur necessitas exponendi in instantia sub poena nullitatis duplicem vel multiplicem consanguinitatem, prouti decisum fuit in Cenomanen. superius relata. Deinde eatenus declarat matrimonium, non obstante dispensatione, dumtaxat super duplici impedimento obtenta, valere, quatenus casus expositio tria impedimenta referebat, quae nonnisi per materialem errorem computationis ad duo fuerant reducta. Itaque propter fidelem casus expositionem ***affirmative*** ad secundam partem respondit. In casu vero de quo agitur, supplex libellus non referebat integram arborem genealogicam, sed exposita tantum consanguinitate in tertio aequali gradu, retinebatur omnino aliud impedimentum inter sponsos intercedens. Cum igitur casus haud fuerit expositus, nec dispensatio data intelligitur. Poterat utique aliqua suspicio oriri ex communi cognomine « Barbier », attamen reapse exorta non est et impedimentum alterum tam propinquos sponsorum, quam Vicarium Protois ac Vice-Officialem praeterit, existimantes forsan vel nullam consanguinitatem exstare, vel saltem non eam quae ad impedimentum requirebatur.

11. Praeterea iuxta instructionem superius relatam Sacrae Congregationis de Prop. Fide et communem doctrinam « interpretatio facul-« tatum fiat necesse est secundum genuinam verborum significationem « ratione habita generalium principiorum de indultis generalibus vel

« particularibus, praxis, stylique Curiae Romanae, atque .praesertim illius « Congregationis quae concessit facultates » (Wernz, ***Ius Decr.,*** IV, n. 622). « Indultarius vero - ait Gasparri - in genere, dispensationem concedens, «stylum omnesque illas regulas quas Romana Curia, quae indultum «elargita est, servet » ***(De matrim.,*** II, n. 458). Cum itaque Curia Parisiensis facultatem dispensandi per indultum S. Poenitentiariae obtinuerit, RR. PP. DD. in praxi huius S. Tribunalis breviter enucleanda censuerunt adhuc esse insistendum. Quamvis, enim, Datariae Apostolicae diversa fuerit praxis et in clausulis adhibitis amplecteretur etiam « impedimenta bona fide forsan reticita » (cfr. Gasparri, vol. II, n. 404) hòc indubium est, S. Poenitentiariam constanter in rescriptis hanc apposuisse clausulam: «dummodo inter eos aliud canonicum non existat « impedimentum ». Hinc Wernz, referens sententiam complurium Doctorum qui defendunt dispensationem stricte esse interpretandam, pro eadem concludit quia « S. Poenitentiaria in praxi hanc regulam sequi« tur » ***(Dis Decr.,*** IV, n. 636, not. 177). Et Gasparri: « Dispensatio est « nulla si aliud existit impedimentum seu dirimens seu impediens, ex. « gr. si in instantia, sive bona sive mala fide, expositus sit gradus sim« plex consanguinitatis vel affinitatis dum est multiplex, quia S. Poeni« tentiaria non utitur clausula de qua num. 402 (scilicet clausula Data« riae Apostolicae) » (1. c, n. 410). Iterum « S. Poenitentiaria dispensans « in tertio non intendit dispensare in quarto, in casu erroris » (vol. I, n. 385). Pariter Santi testatur: « Hanc regulam (strictae interpretationis) « vidi ego recognitam in Tribunali S. Poenitentiariae » (Appendix ad lib. IV Decr., n. 2).

Tandem ipsa S. Poenitentiaria ad dubium propositum : « An Epi« scopus quando vi specialis indulti Apostolici in aliquo impedimento « matrimonium dirimente dispensat, necessario et ad valorem dispen« sationis sequi debeat easdem illas regulas quas Curia romana obser« vat », die 1 iunii 1858 reposuit ***Affirmative.***

Iam vero, in casu, cum compertum sit, praeter tertii aequalis gradus et aliud extitisse tertii et quarti consanguinitatis impedimentum pro quo nulla fuit efflagitata dispensatio: cum pariter compertum sit S. Poenitentiariam, cum dispensat ab uno impedimento quod exponitur minime dispensare velle ab altero quod reticetur et indultarium non posse alio modo valide dispensationem concedere, liquido haec conclusio descendit, videlicet, dispensationem concessam vigore indulti S. Poenitentiariae occasione matrimonii Genovefae et Mauritii Barbier minime extendi posse ad aliud impedimentum in supplici libello reticitum et proinde interpretationem Vice-Officialis Curiae Parisiensis haud esse admittendam.

-Hisce in facto et in iure perpensis, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et sententiamus: ***Constare de matrimonii nullitate in casu,*** seu ad propositum dubium respondemus : ***Affirmative.***

Quare mandamus Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Codicis iuris canonici, lib. IV", tit. XVII, iis adhibitis exsecutivis ac coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 13 ianuarii 1921.

Raphael Chimenti-, ***Ponens.***
Maximus Massimi.
Iulius Grazioli.

L. % S.

Ex Cancellaria, 21 ianuarii 1921.

T. Tani, ***Notarius.***

/

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 25 luglio 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria,*** e discusso il dubbio sopra due miracoli, che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Venerabile Teresa del Bambino Gesù, monaca professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi, i quali miracoli vengono proposti per la beatificazione della medesima Venerabile Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

27 luglio 1922. L'Emo sig. Card. Camillo Laurenti, ***Protettore delle Suore Benedettine dell''Adorazione Perpetua, di Bonn Endenich.***

28 » » L'Emo sig. Card. Niccolò Marini, ***Protettore e Visitatore di tutti gli Istituti Orientali esistenti in Boma.***

NECROLOGIO

21 luglio 1922. Monsig. Antonio Vincenzo Arenas, Vescovo di Socorro.

27 » » Monsig. Antonio de Oliveira Lopes, Arcivescovo di Maceió.

Annus XIV - Vol. XIV 31 Augusti 1922 Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA APOSTOLICA

AD ITALIAE ORDINARIOS: DE PACIS INTRA FINES ITALIAE RECONCILIATIONE IMPETRANDA.

PIUS PP. XI

VENERABILI FRATELLI

SALUTE E APOSTOLICA BENEDIZIONE

I disordini che funestarono l'Italia nelle passate settimane, recarono a quanti armano di sincero affetto la loro patria, un profondo dolore insieme ad angoscioso timore per l'avvenire. Mentre la triste condizione dell'Italia più altamente-richiede l'unanime concorso di tutti gli ordini dei cittadini, per riparare in qualche msodo le tante rovine accumulate dalla guerra¡, le passioni di parte li travolgono in conflitti sanguinosi.

La sublime missione di pace e di amore che il divin Redentore Ci volle affidata in tempi sì tristi, o con essa anche il congenito senso della carità di patria nobilitato, non estinto, dalla universalità della Nostra cura pastorale, non Ci consente di restaré più oltre silenziosi di fronte a così doloroso

spettacolo. Possa questo grido di pace -essere raccolto da tutti i Nostri ***ñgii*** d'Italia!

Purtroppo la tempesta immane che è passata sulla terra, ha lasciato anche in Italia, anzi più in Italia che altrove, tristissimi germi di odio e di violenza, mentre ha sopito in molti l'orrore naturale del sangue. Quindi vediamo le fazioni moltiplicarsi, i loro seguaci inasprirsi ogni giorno più, trascorrendo spesso,, ora da una parte ora dall'altra, a sanguinose offese con uno strascico interminabile di rappresaglie che sconvolgono tutta la compagine della vita sociale. Di qui danni imimiensi, così a i r estero pel compromesso prestigio, come all'interno, sia nell'ordine materiale, economico e finanziario, sia nell'ordine morale e religioso, ai quali andrà anche congiunta, se non si prendono in tempo i necessari provvedimenti, una inevitabile decadenza intellettuale. Tali sono le conseguenze di questa guerra fratricida, la più contraria agli elementari principi di civiltà cristiana, nonché al genuino spirito della carità divina, che è l'essenza del cattolicismo.

Il rimedio a questi mali non può aversi che dal ritorno a Dio e dalla piena osservanza della sua legge, il cui disprezzo fu causa di tante sciagure,, secondo la parola del Signore al suo popolo (Isaia, XL VII, 18) : « Utinam attendisses mandata ((mea; facta fuisset sicut flumen pax tua ». Ritornino dunque gli uomini a Gesù che volle a prezzo del suo sangue renderli tutti fratelli. Tornando a lui, gli uomini si ameranno anche fra loro, perchè nell'amore di Dio e del prossimo è contenuta tutta la legge evangelica : « In his duobus mandatis unice versa lex pendet et prophetae » (Matt., XXII, 40) ; anzi secondo la sublime dottrina di S. Agostino ***{Tract. 6ß iri loan.,*** 2) : « Ad hoc 'Christus nos dilexit ut et nos dirigamus

«.invicem,-hoc nobis conferens diligendo nos, ut mutua due-« ctione constringamur inter nos, et, tam dulci vinculo con-« nexis membris, corpus tanti Oapitis simus ». E col ritorno ' di tutti a Gesù, verranno pure regolati i rapporti sociali fra / reggitori e sudditi, tra popoli e Governi, sui quali posa ogni bene ordinata società, e che sono disciplinati mirabilmente sin nei loro dettagli dalla legge evangelica. Anche in mezzo alle più violente vessazioni dei potenti, il Principe degli Apostoli (I, Petr., II, 13) raccomandava ai primi fedeli : « Subie-<(cti... estote ... sive Regi quasi praecellenti, sive ducibus **G** tamquam ab eo missis ad vindictae malefactorum[1], laudem « vero bonorum! : quia sic est voluntas Dei ut benef adente» ((obmutescere faciatis imprudentiumi hominum ignoran-« tiami : quasi liberi et non quasi velamen habentes mialitiae ((libertatem, sed sicut servi Dei ».

Ora, come con tanta eloquenza ed efficacia insegna Leone XIII nella sua Enciclica *Immortale Dei,* del 1 novembre 1885, e nel discorso agli Emi Cardinali dell'I 1 aprile 1899, la missione della Chiesa si è appunto di riconciliare gli uomini con Dio e così ricondurre fra essi la pace e la fratellanza cristiana ed insieme la prosperità sociale, secondo anche la promessa divina : « Sedebit populus meus in pul-<(critudine pacis et in tabernaculis fiduciae et in requie opu-((lenta » (Isaia, XXXII, 18). Non ignoriamo, venerabili fratelli, la vostra fedeltà a questa divina missione della Chiesa ; continuate con zelo sempre più intenso, in questi trepidi giorni soprattutto, l'opera vostra pacificatrice, che è pure una parte non ultima di quel *ministerium reconciliationis* che a noi ha dato il Signore, conforme alla parola, dell'Apostolo (II, Cor., v, 18)„ Continuatela nella istruzione e nella direzione illuminata delle anime ; continuatela con tutti i

mezzi propri del vostro alto officio pastorale e sopra ogni altro con la preghiera privata e pubblica, già tanto raccomandata dal Nostro Predecessore, il quale volle, egli stesso, darne l'esempio e proporne la formula commovente. Sarete con ciò insieme benemeriti della Chiesa e del civile consorzio, meritando ciascuno di voi la lode che la Chiesa nella sua liturgia applica ad ogni santo Pastore : « Ecce Sacerdos m¡a-((gnus qui... *in tempore iracundiae factus est reconciliatio* » (Eccl., XLIV, 13).

Di questa riconciliazione degli anima sia intanto pegno ed auspicio l'Apostolica Benedizione che di cuore impartiamo a voi, venerabili fratelli, al vostro clero e a tutti i fedeli alle vostre cure commessi.

Dal Vaticano, li 6 agosto 1922.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SANCTI GERMANI

DIVISIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIS GASPESIENSIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praedecessorum Nostrorum vestigia sedulo prosequentes, ad catholicam gubernandam Ecclesiam ab aeterno illius Auctore, licet immerito, destinati, omnem curam sollicitudinemque Nostram ad ea intendere volumus, quae meliori animarum bono ac saluti, magis in Domino novimus esse profutura.

Cum igitur dioecesis Sancti Germani territoriali circumscriptione latissime pateat et extrema eius pars orientalis, quae in sinum Sancti Laurentii se protendit, nimia distantia absit ab urbe episcopali, iterum

iterumque expóstulatum est ab Apostolica Sede, ut memorata territorii pars ab eadem dioecesi separaretur et in novam dioecesim erigeretur.

Quamobrem, suppieto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, existentem dioecesim Sancti Germani bifariam dividimus et, reservata occidentali parte veteri dioecesi Sancti Germani, orientalem in novam et distinctam dioecesim, ***Qaspesiensem*** denominandam, erigimus et constituimus: eamque statuimus comprehendere duos comitatus civiles nuncupatos ***Qaspé*** et ***Bonaventure,*** quinque tamen exceptis districtibus, qui partem occidentalem comitatus ***Bonaventure*** constituunt, nimirum ***Assametquaghan, Restigouche, Milmikëk, Métapédia*** et ***Patapédia.*** Noviter erectam dioecesim modo quod attinet, sedem et cathedram episcopalem constituimus in oppido ***Gaspé,*** quod idcirco ad civitatis episcopalis fastigium extollimus eidem tribuentes omnia privilegia ac iura, quibus ceterae civitates episcopales ex iure communi fruuntur, atque simul ecclesiam memorati oppidi, paroecialem, ut antea, exstituram et sub eadem invocatione, ad dignitatem pro-cathedralis evehimus usquedum alia adiuncta aliter non exigant; facta potestate Episcopo Consultores dioecesanos constituendi ad normam libri secundi, tituli octavi, capitis sexti Codicis iuris canonici. Quod dotem attinet, huic Gaspesiensi dioecesi assignamus bona et reditus omnes, etiam adventicios, quacumque ratione ad mensam episcopalem obventura atque Episcopo pro tempore concedimus facultatem cathedraticum imponendi, aliaque iuxta sacros canones, pro eius discreto iudicio, statuendi, quibus necessita; tibus dioecesis rite consuli possit.

Iubemus autem ut, quod pertinet ad regimen dioecesis sede vacante, et ad clericorum et fidelium iura et onera et etiam ad erectionem parvi Seminarii, aliaque huiusmodi, rite serventur quae idem Codex iuris canonici praescribit, cauto tamen ut alumni Seminarii pro studiis philosophiae et sacrae theologiae ad aliquod maius Seminarium mittantur.

Mandamus insuper ut omnia documenta et acta, quae novam dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, quam primum fieri poterit, a cancellaria episcopali Sancti Germani tradantur curiae dioecesanae Gaspesiensi ut in eius archivo sedulo asserventur. Praeterea dioecesim Gaspesiensem in sedem suffraganeam metropolitanae Ecclesiae Quebecensi assignamus et attribuimus, Nobis et Sedi Apostolicae reservata potestate libere ineundi novam circumscriptionem et designationem, si id expedire in Domino visum fuerit.

Quousque autem dioecesis Gaspesiensis de proprio Pastore provideatur, eiusdem régimen committimus venerabili fratri Episcopo Sancti Germani, tamquam Administratori Apostolico, cum omnibus facultatibus, quae huic muneri competunt.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus -avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis -statutis.

Ad haec autem omnia exsecutioni mandanda deputamus dilectum .filium Nostrum Ludovicum Nazarium titulo SS. Quatuor Coronatorum de Urbe, S. R. E. Cardinalem Bégin, hodiernum Archiepiscopum Quebecensem, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione; imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses, fidem, authentica forma exaratam, absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die quinta mensis maii, Pontificatus Nostri anno primo.

© C. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. Congr. Consist. Secretarius.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Ludovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco ✂ Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXV, n. 43.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERECTIO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE LULUA ET KATANGA CENTRALI IN AFRICA.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter cedant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus officium, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Iamvero cum catholica religio in missionibus ***de Katanga*** et ***de Kasai superiore*** in Africa centrali, postremis praesertim annis laeta incrementa susceperit, visum est opportunum consilium, ut christifidelium commodo aptius provideretur, eiusdem missionis partem distrahere novamque sic constituere missionem et erigere. Quare, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium tenore, ab actuali missione ***de Lulua ac de Katanga*** cognominata partem abscindimus, quae hisce finibus contineatur: ad septentrionem nempe politicis terminis territorii ***de Lulua*** et cursu fluminum ***Lova*** ac ***Lualaba*** usque ad ***Ankoro*** regionem ; ad orientem cursu fluminis ***Luvua*** et oris lacus ***Moëro*** usque ad gradum latitudinis meridionalis nonum et medium, deinde cursu fluminis ***Lualába*** usque ad locum, unde eiusdem fluminis fontes erumpunt; ad meridiem politicis limitibus coloniae et linea deinde recte ducta ab oris praedicti lacus ***Moëro,*** quo videlicet loco latitudinis gradu nono et medio illa attinguntur, et iuxta eumdem semper latitudinis gradum producta usque ad flumen ***Luluaba*** ad meridiem civitatis ***Bukama;*** denique ad occidentem politicis terminis territorii ***de Lulua,*** ita videlicet ut nova praefectura apostolica, quae ***de Lulua et Katanga centrali*** cognomen habebit, constituatur ex parte septentrionali missionis ***de Katanga*** et ex finitimis districtibus civilibus ***de Lulua*** et ***de Bec*** ad vicariatum apostolicum ***de Kasai*** pertinentibus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum amplissime-suffragari; sicque rite iudicandum

esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter .attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **xviii** iunii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. GARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

SEPARATO TERRITORIO E VICARIATIBUS APOSTOLICIS UGrANDENSI ET UE STANLEY FALLS ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA LACUS ALBERTI IN AFRICA CENTRALI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Iamvero cum catholica religio in vicariatibus ***Ugandensi*** ac ***de Stanley Falls*** laeta incrementa susceperit, visum est peropportunum, ut hisce sanctae religionis ampliationibus aptius provideretur, ab iisdem vicariatibus quamdam regionem distrahere in eaque novam, eamque separatam, missionem constituere. Quare, conlatis consiliis cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore ab actualibus vicariatibus apostolicis ***Ugandensi*** ac de ***Stanley Falls*** nonnullas partes separamus, videlicet: a vicariatu Ugandensi regionem seiungimus ad occidentem ***Lacus Alberti*** sitam, quae in praesens ad Belgicum Gubernium civiliter addicta est, itemque a finitima territorii plaga missionis ***de Stanley Falls,*** sequentibus statutis limitibus, nempe : ad meridiem I° gradu latitudinis nord, statione ***de Boga*** etiam comprehensa; ad occidentem meridiano 29 Grenovicensi ; ad septentrionem linea, quae secundum tertiumque gradum latitudinis per medium.dividit, atque in eodem territorio sic distracto, novam constituimus praefecturam apostolicam, curis committendam sodalium e Societate missionariorum Africae, istique novae praefecturae ***Lacus Alberti*** nomen facimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque píenos atque integros effectus

sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex. nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, **a** quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII iunii anno MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III t

RESTITUITUR PERANTIQUA ABBATIA SANCTI MARTINI DE WEINGARTEN ET IN EAM TRANSFERTUR ABBAS ET CONVENTUS SANCTI THOMAE DE ERDINGTON, CONGREGATIONIS BEÜRONENSIS O. S. B.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.— Dilectus filius Ansgarius Höckelmann, abbas monasterii Sancti Thomae, Congregationis Beuronensis Ordinis Sancti Benedicti, retulit ad Nos, ex Sanctae huius Sedis rescripto die x mensis martii vertentis anni dato, factam fuisse veniam ex qua, inspectis peculiaribus adiunctis rerum, monasterium Sancti Thomae de ***Erdington*** venumdaretur, sub expressa tamen conditione ut, non obstante venditione, iuridice perduraret familia monastica titulusque abbatialis Sancti Thomae cum omnibus suis iuribus ac privilegiis, additaque lege ut nova fixa sedes abbatialis intra triennium provideretur. Nunc ab eodem Abbate certiores facti sumus, hanc fixam sedem abbatialem, Deo favente, fuisse feliciter inventam. Etenim quo tempore arbor Benedictina in Germania superiore virescebat, saeculis videlicet undecimo ac duodecimo, abbatia Sancti Martini de ***Weingarten*** in territorio Constantiensi prae ceteris eminebat, a potentibus ducibus de domo Welforum condita atque instituta et a vineis uberrimis circumstantibus appellata. Nec minorem in Domini vinea segetem per illud temporis spatium celeberrimae huius abbatiae abbates et monachi messuerunt, sanctitate vitae, doctrinae copia atque humanarum litterarum ornamento perinsignes. Meminisse iuvat in abbatiae eiusdem templo, molis amplitudine et artis operibus conspicuo, pretiosissimam asservari Sanguinis Christi Domini relliquiam, eamque ad recolendam quotannis, feria sexta post

Ascensionem Domini, innumeras fidelium turmas peregre nunquam intermisso studio confluxisse. Etsi, labentibus saeculis, temporum atque hominum iniuria eadem abbatiaa pristino splendore vix excidisse!, tamen cum ad annum usque MDCCCIIT superstes mansisset, per nefas post « saecularizationis » decretum ab ea monachi deturbati fuerunt et per centum et viginti circiter annorum spatium vetus abbatia propriis monachis viduata fuit. Verum in praesens ex auspicato contingit, ut sobóles divi Benedicti ad hanc vetustam et perillustrem sedem redeat et non sine laetitia comperimus maximam partem abbatiae enunciatae, curante ^Archiabbate Sancti Martini de Beuron et annuentibus Ordinario Rottenburgensi et civitatis Weingartensis municipii rectoribus, denuo fuisse Benedictinis monachis in usum quasi perpetuum traditam et spem prope certam effulgere futurum ut brevi etiam reliqua pars abbatiae ipsius in proprietatem monachorum tradatur. Scimus quidem monachos prope coenobium magnum praedium acquisivisse: sacram aedem pretiosa supellectili refertam omnibus nominibus ecclesiasticae liturgiae celebrandae idoneam esse; denique omnia suppeditare quae pro monastica familia sustentanda requiruntur. Placet igitur Nobis abbatiam hanc, suprema Nostra auctoritate, restituere atque in eam transferre monasticam quoque familiam Sancti Thomae; omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis pro religiosorum sodalium negotiis pertractandis, haec quae infra scripta sunt decernimus, statuimus, mandamus. - I. Nimirum apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, restituimus perantiquam abbatiam Sancti Martini de ***Weingarten*** cum omnibus iuribus ac privilegiis olim eidem concessis (exceptis tamen privilegiis, quae referuntur ad temporalia et territorialia ante « saecularizationem » propria); eamque tamquam abbatiam ***'sui iuris*** Congregationi Beuronensi incorporamus, nec non participem facimus privilegiorum dictae Congregationi concessorum. II. Item auctoritate Nostra, per praesentes, transferimus Abbatem et Conventum Sancti Thomae de ***Erdington,*** Congregationis Beuronensis, in abbatiam Weingartensem sic restitutam, ut in sedem propriam, servato tamen titulo secundario Sancti Thomae. III. Monachos et conversos, quos Archiabbas Sancti Martini de Beuron ad augendam novam familiam Weingartensem missurus est, dicto conventui saltem ad quinquennium incorporamus, ut omnibus iuribus conventualibus fruantur ad instar eorum, quae secundum sacros canones et constitutiones Beuronenses, iis competunt qui ad novam fundationem mittuntur: scilicet, retenta quidem hoc spatio temporis stabilitate in monasterio-m atre, ab exercitio iurium capitularium

ibidem priventur, quamdiu eadem in novo monasterio exerceant. IV. Permittimus denique hisce monachis et conversis Beuronensibus ad augendam familiam Weingartensem missis, ut intra quinquennium transferant stabilitatem suam in abbatiam Weingartensem, ubi primum ipsi, obtento utriusque Abbatis consensu, hoc sponte desideraverint. „

Porro haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII iulii anno MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

TEMPLUM B. M. V. MATRIS GRATIARUM, UTINI, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS CONDE COR ATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Minime Nos latet templum Gratiarum Utinensis civitatis anno MXXXX conditum et decimo quinto vertente saeculo restitutum, iure meritoque accensendum esse inter celeberrima Foroiuliensis regionis et finitimarum etiam provinciarum sanctuaria. Structura enim molisque amplitudine, non minus quam conspicuis artis operibus, praeclarum ac pluribus privilegiis indulgentiisque auctum, .vetusta ac miraculis inclyta nobilitatur Beatae Mariae Virginis imagine, quam, aureo diademate anno MDCCCLXX auctoritate Apostolica redimitam, sub invocatione Matris Gratiarum, germana pietate, tam civitatis quam archidioecesis Utinensis fideles venerantur. Compertum quidem Nobis est idem sanctuarium ad invisendum, praesentem Virginis opem imploraturos, etiam turmatim peregrinos confluere, necnon eamdem sacram aedem copiosa ac praedivite supellectile esse abunde praeditam; ibique a devoto clero sacras persaepe supplicationes sollemni pompa haberi, lam vero cum dilectus filius Petrus Dall'Oste, hodiernus parochus et

rector dictae ecclesiae sive sanctuarii Mariae Virginis Gratiarum, nomine proprio et cleri populique Utinensis, Nos supplicibus precibus rogaverit, ut eamdem ecclesiam ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehere dignemur, hasque preces ornet et cumulet gravissimum suffragium Archiepiscopi Utinensium, Nos, animo repetentes insignes sanctuarii illius memorias, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam sive sanctuarium Beatae Mariae Virginis titulo Matris Gratiarum civitatis Utinensis titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus cum omnibus privilegiis, quae sub hac ratione competunt Basilicis huius Almae Urbis minoribus.

Porro haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis iulii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

' V

/AEDES CURIALÎS B. M. V. DE FUNÍCULO, IN CIVITATE VALENCIENNES, AD TITULUM AC DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Templa Dei vetustis inclyta memoriis et fidelium religione celebria de more Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum, singularibus titulis privilegiisque decorare, pro re ac tempore, satagimus. Horum in numerum satis constat iure meritoque esse accensendam sacram aedem curialem Beatae Mariae Virginis de Funículo, vulgo ***du Saint Gordon*** nuncupatae, quae exstat in civitate

Valenciennes, archidioecesis Çameracensis intra fines. Hac enim in ecclesia, molis amplitudine et artis operum excellentia maxime decora, statua exstat Beatae Mariae Virginis sub enunciato titulo invocatae, quam magno pietatis affectu tam cives quam exteri veneran tur et recolunt, potissimum postquam cl. mem. Praedecessor Noster Leo Pp. XIII ipsam Deiparam Virginem caelestem apud Deum Patronam praecipuam civitatis ***Valenciennes*** constituit ac declaravit, die xxrv mensis maii anno **MDGGGLXXXXII**; similibusque apostolicis Litteris, Piscatoris anulo die **XVI** mensis martii an. **MDCCCLXXXXVI** obsignatis, statuam memoratam Virginis a Funículo, ipsius Romani Pontificis nomine et auctoritate, sollemni ritu coronandum decrevit. Quare, cum dilectus filius Hubertus Lancelin, hodiernus parochus decanus ecclesiae memoratae, Nos enixis precibus flagitaverit, ut ipsam aedem titulo ac dignitate Basilicae minoris cohonestare dignaremur, Nos optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Idcirco, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi a Sacris Ritibus tuendis praepositis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam paroecialem Beatae Mariae Virginis de Funículo in civitate ***Valenciennes,*** Cameracensis archidioecesis intra fines sitam, ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehimus, cum omnibus honorificentiis et privilegiis, quae, hac de causa, Basilicis Almae Urbis minoribus competunt.

Porro haec largimur, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, vel pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis iulii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

VI

TITULUS BASILICAE MINORIS ~ CONFERTUR IN IPSA CONSECRATIONE ECCLESIAE ^ABBATIALI VIRGINIS DEIPARAE IN CAELOS ASSUMPTAE, CIVITATIS SANCTI PAULI IN BRASILIA, O. S. B.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Media in urbe Sancti Pauli in Brasilia exstat ecclesia abbatialis cum continenti monasterio Ordinis Sancti Benedicti, quae ab anno circiter rep. sal. MDLXXXXVIII originem ducit, quum vetus ecclesia in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae Deo primum dicata fuit. Haec sacra aedes, fere ex integro nuper reaedificata, inter "reliquas civitatis ecclesias excellit molis amplitudine, structurae nobilitate, artis operum splendore, aliisque ornamentis affabre pictis, potissimum in sacello ad augustissimum Sacramentum Eucharistiae asservandum destinato, quod emblematibus musivis seu vermiculatis valde pretiosis renidet. Hoc in templo, cura ac studio dilecti filii Michaelis Kruse, Abbatis, exstructo et copiosa ac divite supellectili referto, monachi Ordinis Benedictini divini cultus decorem curant impense, sacrasque functiones digne peragunt ac devote. Quemadmodum sacrae exstruendae aedi numquam defuit corrogata fidelium stipes, ita eidem in posterum servandae, tam quoad spiritualia quam quoad temporalia, plurimum conferent dona et largitiones christiani populi et monachorum probata pietas, necnon indulgentiae ac privilegia quibus ex Apostolicae Sedis venia idem templum pollet. Hoc vertente a. MCMXXII, die sexta mensis augusti, nempe festo Transfigurationis D. N. Iesu Christi, dilectus filius Noster Aidanus S. R. E. Diaconus Cardinalis Gasquet, ex Ordine Sancti Benedicti, vi concessionis eidem a Nobis factae, enun" ciatam ecclesiam Deo sollemni ritu consecrabit; quumque, faustissimam hanc nactus occasionem, Purpuratus idem Princeps, Nos enixis precibus rogaverit, ut ecclesiam eamdem titulo ac dignitate Basilicae minoris condecorare dignemur, ita ut consecratio templi et in Basilicam erectio una simul coniungantur, Nos optatis hisce concedendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, conlatis consiliis cum V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi a Sacris Ritibus tuendis praepositis, Apostolica auctoritate, praesentium tenore perpetuumque in modum* Nos ecclesiam titulo Beatae Mariae Virginis sideribus receptae, civitatis et archidioecesis Sancti Pauli in Brasilia, ad Ordinem Sancti Benedicti pertinentem, statim ac ipsa consecrata fuerit, in Basilicam minorem

erigimus, constituimus ac declaramus, cum privilegiis atque honorificentiis omnibus et singulis, quae Basilicis minoribus huius Almae Urbis competunt.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXI** iulii **MCMXXII**, Pontificatus Nostri anno primo.

P. **CARD. GASPARRI**, ***a Secretis Status.***

VII

TEMPLUM B. M. V. DE MERCEDE, IN URBE SANCTI IACOBI DE CILE, AD TITULUM ET DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sacras aedes quibus Cilena regio nobilitatur, templum Beatae Mariae Virgini de Mercede dicatum in urbe Sancti Iacobi ipsius reipublicae principe, conspicuum iure meritoque locum obtinet. Etenim non solum molis amplitudine et structurae atque artis operum praestantia excellit, sed etiam antiqua populi religione celebèrrimum. Et sane hoc in sanctuario, iam inde a tempore quo Sancti Iacobi urbs condita fuit, devotissima asservatur lignea imago Beatae Mariae Virginis de Mercede aureo gemmatoque diademate Sanctae huius Sedis auctoritate redimita, quam ad invisendam e dissitis etiam Cilenae nationis regionibus, quotannis peregre turmatim confluunt fideles publicis in calamitatibus praesentem illius opem imploraturi. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Emmanuel Tapia, Provincialis in republica Cilena Fratrum Ordinis Beatae Mariae Virginis a Mercede, illiusque provinciae regularis Definitores et religiosi omnes, Nos enixis precibus rogaverint ut illud templum ad Basilicae minoris gradum evehere dignaremur, hasque preces cumulent atque ornent gra-

via suffragia tum Nostri in dicta Republica *Legati* tum Archiepiscopi Sancti Iacobi de Cile nec non Petri Armengaudii Yatenzuela Episcopi titularis Gangrensis ex Ordine Beatae Mariae Virginis de Mercede, aliorumque quamplurium ecclesiastica non minus quam civili dignitate praestantium virorum, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, sacrorum rituum Congregationi Praefecto, ecclesiam in honorem Beatae Mariae Virginis de Mercede, Deo dicatam atque in urbe principe Sancti Iacobi de Cile positam, de apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehimus cum omnibus honorificentiis ac privilegiis quae minoribus huius Urbis Romae Basilicis hac de causa competunt.

Porro haec largimur, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, vel pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibus-, cumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxni iulii anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. PASCHALEM GAGLIARDI, ARCHIEPISCOPUM SYPONTINUM, DIOECESIS VESTANAE ADMINISTRATOREM.* GRATULATUR EMENSUM XXV ANNUM EPISCOPATUS ET LABORES IN SYNODO APPARANDA. •

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — In eam incumbis curam, ex qua haud exiguos fructus te laturum confidimus. Synodi enim celebratione, quam iam diu expetiri in utraque ista dioecesi teque nunc magno cum studio apparare accepimus, novis christianae

disciplinae praesidiis novisque pietati comparatis incitamentis, innovari quodammodo videtur iuventus Ecclesiae atque uberior spes affulgere meliorum temporum. Sit igitur tibi fausta, sit felix dies 25 vertentis mensis, non ob memoriam modo initi vigintiquinque ante annos episcopalis muneris, quam memoriam tibi gratulamur ex animo, sed etiam ob feliciter absolutam Synodum impertitumque clero populoque tuo mansurum hoc caritatis vigilantiaeque testimonium.

Duplicem eiusdem diei laetitiam Nos quidem pleniorem facimus apostolica benedictione, quam, labores tuos Deo commendantes, munerum caelestium auspicem Nostraeque testem benevolentiae, tibi, venerabilis frater, et utrique tuae dioecesi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die ix aprilis MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

II

AD R. P. D. FRANCISCUM CICERI, EPISCOPUM PAPIENSIUM: DE NATALI XXV COLLEGII SANCTI AUGUSTINI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Novos ac veteres alumnos istius Collegii Sancti Augustini, qui proxime simul convenient celebraturi Collegii ipsius natalem vicesimum quintum, petis tu quidem ut hortatione sancta confirmemus in bono et ad meliora incitemus. Hortantur satis sollemnia ipsa in primisque gratiae Deo agendae: hortantur ipsae parietes communium aedium et rerum plurimarum memoria. Siquid addere oportet, addimus hoc unum. Iure Ecclesia maiora exspectat ab iis, quos adolescentes diligentius instituendos curavit. Exspectat religionis studium in lucè atque in oculis omnium praestandum et exempla summae integritatis et eximiae virtutis. Quare alumni, qui in Collegio versantur, curent ut et bonitate et disciplina et scientia Ecclesiae exspectationi respondeant: recolant ceteri quae praecepta christianae vitae olim in Collegio didicerint iisdemque obsequantur in omni vitae tum publicae tum privatae actione. Cum improvidi animi esset oblata beneficia negligere, tum esset angusti accepta beneficia obliterare, non prae se ferre palam, imo non gloriari.

Habes, venerabilis frater, quibus monitis fructuosiore sollemnia reddas. Paucis bis, quae tuae dicendi copiae explicanda^ relinquimus, addimus ex animo apostolicam benedictionem, quam munerum caelestium auspicem, tibi atque illis omnibus nec non Collegii moderatoribus ac doctoribus peramanter impertimus. .

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die prima maii MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. SANCTI EUSEBII S. R. E. PRESB. CARD. CSERNOCH, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS HUNGARIAE: COMMUNIBUS RESPONDENS LITTERIS.

Dilecte fili noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — In communi vestra epistola cum prospera et adversa gentis vestrae, tum grato animo ac memori beneficia recolitis, quae nr utraque fortuna, ab Apostolica Sede, numquam intermissa liberalitate, collata in vos sunt. Collata ea quidem sunt in merentes. Locuples historia testis multa commemorat egregia Hungarorum in Ecclesiam facinora, in primisque celebrat animum catholicae fidei retinentissimum ; libetque, cum primum vos alloquimur, occasionem ex his sumere Húngaros omnes compellandi Apostoli verbis: ***State in fide;*** neve inferatis crimen gloriae vestrae. Hortationem, ut videtis, non inopportunam faciunt tempora. Multa enim, uti aliis in locis, ita etiam in Hungaria impen* dent catholicis ex hoc capite discrimina, in eaque maxime advocatam velimus diligentiam vestram.

Delata a vobis officia dum vice prosequimur paternae caritatis, divinorum auspicem munerum apostolicam benedictionem, vobis omnibus, dilecte fili noster ac venerabiles fratres, clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **II** maii **MCMXXII**, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI.

IV

AD R. P. D. LUCAM PIERGIOVANNI, EPISCOPUM CORNETANUM ET CENTUMCELLARUM, CETEROSQUE EPISCOPOS LATII SUPERIORIS: DE COMMUNI CONVENTU NUPER HABITO.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Felicis exitus conventus, quem proxime celebraturi estis, non mediocre argumentum Nobis praebet sacer recessus, quem pie admodum conventui eidem praemittere decrevistis. Quid enim requirat episcopale ministerium, quid magis conducat divinae gloriae et animorum saluti se dat facilius intuendum tum cum animus nonnisi caelestia sapit et quaerit. Potiorem conveniendi causam scribitis afferre nunc vobis interdioecesanum Seminarium. Nihil est quod Nos quoque magis habeat sollicitos cum, praesertim post bellum, urgeat in dies magis ***rogare Dominum messis ut mittat operarios in messem suam.*** Quare consiliis coeptisque vestris propitium Deum precantes, eius auspicem gratiarum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem vobis omnibus, venerabiles fratres, et gregi unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvi maii **MCMXXII**, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

V

AD R. P. D. IOANNEM BEDAM CARDINALE, ARCHIEPISCOPUM PERUSINUM, CETEROSQUE UMBRIAE EPISCOPOS : OFFIC10SIS LITTERIS RESPONDET EX ANNUO CONVENTU DATIS.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Dimisso conventu, quem Asisii dudum egistis, antequam ad vestra reverteretis, ea Nobis nuntiastis in quae maxime collata voluistis consilia vestra. Sunt ea sollemnia coetus Eucharistici, qui proxime Romae habebitur et Concilium Provinciale, quod propediem celebrare propositum

vobis est. Pergratum utrumque Nobis. Cupimus enim ut sollemnibus iisdem adsint frequentiores qui Romae sunt propiores; et ad Provinciale Concilium quod attinet, oblata occasione libenter utimur, ut pastoralem diligentiam vestram advocemus praesertim in sacra Seminaria, quae nunc, uti fere ubique, ita etiam apud vos vim sentiunt praeteriti belli. Hoc nimirum providendum, ut dominicus ager operarios ne desideret. Multum hac in re proderit opera parochorum, qui semina vocationis sanctae mature in adolescentibus deprehendere valent et bona cum spe excolere. Vix est, ut videtis, quod studia vestra requirat magis. Nos quidem, quoniam ***omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est,*** caelestium conciliatricem gratiarum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem vobis omnibus, venerabiles fratres, clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xviii maii MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

DUBIUM

CIRCA ACCEPTATIONEM RESCRIPTI SAECULARIZATIONIS VEL DISPENSATIONIS VOTORUM.

Huic Sacrae Congregationi propositum fuit pro opportuna solutione sequens dubium:

« An Religiosus qui saecularizationis indultum aut simplicium voto-
le rum dispensationem impetravit, possit primum aut alteram recusare
« cum a locali Superiore eiusdem notitiam accipit, quamvis Superior
« generalis in scriptis iam exsecutoriale decretum rescripti emiserit ad
« normam can. 56 Codicis iuris canonici ».

Praerequisita igitur Consultorum voto, dubium propositum fuit Emis PP. in plenario coetu diei 9 iunii 1922, qui, re mature perpensa, respondendum censuerunt:

« Affirmative, dummodo Superiores graves rationes in contrarium
« non habeant, quo in casu ad Sacram Congregationem referant ».

In audientia autem die sequenti habita ab infrascripto Secretario, SSmus Dominus Noster Pius Pp. XI Emorum PP. resolutionem adprobavit.

Datum Romae èx Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis,, die I[a] augusti 1922.

C. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. & S.

Maurus M. Serafini, O. S. ***B., Secretarius.***

II

APPROBATIO

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis,

27 iulii 1922. — Instituti Sororum vulgo ***Hijas de la Divina Pastora*** nuncupati, cuius domus princeps in oppido archidioecesis Hispalensis vulgo « Sanlucar de Barrameda » sita est, ***Constitutiones definitive approbavit.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

1

DECRETUM

INDICITUR VISITATIO APOSTOLICA NONNULLARUM MISSIONUM 1NDO-SINENSIUM

Cum in Indosinensi regione, laeta, Deo adiuvante, his postremis temporibus, catholica fides incrementa susceperit ac ampliore libertate a publicis auctoritatibus ipsa donata sit, hoc Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, earum missionum necessitatibus commodisque optat uberius prospicere ut uniformi ad sacrorum canonum normam roborata disciplina atque animorum viriumque inter varias missiones arcta consociatione formata, ad feliciores progressus res christiana adducatur.

Qua de re, ab infrascripto eiusdem Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto facta relatione Ssmo D. N. Pio Pp. XI in audientia diei 22 mensis maii anni 19^2, Sanctitas Sua decrevit ut Apostolicus Visitator in Indosinenses regiones, quae Delegati Apostolici Indiarum Orientalium iurisdictioni non sunt subiectae, mitteretur, eo fine et consilio ut, de mandato atque auctoritate Apostolicae Sedis missiones perlustrans, omnia accurate investiget de praesenti missionum statu, progressu ac neces-

sitatibus; consultisque earum Praesulibus, cum iis agat de iisdem negotiis; et postea, peracta integra visitatione, Sedi Apostolicae ea proponat quae sibi maxime opportuna videantur ad maiora catholicae religionis incrementa promovenda; datis interim, si quae moram haud patiantur, provisionibus quas magis in Domino expedire iudicaverit, ac ceteris peractis quae, iuxta traditas eidem Visitatori Apostolico per ipsam Sacram Congregationem instructiones, demandata fuerint.

Hoc autem Visitatoris Apostolici munus eadem Sanctitas. Sua committendum iussit R. P. D. Henrico Lecroart, Vicario Apostolico de Celi Meridio-Orientali, quem egregiae animi dotes ac rerum experientia ad id officium apprime commendant; cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis.

Qua super re praesens decretum confici Sanctitas Sua iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 7 iunii 1922.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

f P. Fumasoni-ßiondi, Archiep. Diocletanus, *Secretarius.*

II

DECRETUM

SEDES VICARIATUS APOSTOLICI DE KUAM-TOM OCCIDENTALI ET HAINAN, IN SINIS, TRANSFERTUR AD URBEM PAKHOI.

Recto et utili missionum regimini quam maxime expedit et confert ut Ordinarius in ea civitate sedem constituat quae, prae ceteris, viarum facilitate et frequentia, accessum praebeat celeriorem omnibus aliis missionis locis.

Quum itaque actualis residentia vicariatus apostolici de ***Kuam-tom*** occidentali et ***Hainan*** in Sinis in extrema parte missionis sita sit, scilicet in urbe ***Fort Bayard,*** dum minimus est ibi numerus christianorum, et e contrario urbs ***Pakhoi*** nuncupata, sive incolarum et catholicorum numero, sive hominum rerumque commerciis, sive denique facili viarum accessu, praestantior sit, R. P. D. Augustinus Gauthier, Vicarius Apasto-

licus praedicti vicariatus, ad maius catholicae fidei incrementum et decus populique christiani commodum, postulavit ut sedes vicariatus ab urbe ***Fort Bayard*** in urbem ***Pákhoi*** transferretur; cui petitioni haec Sacra Congregatio Propagandae Fidei, facultatibus ordinariis sibi a SSmo Domino Nostro Pio div. Prov. PP. XI factis, adnuendum censuit. Contrariis non obstantibus quibuscumque;

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 5 augusti 1922.

Gr. M. C**ARD. VAN** R**OSSUM,** ***Praefectus;***

L. $ S.

-J- P. Fumasoni-Biondi, Archiep. Diocletari., ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

DUBIUM

DE MISSIS INFRA OCTAVAM PRIVILEGIATAM III ORDINIS

Expostulatum est a Sacra Rituum Congregatione: « Utrum infra « Octavam privilegiatam tertii ordinis, uti est, Romae, Octava Ss. Petri « et Pauli Apostolorum, occurrente festo ritus semiduplicis, dici possint < Missae de ipsa Octava; an prohibeantur per novas Missalis Rubricas, «tit. IV, n. 5?».

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus perpensis, respondendum censuit:

« Affirmative ad primam partem, ***negative*** ad secundam ; et Rubrica «intelligenda est de Officiis ab ipsa Octava extraneis ».

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 8 iulii 1922.

A. C**ARD.** V**ICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Praefectus.

h. é S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

DUBIA

DE COETU FIDELIUM SACRO ADSTANTIUM: AN RESPONDERE POSSINT CONIUNCTIM PRO MINISTRO, VEL LEGERE ELATA VOCE QUAE SUNT CANONIS.

Sacrorum Rituum Congregationi proposita sunt, pro opportuna declaratione, sequentia dubia; nimirum:

« I. An liceat coetui fidelium adstanti sacrificio Missae, simul et « coniunctim respondere, loco ministri, sacerdoti celebranti?

« II. An probandus sit usus, quo fideles Sacro adstantes, elata voce « legant Secreta, Canonem, atque ipsa Verba Consecrationis, quae, pau- « cissimis in Canone verbis exceptis, iuxta Rubricas ***secreto*** dici debent « ab ipso sacerdote ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus mature perpensis, ita respondendum censuit:

« Ad I. Ad Rmum Ordinarium iuxta mentem ». Mens autem est: « Quae per se licent, non semper expediunt ob inconvenientia quae « facile oriuntur, sicut in casu, praesertim ob perturbationes quas sacer- « dotes celebrantes et fideles adstantes experiri possunt cum detrimento « sacrae actionis et rubricarum. Quapropter expedit, ut servetur praxis « communis, uti in simili casu pluries responsum est ».

« Ad II. ***Negative;*** neque permitti potest fidelibus adstantibus quod « a Rubricis vetitum est sacerdotibus celebrantibus, qui Canonis verba « ***secreto*** dicunt, ut sacris Mysteriis maior reverentia concilietur, et in «ipsa Mysteria fidelium veneratio, modestia et devotio augeantur; « ideoque mos enuntiatus, tamquam abusus, reprobandus est, et, sicubi « introductus sit, omnino amoveatur ».

Atque ita rescripsit, declaravit atque decrevit. Die 4 augusti 1922.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

III

ADDITIONES FACIENDAE IN RITUALI ROMANO

TITULUS V

CAPUT I

DE SACRAMENTO EXTREMAE UNCTIONIS

Post rubricam n. 20, sequens instructio addatur: ***21. Quando pluribus simul infirmis hoc Sacramentum ministratur, Sacerdos singulis aegrotis crucem pie deosculandam porrigat, omnes preces quae unctiones praecedunt, plurali numero, semel recitet, unctiones cum respectivis for^ mis super singulos aegrotos efficiat, omnes vero preces quae unctiones subsequuntur, plurali numero semel dicat.***

CAPUT II

ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM EXTREMAE UNCTIONIS

N. 7 . . . ***Mox dicat:*** « In nomine Patris », etc., post verba « per invocationem » addatur: « gloriosae et sanctae Dei Genitricis Virginis « Mariae, eiusque inclyti Sponsi Toseph, et omnium »> etc. (uti in Oratione tit. V, cap. 7, ***Broficiscere***, etc.).

CAPUT VI

RITUS BENEDICTIONIS APOSTOLICAE IN ARTICULO MORTIS

Rubrica n. 7 compleatur per sequentem instructionem (depromptam ex appendice Breviarii Romani et ex Decreto S. R. C. diei 8 martii 1879, n. 3483):

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendae, neque praemissae'um precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur, dicendo:

« Dominus noster », etc., ut supra.

Et si mors proxime urgeat dicat:

« Ego, facultate mihi ab Apostólica Sede tributa, indulgentiam ple- « näriam et remissionem omnium peccatorum tibi concèdo. In nomine « Patris £B et Filii, et Spiritus Sancti. Amen».

« Per sacrosancta », etc., ut supra.

« Benedicat te », etc., ut supra. '

In casu vero necessitatis sufficit dicere:

« Ego, facultate mihi ab Apostólica Sede tributa, indulgentiam ple-« nâriam et remissionem omnium peccatorum tibi concèdo, et benedico «te. In nomine Patris ^ et Filii, et Spiritus Sancti. Amen ».

Post n. 4 addatur:

N. 5. Quando huiusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicantur semel ut supra, singulari tantum numero in pluralem immutato.

« N. 6. ***Postea dicit: f*** Adiutorium », etc.

CAPUT VII

ORDO COMMENDATIONIS ANIMAE

In Oratione « Proficiscere », etc., post verba «Virginis Mariae» addatur: « in nomine beati Ioseph, inclyti eiusdem Virginis Sponsi ».

In Oratione « Commendo te », etc., post verba « te complexus astrin-« gat » addatur: « Sanctus Ioseph, morientium Patronus dulcissimus, « in magnam spem te erigat ***j.***

Post Orationem « Clementissima Virgo », etc., addatur sequens:

Oratio.

« Ad te confugio, Sancte Ioseph, Patròne morientium, tibique, in « cuius beato transitu vigiles adstiterunt Iesus et Maria, per hoc utrum-« que carissimum pignus, animam huius famuli ***(vel*** famulae) ***N.*** in « extremo agóne laborantem enixe commendo, ut ab insidiis diàboli, et « a morte perpétua, te protegente, liberetur, et ad gaudia aetérna per-« venire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

« RJ Amen ».

CAPUT VIII

IN EXSPIRATIONE

Post verba «hora mortis suscipe» addatur: «Sancte Ioseph, ora « pro me. Sancte Ioseph, cum beata Virgine Sponsa tua, áperi mihi « divinae misericordiae sinum.

« Iesu, Maria, Ioseph, vobis cor et animam meam dono.

« Iesu, Maria, Ioseph, adstáte mihi in extremo agóne.

« Iesu, Maria, Ioseph, in pace vobiscum dórmiam et requiéscam ».

ROMANA

Has variationes, sive Instructiones et Orationes titulo V Ritualis Romani, opportune ac respectivis in locis addendas, a Sacra Rituum Congregatione propositas, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, referente infrascripto Cardinali eiusdem Sacri Consilii Praefecto, suprema auctoritate Sua approbavit, et in futuris editionibus eiusdem Ritualis inseri iussit.

Die 9 augusti 1922.

%j A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. G. Praefectus.

L. S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

I

CALVEN, ET THEANEN.

DE UNIONE SEMINARIORUM CALVENSIS ET THEANENSIS IN SEMINARIUM INTERDIOECESANUM THEANI CONSTITUENDUM.

DECRETUM

Pluribus abhinc annis sacra Seminaria dioecesium Calven, et Theanen., quae aeque principaliter sunt unitae, pro variisrérum adiunctis minime ad eas normas ordinari et regi compertum est, quae horum institutorum naturae et fini respondent, quasque Sedes Apostolica iugiter praescripsit.

Quapropter SSmus D. N. Benedictus PP. XV, cui nihil est antiquius nil potius quam ut haec instituta pariter doctrinae integritate et

.vitae sanctimonia floreant, omnibus mature perpensis, censuit aequiori clericorum institutioni consultum fore, si ambo dioecesium Calven, et Theanen. Seminaria coalescerent in unum, et hoc in ipsa civitate Theanen., ubi Episcopus degit, cui munus est praecipuum assiduam vigilantiam suam bono alumnorum sacri ordinis impertiendi. Quod consilium non modo nullum dioecesi Calven, afferet detrimentum, imo potius maximam utilitatem et commodum; siquidem exploratum est dioecesium fortunam cum recta clericorum institutione coniungi.

Proinde haec Sacra Congregatio Seminariis praeposita, cui ab ipso Beatissimo Patre demandatum est ut ea statuat, quae huic exsequendo consilio paria sunt, praesenti decreto quae sequuntur decernit :

I. Ex duobus Seminariis Calven, et Theanen, nunc existentibus fiat unum, et hoc constituatur in civitate Theanen., sit utrique dioecesi proprium, et Seminarium interdioecesanum Calven, et Theanen, nuncupetur ;

II. Bona et reditus, iura et onera simul et privilegia ad Seminaria Calven, et Theanen, spectantia, Seminario interdioecesano exinde addicantur ;

III. In eligendo Deputatorum coetu sive pro disciplina, sive pro bonorum temporalium administratione, ad normam can. 1359, Episcopus utrumque Capitulum Calven, et Theanen, audiat.

Rmo Ordinario Calven, et Theanen. Sacra Congregatio tribuit facultatem quae superius statuta sunt exsequendi, eique mandat ut de peracta exsecutione ad ipsammet referat.

Contrariis quibuslibet, etiam specifica mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, die 2 augusti, anno 1921.

CAIETANUS CARD. BISLETI, *Praefectus.*

L. © S.

Ioseph Rossino, ***Substitutus.***

.• n ▬ •

ROMANA •

PONTIFICIAE UNIVERSITATI GREGORIANAE DE URBE FACULTAS CONCEDITUR PHILOSOPHIAE VEL SACRAE THEOLOGIAE « MAGISTROS AGGREGATUS » RENUNTIANDI

DECRETUM

Pontificia Universitas Gregoriana Collegii Romani Societatis Iesu, abhinc tribus annis, Sacra hac Congregatione probante, biennales altiorum studiorum cursus instituit, ut ii, qui ordinarium philosophiae sive theologiae curriculum essent emensi et laurea doctorali donati, in alterutra vel utraque disciplina perfectiores evaderent.

Cum autem laetos uberesque hoc institutum iam ediderit fructus, Rmus Praepositus generalis eiusdem Societatis enixe postulavit ut Apostolica Sedes huiusmodi cursus sua firmaret auctoritate ac novum honoris titulum auditoribus illum merentibus decerneret.

Itaque, in plenario conventu, habito die xxi aprilis anno vertente, Eminentissimi Patres non modo rem vehementer probarunt, sed etiam censuerunt ut Universitati Gregorianae potestas fieret delectos auditores suos vel philosophiae vel theologiae ***Magistros aggregatus renuntiandi*** his condicionibus:

I) si auditores iam doctoris lauream essent adepti ;

II) si in ipsa Universitate Gregoriana Collegii Romani biennium integrum Magisterii scholam fréquentassent, scholaeque exercitationibus interfuissent ;

III) si aptis experimentis, idest periculis verbo factis et scriptione ad scientiae rationes exacta, idoneos se ad docendum probavissent.

Die x-xiii eiusdem mensis, Emorum Patrum sententiam, referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, Ssmus D. N. Pius PJ?. XI ratam habuit et ad effectum adduci iussit. Quamobrem Sacra Congregatio, mandato Sanctissimi, decernit ut Pontificia Universitas Gregoriana Collegii Romani, seu Praepositus generalis Societatis Iesu, sicut academicos gradus in philosophia, in theologia et in iure canonico, pro accepta ab hae Apostolica Sede potestate, confert, sic possit titulum ***Magistri aggregati*** facultatibus philosophiae vel theologiae ipsius Universitatis conferre sub iis condicionibus, quae supra memoratae sunt; et hae

potestate ei liceat uti in eorum quoque auditorum gratiam, qui his tribus annis integrum Magisterii cursum rite absolverint.

In creandis autem Magistris aggregatis eaedem observentur iuris solemnitates, quae in ipso Athenaeo Gregoriano et in ceteris Academiis pontificiis observari debent, cum ad gradus academicos idonei promoventur.

Qui vero hunc Magisterii titulum consecuti sint, eos Sacra Congregatio valde commendatos vult locorum Ordinariis, utpote maxime aptos ad philosophiam theologiamve vel aliquam earum disciplinarum partem tradendam cum in Seminariis tum in Universitatibus aliisque clericorum Collegiis, quibus facta facultas sit academicos gradus conferendi.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Seminariis et studiorum Universitatibus praepositae, die xxni, mense iunio, in festo Ssmi Cordis Iesu, anno MCMXXII.

CAIETANUS CARD. BISLETI, ***Praefectus.***

L- * S.

f Iacobus Sinibaldi, Ep. Tiberien., ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIONES

Successivis decretis, Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali:

10 iulii 1922. —r Missioni Fratrum Franciscalium Superioris Aegypti praefecit R. P. Marianum Libri, O. F. M.

IS iulii. — Missioni Presbyterorum Sancti Vincentii a Paulo, vulgo « Lazaristes »~ in Perside, praefecit R. P. Franciscum Berthonnesque, ex eadem religiosa Congregatione.

ACTA TRIBUNALIUM

SACEA ROMANA ROTA

I

PARISIEN.

•NULLITATIS MATRIMONII (PEMJEAN-THÉBAUT)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno septimo, die 11 augusti 1921, BB. PP. DD. Franciscus Solieri, Ponens, ***Iosephus Florczak et Iacobus Sole, Auditores de turno, in causa*** Parisien. Nullitatis matrimonii ***inter*** Violam Pemjean, ***actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem, D. Nazarenum Ferrata, advocatum, et*** Rogerium Thébaut, ***'reum conventum, contumacem, interveniente et disceptante in causa B. D. Vinculi Defensore huius Sacri Tribunalis, hanc tulerunt definitivam sententiam.***

Viola Pemjean, e familia religionis catholicae quam maxime observantissima, die 3 ianuarii -anno 1911, Parisiis, in ecclesia parochiali Sancti Rochi, matrimonium cum Rogerio Thébaut coram Ecclesia contraxit. Hoc matrimonium infelicissimum habuit exitum. Nam, cum notum esset et Violae et eius parentibus, dictum Thébaut, patris mores gerentem, non modo catholicae religionis non esse studiosum, sed imo eidem summopere infensum, dum de matrimonio contrahendo ageretur, Viola Rogerio declaravit, se cum eo non esse nupturam nisi ei serio promitteret, ut ipsa plena frueretur libertate religionis catholicae praecepta servandi, ac filii nascituri baptizarentur catholicisque principiis imbuerentur. Quae omnia Rogerius Thébaut semel atque iterum promisit. Verum statim apparuit Rogerium promisisse quod ***ex condicto*** servaturos non erat. Etenim, civili caeremonia peracta, imagines sacras e cubili nuptiali Rogerius abstulit. In ipsa matrimonii celebratione Rogerius impudenter se gessit atque sponsae preces legenti dixit aperte « que c'était stu-

«pide de lire ces choses ». Parocho consensum matrimonialem sciscitanti primo respondere renuit, imo anulo nuptiali benedicto anulum non benedictum supposuit. inito matrimonio, Rogerius acerrime obstitit, ne uxor ecclesiam frequentaret, illam compulit ut feria sexta maioris hebdomadae carnes ederet, illamque prohibuit quominus praecepto paschali satisfaceret, imo eo progressus est ut mortem ei minaretur si filius nasciturus baptizaretur. Ex his iurgia ac contentiones statim inter sponsos orta sunt; resque adeo processerunt ut uxor ad parentes suos confugere coacta sit; et licet parentum suasione ad domicilium viri prima vice se reddiderit, tamen denuo fugit amplius non reversura. Cohabitatio coniugalis per quindecim circiter dies perduravit. Ne autem cum perfido viro quid commune haberet, Viola civile divortium petiit et obtinuit. Hinc curiam Parisiensem adiit petens ut eius matrimonium ob non impletam conditionem sub qua, ut ipsa ait, initum est, nullum declararetur. Processu rite ad normam iuris apud curiam Parisiensem instructo, die 2 octobris anni 1920 sententia prodiit qua matrimonium inter Violam Pemjean et Rogerium Thébaut initum, nullum ob non impletam conditionem declaratum est. A qua sententia, ad normam iuris, iugalis vinculi Defensor ad hoc sacrum Tribunal appellavit. Quare in secunda instantia haec nullitatis matrimonii causa sub consueto dubio huic sacro Tribunali proponitur: ***An de matrimonii nullitate constet in casu.***

IN IURE. — Matrimonium, etiamsi ad Sacramenti dignitatem a Christo Domino nostro elevatum sit, nihilominus contractus naturam non immutavit. Et cum contractus sit « duorum vel plurium in idem « placitum consensus », ut matrimonium consistat, oportet ut contrahentium consensus in idem placitum cadat, nempe in tradenda sibi mutua potestate in corpora in ordine ad prolis generationem. Nil prohibet tamen de facto quominus consensus matrimonialis ***sub conditione*** ponatur; quo in casu matrimonii valor vel suspenditur, vel statim matrimonium nullum est, secundum quod agatur vel de conditione proprie dicta, nempe de futuro libero contingenti, vel de praesenti vel de praeterito vel de futuro necessario agatur, quae postremae conditiones, ut notum est, conditiones improprie dictae merito appellantur ***(Cod. iuris canon.,*** can. 1092).

De quacumque conditione agatur, ut matrimonium vere sub conditione initum habeatur, oportet: I° ut conditio luculentis argumentis probetur. Nam id generale est in omni contractu, ut protestatio unius nihil in foro externo prosit. « Sola intentio promissori s non facit con-

«ditionem, quae, in mente unius retenta, dicitur propositum abortivum « et nihil in foro externo operatur » (Inter ***recentiores,*** decis. 195, § 13; cfr. decis, rotai, an. 1909, pag. 108). Id magis de matrimonio dicendum est, quod in sui favorem iuris praesumptionem habet, adeo ut quidquid contra matrimonii valorem adducitur perspicue probandum sit (can. 1014 ***Codicis iur. can.).*** Quod si compars dicat, in matrimonia ineundo conditionem ***sine qua non*** inscia parte apposuisse coram testibus, quia dolo egit - quidquid sit de huius conditionis valore in foro interno - in foro externo saltem difficilioris est probationis, cum omnes iuris praesumptiones contra eum militent qui tali modo, inscia altera parte, dolose in matrimonium consenserit. 2° Ulterius oportet, ut vel in actu matrimonii contrahendi, vel ante matrimonii celebrationem conditio ***actu positivo mentis*** ponatur, nec fuerit inde revocata. Primo in casu, intentio conditionata dicitur ***actualis;*** altero in casu ***virtualis*** auditur (D'Annibale, ***Summ. Theol. Mor.,*** I, n. 135; Reiff., ***Ius Canon.,*** IV, I, n. 346 et seqq.). Unde intentio conditionata, ***actualis*** semper requiritur, vel in actu contrahendi matrimonium, vel tempore quod matrimonii celebrationem praecesserat. Quamobrem illa intentio quae ***habitualis*** dicitur non sufficit, ut matrimonium sub conditione initum dicatur. Nam intentio habitualis non est nisi habitudo qua quis matrimonium non contraxisset si errorem, sub quo matrimonium contrahit^ cognovisset. Talis autem conditio nullo modo consensum afficit qui absolute praestatur, alioquin quodlibet matrimonium sub errore qualitatis initum nullum esset. E contrario intentio ***virtualis,*** quam ***actualis*** intentio praecessit, quaeque non fuerit revocata, in ipsa matrimonii celebratione, perseverat (D'Annibale, ***Summ. Theol. Moral.,*** I, n. 135; Reiff., 1. IV, t. I, n. 346 et seqq.). Emus Gasparri docet: « Evidens est « matrimonium esse nullum ex defectu consensus, si supponatur et « conditionem vere ac proprie dictam ***sine qua non*** appositam fuisse et « hanc conditionem, quae de facto deficit, non fuisse revocatam: esse « nullum, inquam, in foro externo si illa duo, clare, argumentis et indiciis « moralem certitudinem parientibus, probentur... Omnes admittunt matrimonium esse nullum si conditio sit tantum virtualis, scilicet, quando « in actu matrimonii de ea ne verbum quidem factum sit, sed apposita « antea fuerit, non revocata » ***(De matrimonio,*** vol. II, n. 1024). Semel autem constet conditionem, intentione actuali, ante matrimonium positam fuisse, revocata non praesumitur nisi probetur; ut probat Pitonius, ***Discept. Eccles.,*** 52, n. 39. Nam, ut dicitur in Versalien. ***Nullitatis matrimonii*** « revocatio est factum, et facta non praesumuntur sed probantur » ***(Acta Apost. Sedis,*** pag. 389, vol. X). 3° Tandem considerandum

est conditiones, sub quibus matrimonium iniri potest, esse aliquando ***potestativas*** seu ***arbitrarias,*** quae nempe a sola et libera voluntate pendent illius qui dando vel faciendo illas implere potest: veluti « ducam te, si religionem christianam amplecti velis ». Qua in re bene distinguendum est inter id quod sub conditione ponitur cuique alligatur consensus vel dissensus, et eiusdem conditionis implementum. Profecto, qui consensum in matrimonio subordinai promissioni alterius partis aliquid faciendi vel praestandi, in conditione ponit ***ipsam promissionem quae sincere et serio fieri debet animo sese obligandi,*** non vero in conditione promissionis adimplementum cadit, quod est potius obligationis seu promissionis obiectum. Unde si quis, suscepta obligatione, promissionem non adimplet, matrimonium ex hoc tantum invalidum dici non potest. Quod enim altera pars voluit cuique consensum alliga vit, nempe susceptio obligationis, adimpletum est, hinc matrimonium stat. Quare bene ait De Angelis ***[Praelectiones,*** hoc titulo, n. 7), violationem promissionis contractus valorem non inficere, aut obligationis cuius est causa. Conditio inest, ut ait sacri vinculi Defensor, in actu promissionis .non in" ipsius promissionis implemento. Unde si constet, compartem ***fide*** promisisse nullamque intentionem habuisse sese obligandi, conditio sub qua altera pars consensit, non verificaretur, et matrimonium, non verificata conditione, merito nullum renunciaretur (D'Annibale, loc. cit., n. 41). De cetero, promissione facta, sincere facta praesumitur, nisi contrarium evidenter probetur.

Nec verum est, consensum alligari non posse promissioni cuius implementum ex voluntate proraittentis pendet. Nam in his adest aequivocatio. Siquidem, si promissionis implementum ita a libera voluntate promittentis penderet, ut hic nullam susceperit obligationem adimplendi quod promisit, certe, prouti nulla adest in casu obligatio, ita nulla huic obligationi non existenti alligari posset conditio. Quod si, e contrario, promittens libertatem habet non de iure sed ***de facto,*** non adimplendi obligationem promissione susceptam, quisque potest suum consensum huic conditioni alligare, ut nempe altera pars ad aliquid dandum vel praestandum se sincera promissione obliget.

Neque tenet comparatio inter promissiones quae ex canonum dispositione in matrimoniis mixtis exiguntur, in quibus dispensatio non conceditur nisi, praeter iustas causas, cautionem praestiterit coniux acatholicus de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo, et uterque coniux de universa prole catholice tantum baptizanda et educanda promittat, ac moralis certitudo habeatur de cautionum implemento. Siquidem, et si pars acatholica has cautiones seu promissiones

in pactum deductas et scripto exaratas non adimpleat, pienissimo quidem suo valore matrimonium consistit. Etenim, cum hae promissiones ab Ecclesia imponantur, pars catholica his promissionibus consensum matrimonialem non alligat, neque in essentialia contractus matrimonialis ingrediuntur. Quare, etiamsi pars acatholica ***fide*** promittat, peccat utique, sed quia consensus alterius partis his promissionibus non subiicitur tamquam conditioni ***sine qua non,*** matrimonium validum nihilominus censendum erit. Secus vero dicendum quoties constet partem catholicam has promissiones petiisse tamquam conditionem sine qua matrimonium non contraheret, et simul constet partem acatholicam ***ficte*** promisisse ***ficteque*** promissiones iuramento confirmasse.

I**N FACTO**. - Hisce praehabitis ad factum descendentes, ex actis luculenter deprehendimus :

1. Fundamentum adesse quo dna Viola rationabiliter a Rogerio Thébaut promissionem solemnem exegisset, et quidem sub conditione ***sine qua non*** matrimonium contraheretur, ut nempe liberum ei esset praecepta religionis catholicae servare ac filios baptizare eosque in religione catholica educare. Etenim ex toto processu constat, ipsam dñam Violam eiusque parentes principiis catholicis esse imbutos, ac religionis catholicae quam maxime observantissimos, eisque notum fuisse Rogerium et eius praesertim patrem non modo religionis catholicae praecepta negligere, sed esse catholicae religioni infensissimos. « Je savais - ait Viola - que Roger Thébaut ne pratiquait pas la reiì- « gion catholique dans laquelle il avait été élevé ». Item actricis mater ait: «Roger Thébaut n'était pas pratiquant ». Imo, ipsa actrix Rogerium ita allocuta est: « Je sais que malheureusement vous ne partagez « pas mes sentiments religieux: c'est pourquoi je tiens à m'entendre « avec vous avant d'aller plus loin; je suis catholique pratiquante, je « veux que mes enfants soient élevés comme moi-même, et si vous ne « pouvez pas me promettre de réaliser plus tard ce petit programme, « je me verrai forcée de ne pas vous épouser. Je ne me marie que dans « ces conditions ». De aversione autem Rogerii Thébaut eiusque patris erga religionem catholicam, deque pietate et religiositate Violae eiusque familiae ex toto processu evidenter constat. Quamobrem quod Viola illam conditionem ***sine qua non*** contrahendo matrimonium cum Rogerio apposuerit, omnino rationabile videtur, ac in actis processualibus evidenter fundamentum habet.

2. Verum, RR. PP. DD. non solum animadverterunt fundamentum seu causam rationabilem exstitisse, qua talis promissio sub conditione

sine qua non a Viola exigeretur, sed etiam manifestum esse, realiter actricem dictam conditionem apposuisse. Tam ipsa actrix in libello causae introductionis ait: « Monsieur Thébaut nous avait donné lieu « de suspecter de sa religion. Mis en demeure sous la foi du serment « qu'il me laisserait toute liberté de pratiquer ma religion et informé « que j'attachais à cette promesse sérieuse et loyale la valeur dé mon « consentement, il ne se décida que lorsqu'il vit que la promesse était « vraiment indispensable et il fit devant ma mère et moi le simulacre « de cette promesse ». A iudice interrogata Viola respondit: « Oui, j'ai «demandé à mon futur de me promettre formellement de me laisser « pratiquer librement mes devoirs religieux. Il me l'a promis, sachant « d'ailleurs parfaitement que s'il ne me faisait pas cette promesse, je « ne donnerais pas suite au projet de mariage. C'est dans ces condi- « tions que nous fûmes fiancés ». Et alibi, ut supra vidimus, a iudice interrogata Viola testatur ita se Rogerium allocutam esse: « Je sais que « malheureusement vous ne partagez pas mes sentiments religieux.;. Je « ne me marie que dans ces conditions. Il me promit alors de n'en- « traver en rien ma liberté religieuse, il me dit que c'était une affaire « entendue... J'avais voulu poser une ***condition sine qua non;*** il l'avait « acceptée. C'est pourquoi, par la suite, je n'ai senti le besoin d'un entre- « tien seul à seul avec mon fiancé sur ce sujet ». Narrat autem Viola Rogerium eamdem promissionem ex petitione matris eiusdemque actricis sponsalium tempore rénovasse, ipsamque promissionem tamquam ***Conditionem sine qua non*** praetensam fuisse. Cum enim Viola Rogerio promissionem iam factam recordata esset, mater actricis dixit: « De quoi « parlez-vous donc? Je la mis sommairement au courant de notre con- « versation. Elle fit très bien comprendre à Roger Thébaut que son « consentement à elle comme le mien dépendait de sa réponse (circa « libertatem religiosam uxori relinquendam). ***C'est à prendre ou à lais- « ser***». Rogerius vero respondit: « C'est entendu, oui; j'ai promis à Vio- « lette: ce sera ainsi!... Oui, ils seront baptizés, puisqu'il n'y a pour vous « que cela qui compte ». Haec omnia, quae ab actrice dicta sunt, optime ab aliis testibus confirmantur. Etenim mater actricis deponit: « Ma fille « fit très bien comprendre à Roger Thébaut qu'elle posait une condi- « tion sans laquelle les fiançailles d'abord, le mariage ensuite ne pou- « vaient pas être célébrés. Roger Thébaut s'engagea alors formellement «à cesser toute hostilité religieuse et par conséquent laisser sa femme « libre d'accomplir les devoirs spirituels et il souscrivit dès mainte- « nant à l'obligation de faire baptizer les enfants». Et cum Rogerius Thébaut eamdem promissionem matri actricis, hac adstante, renovaret

dicens: « C'est entendu, je l'ai promis à Violette,, ils serons baptizés, «puisqu'il n'y a pour vous que cela qui compte», mater respondit: « Oui, vous-savez que pour moi il n'y a que ceux-là qui comptent : c'est « la condition ». Testatur igitur Viola, se in matrimonium cum Rogerio consensisse ***sub conditione sine qua non;*** haec confessio ab eius matre, sub cuius oculis matrimonium conclusum et celebratum fuit, confirmatur. In novo vero examine actrix deposuit: « Mon fiancé savait très « bien que par sa réponse il concluait un pacte avec moi. Il savait très « bien, il avait très bien compris la condition que je lui avais posée « en termes équivalents: ou il me laisserait libre d'accomplir tous mes « devoirs religieux et de faire baptizer mes enfants et dans ce cas je « consentirais au mariage, ou bien il ne s'engagerait pas à observer « cette condition et dans ce cas je refuserait formellement à contracter « mariage avec lui ». Itemque mater actricis testatur: « La fiancée n'au- « rait certainement pas accepté d'épouser le jeune homme, si le jeune « homme ne s'était pas engagé à abandonner sa mentalité anticatho- « Iique, à laisser sa femme accomplir ses devoirs religieux et par con- « séquent a faire baptizer les enfants. C'était d'ailleurs une ***condition «sine qua non*** au consentement de ma fille», Pater actricis sub iuramento deponit: « Nous voulions obtenir de ce dernier la promesse, « qu'il modifierait sa mentalité antireligieuse et par. conséquent qu'il « laisserait sa femme libre de faire ses devoirs et de baptizer les enfants. « Ce fut l'object d'une condition portée très nettement par ma fille et « acceptée de même par Roger Thébaut. Cette condition fut renou- « velée encore par ma femme et acceptée une fois encore par Roger « Thébaut avant le mariage... Violette a exigé de son futur la promesse «qu'elle aurait toute liberté de pratiquer sa religion... Cette promesse « était certainement grave dans sa pensée, et elle aurait rompu les pour- « parlers si elle ne l'avait pas obtenue». Item dna Fai vre de Costa inquit: « Mon amie (nempe Viola) tenait essentiellement à cette pro- « messe et si elle ne l'avait pas obtenue, elle n'aurait jamais consenti « à épouser Monsieur Thébaut, et celui-ci a certainement compris que «s'il ne s'engageait pas comme on lui demandait, il n'obtiendrait pas « la main de Violette Pemjean; c'est pourquoi il a promis ». Et testis addit: « La promesse en question a été renouvellée environ huit mois « avant le mariage devant Madame Pemjean, au cours d'un voyage en « Angleterre, pendant l'été ». Eadem habet testis Monier, quae de facta promissione tempore non suspecto ab ipsa actrice notitiam habuit: «Violette me Fa .dit elle-même au moment même où la chose venait «de se faire, lors d'un voyage qui m'avait amenée à Paris. La pro-

« messe a été renouvellée devant Mad. Pemjean; Mr Thébaut a dû com- « prendre que sa fiancée tenait effectivement à ce point et que son con- « sentement au mariage y était subordonné ». Etiamsi Rogerius in hac causa contumax sit eiusque testimonium desit, tamen eius pater quae ab actrice aliisque testibus relatis prolata sunt plene confirmat. Ait onim: « Mon fils m'a dit que sa fiancée Mlle Violette Pemjean avait de « lui exigé la promesse qu'il la laisserait entièrement libre de pratiquer « la religion catholique et d'élever les enfants à naître de son union « dans la même religion. Je sais aussi, pour l'avoir entendu dire par « mon fils, que la fiancée avait fait une condition ***sine qua non*** de cette « concession ; liberté de pratiquer sa religion et d'élever les enfants dans « la foi catholique... Je puis affirmer que'mon fils a accepté la condi- « tion ». De veritate autem huius testis nobis fidem facit dnus Camillus Mellet Vieville, qui refert patrem Rogerii Thébaut ***tempore non suspecto*** ei dixisse quae coram iudice ecclesiastico ipse refert, nempe: « Qu'il « était très surpris que son fils, ayant les mêmes principes que lui, ait « pu promettre de respecter les pratiques religieuses de sa femme et de « présenter ses enfants au baptême. Cette promesse cependant avait « été faite: le père le savait, mais il était certain pour lui que cette pro- « messe n'avait été posée sérieusement. Elle était de celles que l'on fait « en pareil cas avec la conviction qu'il n'en sera jamais question plus «tard». Ceterum hic testis a suo parocho exhibetur tamquam « un « chrétien fidèle, honorable et digne de croyance ». Neque hic testis, tenore can. 1767, §3, n. 1, repellendus est, quia ab eo, tamquam advo- cato, ante causae introductionem actrix consilium petiit; nam nec in hoc iudicio neque in alio partibus assistit vel astitit, sed refert quae a partibus tempore non suspecto accepit.

Cum res ita se habeant, visum est RR. PP. DD. satis constare Violam Pemjean matrimonium cum Rogerio Thébaut contraxisse sub praedicta ***conditione, sine qua*** matrimonium ***non*** contraheretur.

. 3. De cetero, non modo Viola praedictam promissionem a Rogerio voluit, uti ***conditionem sine qua*** non contrahendi matrimonii, sed ex toto processu minime constat a posita conditione ipsam unquam reces- sisse. Ad quod probandum praesto est tum argumentum ***negativum,*** tum argumentum ***positivum.*** Etenim, ut supra innuimus, conditio semel ante matrimonium posita perseverare praesumitur, nisi contrarium probetur. Nam revocatio est factum, et facta non praesumuntur, sed probantur (cfr. ***Acta Apost. Sedis,*** vol. X, pag. 389). Imo ***positive*** constat, nunquam Violam a posita conditione recessisse. « Je ne me suis jamais resignée - « ait actrix - mais j'espérais que avec le temps et la douceur je l'amé-

« nerai à de meilleurs sentiments ». Itemque dna Dumesnil inquit: « J'ai « à plusieurs reprises été témoin des scènes entre Mr et Mad. Thébaut: « ces scènes étaient violentes... J'ai entendu plusieurs fois Madame rap- « peller à Monsieur la promesse qu'il avait faite de lui laisser à elle la « liberté religieuse et de faire baptizer les enfants. Monsieur n'a jamais «contesté cette promesse». Concinunt tum alii testes, uti dña Faivre de Còsta, tum dnus Thébaut, Rogerii Pater, qui testatur: « Je dois « dire que la question religieuse était entre les époux une occasion de « heurts incessants et de querelles continuelles. Je sais qu'il y a eu « tout le temps des querelles à l'occasion de la question religieuse, et « c'est cela qui a amené la rupture »

4. Iam (ad ea quae supra de iure disserentes notavimus), in conditione in casu non veniebat eiusdem promissionis adimplementum, sed ipsa promissio relinquendi Violam liberam in religione catholica exercenda. Profecto, semel ac promissio facta est, serio et sincere facta praesumitur, et si postea non adimpletur, id ex voluntatis mutatione criminosa repetendum est. Etiamsi non facilis probationis sit evincere, promissionem non serio et sincere, sed *fide* positam fuisse, tamen RR. PP. DD. in casu animadverterunt satis constare Rogerium Thébaut *fide et dolose* promissionem ab eo petitam fecisse, ad sibi captandum Violae consensum in matrimonium. Quod luculenter probatur si quae *antecesserunt,* quae *Gomitata sunt,* quaeque *subsecuta sunt* considerentur. Re quidem vera, cum Rogerius Thébaut compererit sponsam eiusque familiam Ecclesiae catholicae praecepta religiosissime servare ac ab eo exigere solemnem promissionem de libera relinquenda uxore in exercitio religionis catholicae, ne puellam optatam amitteret, non modo solemniter quod ab eo petebatur promisit, sed etiam ipse, religionis catholicae acerrimus inimicus, Ecclesiae catholicae praeceptis obsequentem se ostendebat. Ideoque ad Missam audiendam sponsam eiusque matrem çomitabatur, die veneris legem abstinentiae servabat, obsequio res religiosas omnino prosequebatur. Sed cum civile, ut dicitur, matrimonium celebratum est, ac proinde securitatem habuit optatam sponsam non esse amissurum, suam hostilitatem contra religionem catholicam, non obstante facta promissione, manifestavit. « Le mariage civil accompli « le jeune homme se révéla tout autre. Il alla même jusqu'à enlever « les tableaux religieux que j'avais accrochés dans la chambre moi- « même; il fit ce décrichage entre le mariage civile et le mariage reli- « gieux ». In ipso vero actu celebrationis matrimonii religiosi eamdem hostilitatem contra religionem catholicam ostendit. Actrix deponit: «Comme je lisais attentivement ma Messe, il me fit cette réflexion:

« que c'était stupide de lire ces choses. Aux questions que lui posa le « prêtre qui bénissait le mariage, Roger Thébaut commença par ne « pas répondre, et le prêtre fut obligé de réitérer la question. J'ai eu « depuis l'impression qu'il ne voulait pas alors s'engager à ce qu'on « demandait. Ne voulant pas que son alliance soit bénie, il en mit une « autre dans le plateau et porta ensuite celle qu'il avait gardé dans sa « poche ». Quae omnia actrix tempore non suspecto retulit dno Faivre de Costa, et etiam a matre actricis confirmantur, et a dna Mathilde .de Costa.

Post vero initum matrimonium religiosum Rogerii Thébaut hostilitas erga religionem catholicam nullum habuit limitem. Cum enim Viola tabulas pietas religiosas, quae eius cubiculum ornabant, quasque, ut diximus, Rogerius abstulit, ad pristinum locum restituere vellet, Rogerius quominus hoc fieret acerrime restitit. Prima die Dominica impedivit quominus Viola praecepto audiendi Missam satisfaceret. Omnia obiecta religiosa a sua uxore abstulit, atque eo progressus est ut feria sexta maioris hebdomadae Violam ad carnes vescendas cogeret. Cum uxor ad ecclesiam accesserit ratione paschalis praecepti adimplendi, contumeliis atrocibus uxorem obruit: «et me prévint que, si je retournais me confesser, il mettrait une balle dans la tête de mon confes« seur. Il avait toujours un revolver sur lui et me dit qu'il tuerait ma « mère si elle continuait à remplir ses devoirs religieux malgré la « défense de mon mari ». Cum uxor videretur praegnans, Rogerius declaravit « qu'il ne voulait pas que l'enfant soit baptisé, il aimerait mieux « e voir mort que baptisé ». Haec omnia plene confirmantur a patre actricis qui addit: « Les scènes se sont multipliées, les menaces de revol« ver aussi; et comme ma femme était visée par ses menaces, j'ai eu le « devoir d'informer la police ». Item alii testes unanimi testimonio deponunt, uti Mathildes Faivre de Costa, Camillus Mollet Vievilie, qui ab actrice tempore non suspecto notitiam* habuerunt. Sed praestat testimonium referre Ernestae Dumesnil, quae testis est ocularis et de scientia propria, cum fuerit apud coniuges Thébaut ancilla. Iam haec inquit: « J'ai à plusieurs reprises été témoin des scènes entre Monsieur et « Madame Thébaut; ces scènes étaient violentes: madame avait peur, « alors elle m'appellait et c'est comme cela que j'ai entendu plusieurs « fois Madame rappeller à Monsieur la promesse qu'il avait faite de « lui laisser à elle la liberté religieuse et de faire baptizer les enfants. « Monsieur n'a jamais contesté cette promesse et je crois que si cette « promesse n'avait été faite, Madame ne se serait pas mariée, car elle « était très attachée à la religion ; elle voulait aller à la Messe, elle

«voulait m'y faire aller, mais Monsieur me donnait exprès du travail « pour m'empêcher ». Ex dictis igitur videtur morali certitudine constare Rogerium Thébaut ***fíete promisisse*** quod ab eo sub conditione ***sine qua non*** Viola postulabat.

Nec obstat matrimonium fuisse consummatum. Nam: 1) apud omnes acceptatum est copulam carnalem per se actum esse libidinis, non vero consensus (Wernz, ***Ius matrimoniale,*** n. 98. III); 2) semel ac promissio facta est, non ficte sed serio facta praesumitur, et donec de contrario ñon constaret, matrimonii consummationem uxor negare non poterat. Quare non videtur mere dicendum cum patrono actricis, « qui conditio- « nem posuit cuique consensum suum sub conditione ***sine qua non*** alli- « gaverit, dum cognoscit conditionem non fuisse adimpletam, matrimo- « nium esse nullum ignorare ». Sed difficultas in eo est, an et quando de non impleta conditione constet. Cum conditio consisteret in susceptione obligationis ex parte Rogerii, non statim nec ita facile Violae constare poterat, Rogerium ***fide*** promisisse, et in hoc dubio ipsa, cum sub potestate viri esset, matrimonium consummavit. Copula carnalis proinde nullo modo significat Violam a conditione posita recessisse. 3) De cetero, non obstante copulae consummatione, testibus affirmantibus, ipsa cum marito usque ad illum deserendum conquesta est de conditione non adimpleta, nec alia ratio separationis ex processu apparet. Neque dubium oriri potest an matrimonium in casu initum fuerit non sub conditione ***sine qua non,*** sed ***sub modo.*** Nam modus, ut aiunt Engel-, Reiffenstuel et passim omnes Doctores, « est adiectio alicuius oneris ad quod ***post*** « perfectum contractum contrahentem ***obligare*** volumus ». Sed ex dictis patet Violam Pemjean suum consensum praefatae conditioni ***sine qua non*** alligasse.

Nec contra valet quod sacri vinculi Defensor animadvertit, nempe actricem eiusque matrem sibi contradixisse, quia cum in prima depositione de promissione loquuntur, in postrema asserunt se illam promissionem, sub conditione ***sine qua non,*** non petiisse. Nam etiam in supplici libello causae introductionis actrix inquit: « J'attachais à cette « promesse sérieuse et loyale la valeur de mon consentement ». Item mater in prima depositione dixerat: « Ma fille aurait_repoussé le jeune « homme s'il avait refusé cet engagement ». Nulla igitur contradictio invenitur inter depositiones filiae et matris in casu.

Hisce omnibus in iure et in facto rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, et ad pro-

positum dubium respondemus: ***Affirmative, seu de matrimonii nullitate constare in casu.***

Ita decernimus, declaramus, pronunciamus et sententiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, ad tramitem tit. XVII libri IV Codicis iur. can., et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3 sess. XXV ***de ref.*** Conc. Trid. et can. 1924 Cod. iur. can., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, ih Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 11 augusti 1921.

Franciscus Solieri, ***Ponens.***
Iosephus Florczak.
Iacobus Sole.

Ex Cancellaria, 26 novembris 1921.

T. Tani, ***Notarius.***

II

Citatio edictalis

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SCHWEBÍSCH-MARCEL)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Vedasti Marcel, eundem per praesens edictum citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis Sacrae Romanae Rotae ***(Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 9á, Boma)*** die 20 novembris 1922, hora undecima, ad concordandum de dubio disputando vel infrascriptum subscribendum, et ad diem destinandam in qua habebitur Turnus Rotalis pro causae de qua supra definitione.

DUBIUM

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de commorationis loco Domini praefati, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione moneatur.

L. £g S. M. Massimi, ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 11 augusti 1922.

Ioannes Ladelci, ***Notarius.***

Traduction

Étant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Gaston Marcel, par le présent édit Nous citons le même Gaston Marcel à comparaître par propre personne, ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine ***(Roma, Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94)*** le 20 novembre 1922, ali heures du matin, pour souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

DOUTE

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres, ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Gaston Marcel doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de présente citation.

M. Massimi, ***Ponent.***

L. &S.

Donné à Rome le 11 août 1922.

Jean Ladelci, ***Notaire de la S. B. Rote.***

III

Citatio edictalis

GARTHAGINEN.

NULLITATIS MATRIMONII (LICARI-WIRTENSOHN)

Cum ignoretur domicilium et locus actualis commorationis Domini Ludovici Eugenii Wirtensohn, eundem per. praesens edictum citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae ***(Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94, Moina),*** die 24 novembris 1922, hora undecima, ad concordandum de dubio disputando vel infrascriptum subscribendum, et ad diem destinandam, in qua habebitur Turnus Rotalis pro causae, de qua supra, definitione.

DUBIUM

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco Domini praefati, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione moneatur.

L. £g S. R. Chimenti, ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 11 augusti 1922.

Ioannes Ladelci, ***Notarius.***

Traduction

Étant inconnu le domicile et le lieu de la demeure actuelle de Mr Louis Eugène Wirtensohn, par le présent édit Nous citons le même à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine ***(Roma, Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94),*** le 24 novembre 1922, à 11 heures du matin, pour souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote. <•

DOUTE

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres, ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence du dit Mr Louis Eugène Wirtensohn doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de présente citation.

L. í$í S. R. Chimenti, ***Ponent.***

Donné **à** Rome le 11 août 1922.

Jean Ladelci, ***Notaire de la S. R. Rote¿***

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA

SOLUTA IN PLENARIIS COMITIIS EMORUM PATRUM

I

De acquisitione domicilii (can. 93)-

Utrum uxor, a viro malitiose deserta, possit, ad normam can. 93, § 2, obtinere proprium ac distinctum domicilium.

Resp. Negative, • nisi a iudice ecclesiastico obtinuerit separationem perpetuam, aut ad tempus indefinitum.

II

De obligationibus clericorum (cann. 130, 590)

1. Utrum parochi vel vicarii curati religiosi examen, de quo in can. 130, § 1, subire teneantur coram Ordinario eiusve delegato, si coram Superiore religioso eiusve delegatis examen subierint, de quo in can. 590.

Et quatenus negative:

2. Utrum in casu negligentiae Superiorum religiosorum circa examen, de quo in cit. can. 590, Ordinarius loci cogere possit religiosos istos ut examen, ad normam cit. can. 130, § 1, coram se suisve delegatis subeant.

Resp. Ad 1. Negative.

Ad 2. Recurrendum esse in casu ad S. G. de Religiosis.

III

De amissione officiorum ecclesiasticorum (cann. 189, 191)

1. Utrum, ad normam can. 189, § 2, Ordinarius renuntiationem valide acceptare possit, elapso iam integro mense a renuntiatione facta, quin nova intercesserit resignatio.

Resp. Affirmative, nisi resignatarius ante acceptationem renuntiationis, renuntiationem Ordinario exhibitam revocaverit, et revocationem Ordinario significaverit.

2. Utrum, ad normam can. 191, § 1, resignans renuntiationem revocare valeat ante acceptationem.

Resp. Affirmative.

IV

De parochis (can. 460)

1. Utrum can. 460, § 2, applicetur dumtaxat ad paroecias erigendas post promulgationem Codicis; an etiam ad paroecias iam erectas.

Et quatenus negative ad 1am partem, affirmative ad 2am:

2. Utrum idem canonis praescriptum applicetur etiam paroeciis, in quibus pluralitas parochorum inducta est non consuetudine aut privilegio, sed legitimo statuto.

Et quatenus affirmative:

3. Utrum iura iam quaesita parochis, ut aiunt, proportionariis seu cumulativis, integra maneant tum quoad spiritualia, tum quoad temporalia; an vero revocentur etiam quoad temporalia.

Et quatenus negative ad 1am partem, affirmative ad 2am:

4. Utrum cura animarum principalis et unica tribuenda sit parocho qui praeeminentiam honoris habeat prae aliis; an vero antiquiori possessione.

Resp. Ad 1. Negative ad 1am partem; affirmative ad 2am.

Ad 2. Affirmative.

Ad 3. et 4. Provisum in praecedentibus; pro applicatione vero canonis ad hos casus particulares recurrendum esse ad S. C. Concilii.

V

De vicariis substitutis et supplentibus quoad assistentiam matrimoniis (can. 465, §§ 4 et 5)

1. Utrum vicarius substitutus, de quo in can. 465, § 4, possit post Ordinarii approbationem licite et valide assistere matrimoniis, si nulla limitatio apposita fuerit.

2. Utrum idem vicarius id possit etiam ante Ordinarii approbationem.

3. Utrum idem vicarius parochi religiosi id possit post approbationem Ordinarii, sed ante approbationem Superioris religiosi.

4. Utrum vicarius, seu sacerdos supplens, de quo in cit. can. 465, **§ 5,** id possit ante approbationem Ordinarii.

Resp. Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Negative.

Ad 3. Affirmative.

Ad. 4. Affirmative, quoadusque Ordinarius, cui significata fuit designatio sacerdotis supplentis, aliter non statuerit.

VI

De vicariis oeconomis quoad applicationem Missae pro populo
(cann. 466, 473)

Utrum vicarius oeconomus, qui plures paroecias tempore vacationis regit, unam tantum debeat Missam pro populis sibi commissis diebus praescriptis applicare. *

Resp. Affirmative, ad normam can. 473, § 1, collati cum can. 466, § 2.

VII

De transitu ad aliam religionem (can. 634)

Utrum suffragium Capituli in admittendo religioso, de quo in can. 634, ad professionem sollemnem aut simplicem perpetuam, habeat vim deliberativam; an tantum consultivam.

Resp. Affirmative ad 1[am] partem; negative ad 2[am].

VIII

De collati baptismi adnotatione (can. 777)

An verbum ***illegitimi*** canonis 777, § % omnes omnino comprehendat illegitime natos, etiam adulterinos, sacrilegos, ceterosque spurios, ita ut liceat parentum ipsorum cognomina inscribere in adnotatione collati baptismi.

Resp. Nomina parentum ita inserenda esse, ut omnis infamiae vitetur occasio: in casibus vero particularibus recurrendum esse ad S. C. Concilii.

IX

De irregularitatibus aliisve impedimentis (can. 987)

Utrum nomine ***filiorum,*** de quibus in can. 987, n. 1, intelligendi sint tantum descendentes in linea paterna usque ad primum gradum.

Resp. Affirmative.

X

De custodia ac cultu sanctissimae Eucharistiae (can. 1274)

Utrum ecclesiae, in quibus, ad normam can. 1274, § 1, sine Ordinarii licentia fieri potest expositio publica seu cum ostensorio die festo Corporis Christi et infra octavam inter Missarum sollemnia et ad Vesperas, sint illae tantum quibus datum est asservare sanctissimam Eucharistiam.

Resp. Affirmative, firmo praescripto can. 1171.

XI

De reductione onerum Missarum (cann. 1517 et 1551)

Utrum Ordinarius, ad normam can. 1517 et can. 1551, ob imminutos reditus, onera Missarum reducere valeat, si id in tabulis fundationum expresse caveatur.

Resp. Affirmative.

XII

De foro competenti (can. 1565)

Utrum, ad normam can. 1565, § 1, pars ratione contractus conveniri possit coram Ordinario loci, in quo contractus initus est vel adimpleri debet, etiamsi e loco discesserit.

Resp. Negative, salvo praescripto § 2 citati canonis.

XIII

De sententia (cann. 1874 et 1894)

Utrum, ad normam can. 1874, § 5, et can. 1894, n. 3, nullitatis vitio laboret sententia lata a tribunali collegiali, et subscripta tantum a praeside tribunalis et notario.

Resp. Affirmative.

XIV

De foro competenti in causis matrimonialibus (can. 1964)

1. Utrum uxor, a viro malitiose deserta, eum in causa matrimoniali, ad normam can. 1964, convenire possit coram Ordinario proprii ac distincti quasi-domicilii; an vero convenire debeat coram Ordinario domicilii vel quasi-domicilii viri.

Resp. Negative ad 1am partem; affirmative ad 2am.

2. Utrum actrix catholica, a viro non légitime separata, quae proprium ac distinctum quasi-domicilium habet, virum acatholicum in causa matrimoniali, ad normam can. 1964, convenire possit tantum coram Ordinario proprii ac distincti quasi-domicilii; an vero etiam coram Ordinario domicilii viri.

Resp. Cum uxor in casu habeat proprium ac distinctum quasi-domicilium, et sequatur domicilium viri, potest virum convenire coram alterutro Ordinario.

XV

De subiecto coactivae potestati obnoxio (can. 2233)

Utrum, ad normam can. 2233, § 2, ob violationem praecepti peculiaris, quod communitum erat censura ferendae sententiae, statim post delictum comprobatum censura infligi possit; an vero praemittenda sit nova monitio.

Resp. Affirmative ad 1am partem; negative ad 2am.

Romae, 14 iulii 1922.

P. CARD. GASPARRI, ***Praeses.***

Aloisius Sincero, ***Secretarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S, CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 8 agosto 1922, presso F Emo e Revmo signor Cardinale Niccolò Marini, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Suor Maria Bernarda Soubirous della Congregazione delle Suore della Carità e della Istituzione Cristiana di Nevers si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria,* nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori Teologi della medesima si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla stessa Ven. Serva di Dio.

TRIBUNALE DELLA S. R. ROTA

AVVISO

Si rammenta a quanti vi abbiano interesse, che il tempo utile per le iscrizioni allo « Studio » presso questo Sacro Tribunale, decorre esclusivamente dal 10 ottobre al 30 novembre.

Roma, 19 agosto 1922.

G. **Prior,** ***Decano.***

SEGRETERIA DI STATO

AVVISO

Si comunica per ogni effetto che dall'albo dei Protonotari Apostolici *ad instar* è stato radiato il nome di Giovanni Antonio Vito Faugiana Ragusa, della diocesi di Mazzara del Vallo (Annuario Pontificio per Fanno 1922, p. 492).

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

8 agosto 1922. **L'Emo sig. Card. Giovanni Tacci, *Segretario della Sacra Congregazione « pro Ecclesia Orientali».***

9	*agosto*	*1922.*	il Rmo P. M. Ceslao Paban-Segond, dei Predicatori, ***Consultore della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.***
21	*»*	*»*	L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***Protettore delle Figlie di S. Maria della Provvidenza, di Como.***

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Gon Biglietti di S. E. Rma Monsignor Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.

24	*febbraio*	*1922.*	Monsig. Camillo Gidoni (Roma).
3	*maggio*	»	Monsig. Raffaele Casimiri (Roma).
12	*»*	»	Monsig. Pietro Ortolani, della diocesi di Recanati.
3	*giugno*	»	Monsig. Giuseppe M. Friesenegger, della diocesi di Augusta.
		»	Monsig. Massimiliano Rippler, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Anselmo Rotzinger, della diocesi di Meissen.
		»	Monsig. Paolo Kaiser, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Enrico Infalt, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Francesco Fessier, della medesima diocesi.
12	*»*	»	Monsig. Anacleto Loreti, della diocesi di Porto e S. Rufina.
17	*»*	»	Monsig. Oscar Manfroni, della diocesi di Meissen.
22		»	Monsig. Luigi Echelmeyer, della diocesi di Treviri.
6	*luglio*	»	Monsig. Polidoro Benedini, della diocesi di Mantova.
18	*»*	»	Monsig. Antonio Corvo, della diocesi di Corneto e Civitavecchia.
27 '	*»*	»	Monsig. Giovanni Guerrini,dell'archidiocesi di Ravenna.
»	»	»	Monsig. Giulio Morelli, della medesima archidiocesi.
28	*»*	»	Monsig. Paolo Novaro, della diocesi di Albenga.
29	*»*	»	Monsig. Francesco Gambelli, della diocesi di Iesi.
2	*agosto*	»	Monsig. Aristide D'Alessandro, della diocesi di Lucera.
3	*»*	»	Monsig. Francesco Saverio Kessler, della diocesi di Spira.
4	*»*	»	Monsig. Giacomo Herr, della diocesi di Limburgo.
»	»	»	Monsig. Giov. Batt. Gruener, dell'archidiocesi di Bamberga.
»	»	»	Monsig. Paolo Buchmann, della diocesi di Breslavia.
»	»	»	Monsig. Pietro Alesch, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Cristiano Gohr, della medesima diocesi.

4 agosto 1922. Monsig. Agostino Schmitz, della diocesi di Treviri.
» » »• Monsig. Alessandro Subtil, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pietro Weber, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Cesare Corti ni, dèll'archidiocesi di Firenze.
7 » » Monsig. Emilio Atzert, della diocesi di Fulda.
» » » Monsig. Guglielmo Jestädt, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Frye, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Alessandro Leimbach, della medes. diocesi.
» » » Monsig. Vittorio Thielemann, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Cicioni, dèll'archidiocesi di Perugia.
» » » Monsig. Paolo Assemani, del Patriarcato di Gerusalemme.
» » » Monsig. Antonio Tabanelli, della diocesi di Modigliana.
9 » » Monsig. Umberto Leonardi, della diocesi di Macerata.
» » » Monsig. Filippo Migliozzi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Milanez, dèll'archidiocesi di Parahyba.
» » » Monsig. Emanuele Martines de¿Moraes, della medesima archidiocesi,
» » » Monsig. Francesco Severiano de Figueredo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Emidio Cardoso, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Abdon Melibeu Lima, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Pasquale Santo Martino, della diocesi di Nicteroy.
» » » Monsig. Ildefonso Montero Diaz, dell'archid. di Siviglia.
» » » Monsig. Francesco Rainoni, dèll'archidiocesi di Milano.
10 » » Monsig. Antonio Relia (Roma).
» » » Monsig. Pietro Tramontana, della archidiocesi di Reggio Calabria.
12 » » Monsig. Egidio Lari (Roma).
» » » Monsig. Ettore Felici (Roma).
» » » Monsig. Antonio Farolfì (Roma).
» » » Monsig. Federico Fioretti (Roma).
» » » Monsig. Antonio Guerinoni (Roma).
» » » Monsig. Alberto Levarne (Roma).
» » » Monsig. Federico Lunardi (Roma).
16 » » Monsig. Aniello Calcara, della diocesi di Valva e Sulmona.
18 » » Monsig. Geremia Mologni, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Francesco Verquera, della diocesi di Susa.

Camerieri segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

8 giugno 1922. Il sig. libero barone Adolfo Tammenhain de Schönberg, della diocesi di Meissen.
13 » » R sig. barone Giorgio de Montenach (Losanna e Ginevra).

22	***luglio***	***1922.***	II sig. conte Alberto Gandelet, della diocesi di Belley.
2	***agosto***	»	Il sig. conte Antonio d'Estienne de Prunières, della diocesi di Gap.
3	»	»	Il sig. conte Edvino Henckel Donnersmarck, della diocesi di Breslavia.
»	»	»	Il sig. conte Antonio de Magnis, della medesima diocesi.
»	»	»	Il sig. conte Giovanni de Praschma, della medesima diocesi.
»	»	»	Il sig. Felice Porsch, della medesima diocesi.
»	»	»	Il sig. libero barone Carlo de Savigny, della diocesi di Fulda.
»	»	»	Il sig. Giorgio Antoni, della medesima diocesi.
»	»	»	Il sig. Adamo Giuseppe Kiel, della medesima diocesi.
»	»	»	Il sig. conte Volfango Schlitz von Görtz und von Wrisberg, della diocesi di Hildesheim.
4	»	»	Il sig. conte Giuseppe Pestalozza, dell'archidiocesi di Bamberga.
»	»	»	Il sig. Ermanno de Greve-Dierfeld, della diocesi di Treviri.
5	»	»	Il sig. barone Giovanni de Tretaigne, della diocesi di Soissons.
10	»	»	li sig. conte Baldassare Compostella di Sanguinetto, della diocesi di Padova.
16	»	»	li sig. Giovanni Enrico Concha y Subercaseaux, dell'archidiocesi di Santiago del Chili.
»	»	»	Il sig. Luigi De Ossa y Brown, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

18	***luglio***	***1922.***	Monsig. Giuseppe Compagnucci, della diocesi di Corneto e Civitavecchia.
22	»	»	Monsig. Canio. Polestra, dell'archidiocesi di Gonza.
»	»	»	Monsig. Alessio Lepore, della diocesi di Nusco.
»	»	»	Monsig. Antonio Vecchi, della medesima diocesi.
3	***agosto***	»	Monsig. Carlo Serena, dell'archidiocesi di Sorrento.
4	»	»	Monsig. Federico Buus, della diocesi di Limburgo.
»	»	»	Monsig. Carlo Knòdgen, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Michele Müller, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Luigi Scelfo, della diocesi di Piazza Armerina.
7	»	»	Monsig. Alfredo Mignini, dell'archidiocesi di Perugia.
»	»	»	Monsig. Giulio Boccali, della medesima archidiocesi.
9	»	»	Monsig. Odilon Continho da Silva, dell'archidiocesi di Parahyba.
»	»	»	Monsig. Francesco d'Assisi Albuquerque, della medesima archidiocesi.

9 agosto 1922. Monsig. Achille de Mello, della diocesi di Nicteroy.
» » » Monsig. Domenico Pimenta de Fiqueredo, dèll'archidiocesi di Diamantina.
» » » Monsig. Antonio de Souza Ne vas, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gabriele Amador dos Santos, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Levi Pires de Oliveira, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Alvaro Giuseppe de Lima, della diocesi di Maranhâo.
12 » » Monsig. Antonino Arata (Roma).
» » » Monsig. Vittorio Cavagnis (Roma).
» » » Monsig. Efrem Forni (Roma).
» » » Monsig. Umberto Kaldewey (Roma).
» » » Monsig Gustavo Testa (Roma).
18 » » Monsig. Bruno Bruno, della diocesi di Susa.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

20 luglio 1922. Il sig. comm. Giacomo Salvatori (Roma).
» » » Il sig. Giacomo Montoto de Sedas, della archidiocesi di Siviglia.
1 agosto » Il sig. Raffaello D'Andria (Roma).
» » » Il sig. Valerio Massimo Prolj (Roma).
» » » Il sig. Giuseppe Rossi, della diocesi di Lecce.
9 » » Il sig. Filippo Giorgetti, della diocesi di Macerata.
» » » Il sig. Francesco Cátala Soler, dèll'archidiocesi di Valenza.

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

19 luglio 1922. Monsig. Luigi Aiuti (Roma).
5 agosto » Monsig. Giuseppe Spiriti, della diocesi di Aquino, Sora e Pontecorvo.
7 » » Monsig. Mario Vianello, del Patriarcato di Venezia.
9 » » Monsig. Raffaele Martinez Vilar, dell' archidiocesi di Valenza.
» » » Monsig. Vincenzo Avino y Cátala, della medesima archidiocesi.
r> » » Monsig. Firmino Vilar, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio Marin Aparicio, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Pio Azzalli, della diocesi di Ravenna,

Cappellani d'onore extra Urbem, ***di S. S.:***

1 agosto 1922. Monsig. Corrado Marinozzi, della diocesi di Macerata.
7 » » Monsig. Agostino Janelli, dell'archidiocesi di Perugia.

NECROLOGIO

15 agosto 1922. Monsig. Serafino Many, Decano emerito della S. R. Rota.
19 » » Monsig. Giovanni Batt. Rossi, Vescovo di Pinerolo.

Annus XIV - Vol. XIV 31 Octobris 1922 Num. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEITJM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA APOSTOLICA

AD EPISCOPOS ITALIAE, QUOS HORTATUR UT APUD CIVES IMPENSIUS URGEANT STUDIUM PACIS RECONCILIANDIS.

PIUS PP. XI

VENERABILI FRATELLI

SALUTE E APOSTOLICA BENEDIZIONE

Ora sono pochi mesi solamente, dinanzi ai mali ed alle lotte fratricide che funestavano il nostro diletto Paese, vi rivolgevamo un caldo appello, esortandovi a dirigere particolarmente la vostra pastorale sollecitudine all'opera di pacificazione degli animi e dei cuori. Ben sappiamo con quanta premura avete risposto al Nostro paterno invito ; ma purtroppo la tanto desiderata tranquillità non è ancora tornata in mezzo al diletto popolo d'Italia, e r animo Nostro *è* di nuovo profondamente addolorato alla vista dei mali, ognor più gravi, che ne minacciano il benessere materiale, morale, religioso, ritardando sempre più il risanamento delle profonde ferite, doloroso strascico dei lunghi anni di guerra. Fedeli, pertanto, a quella missione di carità affida-

taCi dal Divin Redentore, Noi sentiamo imperioso il bisogno di indirizzare nuovamente a quanti sono cittadini di Italia una parola di carità e di pace. In nome di quella fratellanza che tutti li unisce nell'amore a questa terra così benedetta da Dio, in nome specialmente di quella fratellanza più nobile, perchè soprannaturale, che nella religione di Nostro Signore Gesù Cristo congiunge i figli d'Italia in una sola famiglia, Noi a tutti gridiamo colle parole di S. Stefano ***Viri, fratres estis; ut quid no ceti s alterutrum?*** [1] E voi, venerabili fratelli, vogliate raddoppiare di zelo nell'opera santa di pacificazione, così alacremente intrapresa. Esortate tutti quelli che sono affidati alle vostre cure, a mitigare e, se occorre, a sacrificare pel pubblico bene i propri desideri, ispirandosi ai principi cristiani dell'ordine, ed a quei sentimenti di carità, di mansuetudine e di perdono, dei quali il Divino Maestro ha fatto ai suoi fedeli legge suprema. Ritornino essi sinceramente a Gesù Cristo ***qui est pax nostra,*** [2] perchè solo amando Lui si ameranno anche tra loro e, nella fraterna cooperazione, contribuiranno a quella generale prosperità della quale poi tutti godranno i frutti.

Di questa tanto desiderata riconciliazione sia intanto pegno ed auspicio l'apostolica benedizione che di cuore impartiamo a voi, o venerabili fratelli, al vostro clero e a tutti i fedeli alle vostre cure affidato.

Dal Vaticano, li 28 ottobre 1922.

PIUS PP. XI

[1] ***Act.,*** VII, 26.
[2] ***Eph.,*** II, 14.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

MONTEREYENSIS ANGELORUM ET ALIARUM

DIVISrONIS ET ERECTIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMOTUAM

Romani Pontifices, utpote iesu Christi vices fungentes in terris, sanctissimum Eius nomen et cultum latius semper propagare studuerunt et pari sedulitate prospicere curarunt spirituali necessitati et utilitati fidelium. Ubi itaque viderunt ob auctum eorum numerum, vel ob nimium protractos dioecesium limites, Episcopum non posse necessarias paternasque curas erga omnes sibi créditos christifideles habere, novam ex illis dioecesim erigere curarunt et populum ab antiqua dioecesi seiunctum novo Pastori commiserunt.

Cum itaque dioecesis Montereyensis Angelorum latissime pateat, expostulatum est ab Apostolica Sede, ut memorata dioecesis divideretur et, finibus quidem dioecesium Sancti Francisci in California et Sacramenti meliore ratione praestitutis, nova episcopalis sedes erigeretur. Quibus precibus, ut aptius consuleretur christifidelium regimini et ad maius religionis incrementum hoc conduceret, benigne annuendum censuimus.

Quamobrem suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, exstantem dioecesim Montereyensem Angelorum in duas dioeceses dividimus et constituimus, quarum altera, in septentrionali territorio, denominabitur ***Montereyensis Fresnensis.,*** altera vero, in meridionali parte, ***Angelorum Sancti Didaci.***

Ut autem fines dioecesis Montereyensis Fresnensis rationali modo delineentur, Nos, debitis ad hoc factis dismembrationibus, quod attinet ad dioecesim Sacramentensem et ad archidioecesim Sancti Francisci in California, civiles comitatus, qui sequuntur, ex integro dioecesi Montereyensi Fresnensi tribuimus, nimirum: ***Fresno, Inyo, Kern, Kings, Madera, Mariposa, Merced, Monterey, San Benito, San Luis Obispo, Santa Cruz, Tulare;*** assignamus dioecesi Angelorum Sancti Didaci octo inte-

gros comitatus, qui vulgo nuncupantur: ***Imperial, Los Angeles, Orange, Riverside, San Bernardino, San Diego, Santa Barbara, Ventura,*** et simul archidioecesi Sancti Francisci attribuimus totum comitatum Sanctae Clarae, adeo ut dioecesani fines iidem sint ac fines civilium comitatuum.

Nos autem noviter erectae dioecesis Montereyensis Fresnensis sedem et cathedram episcopalem constituimus in civitate ***Fresnensi,*** quam idcirco ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eidem tribuentes omnia privilegia ac iura quibus ceterae civitates episcopales ex iure communi fruuntur, atque simul ecclesiam Sancti Ioannis Baptistae ad dignitatem cathedralis evehimus et ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae cathedrales ecclesiae ac earum Antistites iure communi vel legitima consuetudine gaudent; insuper aedes parochiales Sancti Ioannis Baptistae in aedes seu sedem episcopalem transmutamus. Dictam cathedralem Ecclesiam suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Sancti Francisci in California, illiusque pro tempore Episcopos iuri metropolitico Archiepiscopi S. Francisci subiicimus.

Quod dotem attinet, huic dioecesi Montereyensi Fresnensi bona assignandus et reditus omnes etiam adventicios, quacumque ratione ad mensam episcopalem obventura: ac Episcopo pro tempore facultatem concedimus cathedraticum imponendi aliaque iuxta sacros canones pro eius discreto iudicio statuendi, quibus necessitatibus dioecesis rite consuli possit.

Iubemus autem quod spectat ad Consultorum coetus nominationem, ad Administratoris dioecesis, sede vacante, electionem, ad ipsorum clericorum et fidelium iura et onera et quidem ad erectionem parvi Seminarii dioecesani aliaque huiusmodi, rite servari quae Codex iuris canonici praescribit, cauto tamen ut alumni Seminarii pro studiis philosophicis et theologicis ad aliquod maius Seminarium mittantur.

Mandamus insuper ut omnia documenta et acta, quae dioeceses Montereyensem Fresnensem atque Angelorum Sancti Didaci earumque clericos et fideles respiciunt, necnon ea quae territoria dismembrata spectant, respective ad proprias episcopales Curias tradantur et in earum archivis sedulo asserventur.

Quousque vero dioecesis Montereyensis Fresnensis de proprio Pastore provideatur, venerabili fratri Ioanni Cantwell, hucusque Episcopo Montereyensi Angelorum, nunc vero in Episcopum Ecclesiae Angelorum Sancti Didaci praefecto, eiusdem regimen committimus, tamquam Administratori Apostolico, omnibus cum facultatibus, quae huic muneri sunt propria.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Ioannem Bonzano, Archiepiscopum titularem Melitenensem, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, imposito onere ad sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses, fidem, authentica forma exaratam, absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die prima mensis iunii, Pontificatus Nostri anno primo.

C. CARD. DE LAI, *Episc. Sabinen.*
S. Congreg. Consistorialis Secret.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Leopoldus Capitani, *Reg. Subst. ex spec. deleg.*

Loco }Jj plumbi.

Reg. in Cane Ap., vol XXV, n. 56.

LITTERAE APOSTOLICAE

TITULUS BASILICAE MINORIS CONFERTUR ECCLESIAE PRAEPOSITURALI ET PAROECIALI SANCTI MARTINI IN OPPIDO « ALZANO MAGGIORE », DIOECESIS BERGOMENSIS.

PIUS PP. XI.

Ad perpetuam rei memoriam. — Vetustissima inter sanctuaria, quibus Bergomensis dioecesis nobilitatur, iure merito accensenda est praeposituralis et paroecialis ecclesia ad Sancti Martini in civitate vulgo *Alzano Maggiore.* Constat sane historicis ex documentis-ipsam sacram aedem fuisse millesimo reparatae salutis fere anno primum conditam, postea, vetustate fatiscentem, iussu Divi Caroli Borromaei restitutam, tandem munificentia Nicolai Delia Valle, conspicuis impensis, ampliorem in formam elegantioremque fuisse redactam anno **MDCLIX**, et sequenti saeculo ad conlegiatae ecclesiae dignitatem provectam, addito eidem quadraginta canonicorum Capitulo. In praesens autem, cum aediles ipsius templi Nos supplicibus votis deprecati sint, ut ipsum ad Basilicae minoris titulum et gradum evehere dignemur, Nos, probe noscentes ecclesiam eamdem, vetustate, amplitudine, structura et artis operibus praestantem, praedivite et copiosa sacra supellectili pollere et per praepositum parochum ceterumque clerum, sacris muneribus actuoso studio fungentem, divini cultus splendore non minus quam fidelium pietate florere, precibus his, amplissimo quidem suffragio communitis tum dilecti filii Nostri Camilli S. R. E. Diaconi Card. Laurenti, tum venerabilis fratris Episcopi Bergomensem, ultro libenterque, quantum in Domino possumus, obsecundandum existimavimus. Quamobrem, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Card. Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, sacrorum rituum Congregationi Praefecto, « Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, ecclesiam praeposituralem et paroecialem, Deo dicatam et consecratam in honorem Sancti Martini Episcopi et Confessoris, in civitate *Alzano Maggiore,* dioecesis Bergomensis intra fines positam, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus cum iisdem honorificentiis et privilegiis quae Basilicis huius Urbis minoribus hac de ratione competunt.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc

et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXI** augusti anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD E.MUM P. D. IOACHIMUM, TIT. SS. BONIFACII ET ALEXII, S. R. E. PRESB. CARD. ARCOVERDE DE ALBUQUERQUE CAVALCANTI, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS BRASILIAE: DE PROXIMO NATIONALI CONVENTU EUCHARISTICO.

Dilecte fili Noster et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Providentissimi Dei nutu certe factum est ut hac aetate nostra, dum tanta errorum vi atque fluxarum rerum cupiditate plurimorum caritas refrixit, per invectum eucharisticorum coetuum morem, novo quodam ardore creverit ubique gentium Sacramenti augusti religio. Itaque nuper quoque cernere licuit in ipsam hanc Urbem ex toto terrarum orbe convenire homines omnis ordinis, uno quidem amoris igne calentes; illo nempe quem Servator Noster Iesus Christus venit mittere in terram vehementissimeque optavit ut accenderetur. Facile igitur intelligitis, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, quam libenter didicerimus universum conventum vos proxime acturos esse, ad Eucharistiae cultum magis magisque provehendum. Et gaudet quidem iam nunc animus Noster frequentissimum videre Brasilianum populum acclamare aperte Christo Regi, in Eoque uno salutis et pacis spem collocare. Atque utinam huiusmodi pietatis studia ubique exardescant: nihil enim efficacius est ad virtutum omnium incrementa quam sacrosanctae Eucharistiae cultus atque inde sua sponte eftlorescens aeternarum rerum amor. Contendite igitur, tam sanctum coeptum recte perficere. Nos vero, interea, preces Deo adhibebimus ut et felices det exitus et optatos fructus concedere benigne velit. Praeter, autem, consuetas indulgentias, privilegium

concedentes celebrandi Missam media nocte post vigiliam, divini muneris auspicem Nostraeque benevolentiae testem, apostolicam benedictionem vobis, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, iisque omnibus qui pio conventui interfuerint, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis augusti MCMXXII„ Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

Ii

AD E.MUM P. D. PETRUM, TIT. SANCTI LAURENTII IN LUCINA, S. R. E. PRESB, CARDINALEM GASPARRI, A NEGOTIIS PUBLICIS ADMINISTRUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD TRANSVEHENDAM LAÜRETUM BEATAE MARIAE VIRGINIS NOVAM ICONEM, A SE BENEDICTAM AUREOQUE DIADEMATE REDIMITAM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Norunt omnes quo maerore affectus sit orbis catholicus, cum, haud ita pridem, Lauretana aede ardescente, imago illa augustissima Beatae Mariae Virginis penitus deleta est, quam populi pie frequenterque saeculorum decursu venerati erant. Praeter ceteros, decessor quidem Noster f. r. Benedictus XV vehementer eo nuntio commotus est, utpote qui aegre sane tulerit tam-sacrum mariale signum fuisse ademptum christianae genti, imprimisque urbi Laureto, quae Dei consilio delecta est inter omnes ut Nazarenam domum tamquam hospitio reciperet. Is igitur, pro sua in magnam Dei Matrem pietate, non modo conspicuam pecuniae vim ad instaurandum sacellum flammis laesum munifice contulit, sed etiam nova imagine, veteri quidem quantum posset simillima, terrestre Familiae Sacrae domicilium ornare cupiebat. Nos, hoc eius optatum, quasi hereditate sancta accipientes, libenter admodum ipsum perficiendum curavimus; iamque edicere nunc licet idem deductum esse ad effectum feliciter. Sed huiusmodi decessoris Nostri proposito Nos aliud quidem opus adiectum voluimus, quod simul proprium esset simulque eum amorem testaretur quem Nos a pueris habemus erga caeli Dominam impensissimum. Quapropter cum Ipsi simulacrum novum Mariae et Iesu diademate aureo ditaverimus, tum idem sollemni ritu benedictum coronavimus. Restat, ut effigiem hanc sacrosanctam nunc Lauretum transferri curemus, quo rursus venerabundi affluant peregrini ex toto orbe terrarum, quasi mariali cultu inter se certantes. Iamvero tanta erit rei

faustitas ac pompae celebritas, quae speratur, ut peculiari ei Viro hoc officium transveheudae imaginis committere censuerimus, qui non modo virtutis, splendore et dignitatis vi, sed etiam ob consuetudinem vitae et rerum melius personam Nostram gerere videretur, itaque te, dilecte fili Noster, Legatum Nostrum ad hanc rem renun.tiav.imus; te, inquimus, interpretem effectoremque voluntatis Nostrae fidelissimum. Ac revera tam excelso loco laus tua sita est, tamque egregia nites conscientia officii quo fungeris, ut libenter hac etiam occasione utamur singularem benevolentiam erga te Nostram testificandi. Tot inter curas sollicitudinesque omne genus quas, ad rei catholicae utilitatem, tu cotidie partiris Nobiscum, fruare feliciter hoc pulcherrimo munere, amplissima quidem stipatus corona Purpuratorum Patrum ac Praesulum, cleri populique gestientis. Nos vero cum Nosmetipsos tum militantem Ecclesiam potenti patrocinio Virginis commendantes, paterno effusoque animo tibi benedicimus. Ac denique, quo res cedat in maiorem animarum fructum, facultatem tibi damus papalem benedictionem impertiendi cum plenaria admissorum venialità quidem ut piorum manium labes eadem expiare queat.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, diexvn mensis augusti MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. D. VLODIMIRUM LEDÓCHOWSKÍ, S. I. PRAEPOSITUM GENERALEM: DE PONTIFICIO INSTITUTO ORIENTALI CUM ATHENAEO PONTIFICIO DE RE BIBLICA IUNGENDO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Decessor Noster fel. rec. Benedictus XV, ut probe nosti, Pontificium Institutum, Orientis rebus provehendis, in Urbe condidit; non modo ut Latini sacerdotes in his studiis « congruenti quae omnes numeros habeat, institutione formarentur », sed etiam ut Orientales tamquam proprium haberent altiorum studiorum domicilium, ubi in quaestionibus, quae magis ad Orientalem Ecclesiam pertinent, admodum erudirentur et « ordinarium doctrinae curriculum harum disciplinarum accessione perficerent >. Ac placet hic sane Nobis cum dilectum filium Nostrum Cardinalem Nicolaum Marini, tum Abbatem Ildefonsum Schuster, O. S. B., debita

laude honestare: optime enim uterque de eodem Opere meruere. Verum tamen prohibuerunt difficultates temporum ne, in principio, instituti sedes alibi collocaretur nisi in Apostolico « Hospitio de convertendis »; quae aedes, prope Vaticanum sitae, cum a variis Urbis collegiis nimium disteni, minus aptae ad assequendum finem, inventae sunt. Haec intuens, iam ipse augustus conditor Institutum alio transferre cogitabat. Valde igitur Nos optamus ut id decessoris Nostri propositum ad effectum quantocius deducatur: atque considerantes Institutum Orientale et Biblicum se invicem iuvare ac complere optime posse, eo magis quod aliquae disciplinae utrique sint communes, id volumus ac decernimus ut in hoc Institutum, cui quidem opportunissima domus in media Urbe feliciter contigit, illius sedes transferatur; ita tamen, ut instituta secundum proprium finem distincta remaneant. Cupimus praeterea eiusmodi fore studiorum ordinem in hoc Athenaeo Nostro, ut omnes studiosi viri, ex qualibet regione, praeclara occasione utantur eas quae ad Orientem spectant disciplinas altius pernoscendi. Itaque, ad hoc consilium efficiendum, te, dilecte fili, his Litteris Nos eligimus, tibique Institutum Orientale commissum volumus eodem modo quo a decessore Nostro fel. rec. Pio X Institutum' Biblicum curis Societatis Iesu concreditum est. Perspecta religiosae familiae vestrae pietate erga Sedem Apostolicam, id fore pro certo habemus ut huic voluntati Nostrae libenter obsequamini, eamdemque eximie, ut consuevistis, exsequi contendatis. Profecto novum et grave onus hoc Nostrum mandatum vobis imponit; sed omnino confidimus numquam prorsus defuturos esse thesauros scientiae ac roboris Sacratissimi Cordis Iesu religiosis eis viris, qui, tamquam remiges validi, ad nutum supremi Ecclesiae Gubernatoris, in maiorem Dei gloriam, improbo ponderi laetanter humeros submittunt. Caelestiumque auspicem munerum ac paternae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, praeceptoribus, alumnis iisque omnibus qui Nostrum Institutum Biblicum et Orientale quoquo modo promovent, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis septembris anno **MCMXXU**, Pontificatus nostri primo.

PIUS PP. XI

IV -

AD EMUM P. D. FRANCISCUM, TIT. SANCTAE RUDENTIANAE, S. R. E. CARD. BOURNE, ARCHIEPISCOPUM "WESTMONASTERIENSEM'. DE COETU MISSIONALI CONVOCATO AD COMMEMORANDUM CCC ANNUM A SACRA CONGREGATIONE FIDEI PROPAGANDAE CONDITA.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum tertio exeunte saeculo postquam Sacra Congregatio de Propaganda Fide condita auspicato est, a templo Vaticano non adstantes tantummodo, verum etiam catholicos omnes alloqueremur, bona certaque spe tenebamur fore, ut, quae, afflante Spiritu Paraclito, ipso Pentecostes die, verba fecissemus, uberrimi ea fructus exciperent. Cui quidem exspectationi Nostrae optime congruere rei eventus videtur; novimus enim, venerabiles in episcopatu fratres, quorum satis multi praesentes sollemnibus ritibus aderant, sollicitudinis participes Nostrae, datis ad suos cuiusque fideles litteris, nomine Nostro impense eorum opem stipemque sacris expeditionibus tuendis poposcisse. Iamvero cum mirifice delectati simus perstudiosa Episcoporum in re tanti momenti voluntate, tum animi Nostri voluptatem auxit quod nuper audivimus, catholicis e Britannia esse deliberatum, una cum supplicationibus in triduum habendis in gratiarum actionem, in Coetum convenire quem Missionarium vocant, ad commemorandum trecentesimum a Sacra Congregatione condita annum, in quem centesimus quoque ab Opere Propagationis Fidei constituto feliciter incidit. Exhibitum vero Nobis a Cardinali Congregationis Praefecto statorum sollemnium libellum cum legeremus, vidimus libenter ea fore peragenda te, dilecte fili Noster, praeside, cuius auctoritate decreta sunt, itemque assidentibus, honoris et consilii sociis, reliquis Britanniae Praesulibus. Quodsi nomina eorum attendamus, qui curatores Coetui apparando vel oratores locis e proposito tractandis delecti sunt, dubitare non licet quin commemoratio ista dignitati gravitatique causae respondeat. Confidimus equidem, sacerdotes ac fideles Britanniae nova ex hoc Coetu fidei capere incrementa eumque fraternae necessitudinis haurire spiritum, quo imbutos esse decet illius nationis cives quae latissime terra marique patet. Necessitudinis, inquimus, qua omnes fratres in Christo Iesu sumus, et cuius vim qui in animo penitus insidere sinat, is profecto, praeterquam quod in missionali catholico, omni amoto nationis vel sodalitatis discrimine, generosum agnoscet virum, qui legitime apostolatus munus apud infideles populos summo cum labore atque

haud raro cum ipsius vitae iactura persequitur, largam praeterea stipem in sacrarum expeditionum utilitatem conrogabit, nullo delectu, quemadmodum ad universos homines, quicumque ii sunt, quocumque orti genere, christiana pertinet caritas. Amplificationem vero christiani nominis inter gentes, quae ***in umbra mortis sedent,*** aeternamque tot miserrimorum hominum salutem subsidiis omne genus provehere, res est omnium sane praecellentissima ac paene divina, in eamque constat Opus a Fidei Propagatione tam incenso incumbere studio, ut non modo principem inter alia eiusmodi instituta obtineat locum, sed etiam providenter videatur hominibus comparatum, ne diutius id prorogetur ac distineatur quod tam crebro Patrem, ***divina institutione formati,*** efflagitamus: ***Adveniat regnum tuum.*** - Qua in re nihil certe optabilius quam ut catholici omnes Operi a B'idei Propagatione adscribantur, quod quidem a decessoribus Nostris, hoc centum annorum spatio, sacris indulgentiis locupletatimi, Nosmetipsi nuper, fausta sollemnis commemorationis occasione, Apostolicae huic Sedi proxime subiecimus atque obstrinximus; unde sequitur, Romano Pontifici eo Opere, veluti pretioso quodam instrumento, licere posthac, ad stipem colligendam atque inter sacrarum expeditionum stationes tempestive opportuneque partiendam, feliciter uti. Cum autem Operi eidem tamquam subsidiaria inserviant et Opus a S. Infantia et Opus, quod, a Petro Apostolo nuncupatum, rectae prospicit cleri indigenae institutioni, nemo non videt, esse utrumque ceteris anteferendum inceptis, quae omnibus quidem laudibus digna, peculiare aliquid in hoc genere sibi propositum habeant. - Itaque si catholici e Britannia hortationibus Nostris obsequantur - quod, ceterum, pro certo habemus, tantum apud eos christiana caritas potest cum religionis studio atque Apostolicae Sedis veneratione coniuncta - Coetus, quem propediem in templo cathedrali Westmonasteriensi agent, non in vacuas declamationes evasurus est, ut in hominum congressionibus saepe fit, sed ea allaturus catholicis missionibus emolumenta, ut infideles populos ita appellare posse videamur: ***Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.*** - interea Spiritus Paraclitus in omnes,'quotquot istuc conventuri sunt, sapientiae et caritatis munera effundat: quorum auspicem, itemque paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis, universoque clero et populo vobis commisso apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Div. Prov. Papa XI, quo aptius consuieret animarum bono pro ea parte dioeceseos Vratislaviensis, quae « Silesia superior » nuncupatur et intra limites ditionis Polonicae nunc continetur, decrevit peculiarem ibidem Administratorem Apostolicum

constituere, id autem muneris eadem Sanctitas Sua deferre dignata est, ad nutum Sanctae Sedis, R. D. Augusto Hlond, ex Pia Societate Sancti Francisci Salesii, cum omnibus iuribus et privilegiis tali officio adnexis. Contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Datum Romae, e Secretaria Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae, die, mense et anno ut supra.

F. Borgongini Duca, ***Secretarius.***

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

APPROBATIO

Decreto Sacrae Congregationis de Seminariis et universitatibus Studiorum, die 4 novembris 1922, approbatae sunt Constitutiones Seminarii Longobardi Ss. Ambrosii et Caroli de Urbe.

ACTA TRIBUNALIUM

e SACKA ROMANA ROTA

AEGYPTI

NULLITATIS MATRIMONII (MÜSARELLI-DB VANNES)

QUAESTIONIS INCIDENTALIS DE RE IUDICATA

Pio PP. XI feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 20 iunii 1922, Revmus P. D. Ioannes Prior, Decanus, Ponens, ***RR. PP. DD. Fridericus Cattani-Amadori et Ubaldus Mannucci, Auditores de turno, in causa*** Aegypti, Nullitatis matrimonii ***inter*** Vincentium Musarelli, ***actoris defuncti fratrem et heredem, repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, et*** Mariam Aloisiam de Vannes, ***conventam, contumacem, interveniente et disceptante in causa Promotore Iustitiae, sequentem tulerunt in gradu appellationis definitivam sententiam.***

Hector Musarelli et Maria Aloisia de Vannes, ambo catholici, die 22 decembris 1919 matrimonium inierunt, quod tamen intra septem menses, die nempe 26 iunii 1920, viro instante, nullum et irritum sententia iudiciali declaravit Curia Vicariatus Apostolici Aegypti, ob eiusdem viri consensus defectum, quia nimirum conditio ab ipso apposita verificata non fuerat. Vinculi Defensor, uti par erat, ad Sedem Apostolicam appellavit, atque ad actoris instantiam, ob causam urgentem, S. Congregationi de Disciplina Sacramentorum, ad normam can. 249 § 3, rem deferendam censuit.

Cum autem ipse actor intra viginti dies a lata sententia vita functus esset, S. Congregatio ad N. S. Ordinem causam remisit. Frater actoris eiusdemque heres, Vincentius Musarelli, cuius interest ut firma maneat sententia primi gradus ob effectus civiles, qui, ad tramitem legis civilis in Aegypto vigentis, a sententia tribunalis ecclesiastici pendent, petiit ut loco defuncti ad causam prosequendam admitteretur, « perchè, « scribit, la de Vannes continua a portare il cognome di Musarelli e « pretende diritti sull'eredità del defunto mio fratello, ma sopratutto

« perchè intendo di tutelare la memoria dello stesso caro defunto ed « insieme l'onore della mia famiglia dalle accuse ed offese fatte dalla « de Vannes ». Invocatum est ministerium Promotoris Iustitiae, quo instante simul cum Vincentio Musarelli, Maria A. de Vannes rite citata" fuit per edictum, cum locus eius commorationis ignotus fuerit: nullum tamen responsum dedit.

Hisce in adiunctis, Iustitiae Promotor, re melius perpensa, de quaestione praeiudiciali primo agendum esse censuit, nempe, an sententia primi gradus vim rei iudicatae haberet, cui proposito libenter adhaesit Vincentii patronus. Iussit, itaque, D. Ponens ut dictus patronus sua iura deduceret, et Promotor Iustitiae animadversiones opportunas adiiceret sub dubii formula: « An sententia primi gradus, qua nullitas ma« trimonii declarata fuit, vim rei iudicatae habeat quoad civiles matri« monii effectus, in casu ». Quaestio haec incidentalis, itaque, Nobis nunc dirimenda proponitur.

I**N IURE**. - Non omnis sententia exsecutioni definitivae mandari potest, sed ea tantummodo quae in rem iudicatam transiit (can. 1917 ***Cod. 1. G.).*** Res iudicata habetur ex duplici sententia conformi, vel ex unica sententia ubi nulla in iure conceditur appellatio (can. 1902, 3° - 1880), vel etiam ubi ius non obstat appellationi, sed haec tempore utili interposita non fuit (can. 1881), aut rite interposita coram iudice a quo, deserta fuerit coram iudice ad quem (can. 1902, 2°), sive ab appellante (cann. 1883-1886), sive a partibus litigantibus, qui nullum actum processualem per annum posuerint, quin aliquod obstiterit impedimentum (can. 1736), perempta videlicet instantia in gradu appellationis.

Res iudicata vera et iusta habetur praesumptione iuris et de iure, quae probationem in contrarium non admittit (can. 1904 § 1). Attamen reapse falsa et, quod ad partes ipsas attinet, quas inter ius facit (can. 1904 § 2), iniusta esse potest. Nam, licet qui appellare potest et tempore utili non appellat, sententiae latae consentire iure praesumitur, aliis omnino causis quam putata sententiae veritate et iustitia moveri potest ad appellationem praetermittendam; iudices quoque appellationis errare possunt sicut et iudices primi gradus quorum sententiam confirmant. Nihilominus legislator, qui in omni lege ferenda bonum commune quaerere debet, sententias hisce in adiunctis merito firmas et irrevocabiles esse voluit, quia boni. publici magis interest ut controversiae inter subditos insolutae non maneant, quam quod in singulis casibus iudiciales sententiae veritati et iustitiae apprime congruant. « Senten« tiae - ait Pichler, in lib. II, tit. 27, n. 20 - uti et praescriptionis, firmitas

«et auctoritas non fundatur in veritate huius praesumptionis, sed in « ordinatione legali et in bono publico, cuoi publice magis expediat « res iudicatas esse firmas, quam esse iustas ». Lex humana, videlicet, iura et officia singulorum, pro totius communitatis bono, certis limi-
*
tibus iure meritoque circumscribit.

Quaedam autem sunt singulorum iura et officia, quae cum bono totius communitatis suapte natura tam intime connexa sunt, ut in iisdem tractandis veritatem et iustitiam obiectivam nunquam liceat posthaberi. De hisce agitur in causis quae de statu personarum fiunt, ex. gr. voto religionis adscripti, ordine sacerdotali insigniti, veJ,quod nostram causam pressius attingit, vinculo matrimoniali alligati. Sententiae in huiusmodi causis latae nunquam transeunt in rem iudicatam (can. 1903), ac proinde actiones perpetuae sunt (can. 1701), et sententiae exsecutio, quoties haec concedi contingat, provisoria dici potest (can. 1989). Ad rem Sánchez, lib. VII, disp. 100, n. 1 : « Quod in reliquis sententiis con- « sensus omittentis debito tempore appellare, possit aliquid operari, ac « eo ipso quod non appellat, videatur consentire. Ex quo consensu sen- « tentia vires rei iudicatae assumit, cap. ***Quoad consultationem, De sen- « tent. et re iudic,*** ibi ; cum per hoc videatur, per interpretationem iuris, « latae sententiae paruisse. At in causa coniugali nequit consensus omit- « tenus appellationem efficere, ut matrimonium cum impedimento diri- « menti initum sit validum, vel ut legitime contractum dissolvatur. Quare « sententia per errorem decidens illud esse validum, vel hoc dissolven- « dum, nulla ratione assumere potest vires rei iudicatae, sive quod bis «confirmata sit, sive quod ab ea non appellans censeatur consentire. « Quia sententia illa, transiens in rem iudicatam, foveret peccatum, sepa- « rando veros coniuges, vel uniendo eos qui tales esse nequeunt. At nul- « Iura vinculum, quantumcumque multiplicatum, potest firmare actum, « ex quo peccatum consurgit ».

Attamen, regula generalis, qua statuitur sententiam circa matrimoniale vinculum seu de statu coniugati in rem iudicatam non transire, locum non habet ubi vinculum per mortem alterutrius coniugis iam dissolutum est. Codex enim recens editus hac in re veterem disciplinam renovat, quae proinde interpretationem accipere debet a probatis auctoribus ad normam can. 6 eiusdem Codicis. Unanimiter autem docent auctores, tunc tantummodo sententiam in causa matrimoniali in rem iudicatam transire non valere, ubi eiusdem observantia peccatum foveret, quod per consensum partium impediri non possit. Huic videlicet principio innixi, quod sententia irrevocabilis esse nequit, quae peccatum nutriret, ad conclusionem devenerunt causas matrimoniales in rem

iudicatam transire non posse, quia sententia fallibilis, forte falsa, veros coniuges fortasse separaret vel eos qui coniuges esse nequeunt unirei Si decretum humanum iustum et firmum dici nequeat, quod occasionem vel statum peccati induceret, id a fortiori obtinet in casu ubi decretum humanum est simul ecclesiasticum, quia talis ordinatio supremo societatis Ecclesiae fini, saluti nempe animarum, directe contraria esset. Ita Reiff., lib. II, tit. 27, n. 120: « Ceterum, dictum istud quod sententia « in causa matrimoniali non transeat in rem iudicatam, tunc solum- « modo procedit, quando ex illius sententiae observantia nutritur pec- « catum, quod utriusque partis consensu non potest impediri, nec tolli •« quoad culpam ». Similiter Sánchez, supra citatus, lib. VII, disp. 100, n. 1; Pirhing, lib. II, tit. 27, n. 52; Pichler, eod. tit., n. 15; Schmalzgr., lib. IV, tit. 18, n. 27; Gasparri, vol. II, n. 1507; Mansella, ***De impedim. matrim, diriment.,*** part. i, cap. 6, art. 5, n. 2.

Ubi deest, igitur, periculum peccati ex observata sentent a, ut in casu mulieris quae per mortem coniugis liberae vadit ad alias ineundas nuptias, causa matrimonialis communi iuris dispositioni subiicitur quoad definitivam controversiae definitionem. Haec iuris communis dispositio enuntiatur in can. 1902: «Res iudicata habetur... 2° Senten- « tia intra utile tempus non appellata; aut quae licet appellata coram « iudice a quo, deserta fuit coram iudice ad quem ». Tempus autem utile ad appellationem faciendam est spatium decem dierum a notitia publicationis sententiae (can. 1881); ad eamdem vero prosequendam coram iudice ad quem conceditur spatium unius mensis, « nisi iudex a «quo longius tempus ad eam prosequendam praestituerit».

I**N FACTO**. - De ipso matrimoniali vinculo, prout de eodem in prima causae instantia actum fuit, quaestio iam esse non potest: vinculum enim per viri mortem iam dissolutum est, et nonnisi de eo nunc quaeri potest, quatenus causa exstiterit, vel secus, quorumdam effectuum civilium. - Vincentius Musarelli, qui loco fratris sui defuncti, cuius heres est, firmitatem sententiae primi gradus tueri conatur, de eo dumtaxat se sollicitum praebet, ne Aloisia de Vannes illam hereditatis portionem capiat quae ad legitimam uxorem de iure spectaret, ne ipsa familiae suae cognomen ferat, etc., prout in libello N. S. Tribunali a se oblato declarat. Incidenter videlicet orta est praesens quaestio de vinculo ex controversia, quae inter praetensos defuncti heredes post eiusdem obitum fervet. Unde competens esset tribunal ecclesiasticum dictam quaestionem dirimere, etiamsi utroque coniuge vivente non fuisset accusatum matrimonium (can. 1972). Ad Nos, tamen, non spectat declarare

quinam sint effectus matrimonii civilis, ad normam can. 1016: « Baptiza-« torum matrimonium regitur iure non solum divino, sed etiam canonico, « salva competentia civilis potestatis circa mere civiles eiusdem.matri-« monii effectus ». Sed nec ipsa potestas civilis, iuxta legem in Aegypto vigentem, rite procedere potest, donec constet ex sententia tribunalis ecclesiastici, an mulier de Vannes coniux fuerit defuncti viri Hectoris Musarelli, an non. Ad rem scribit Pro-Vicarius generalis huius Vicariatus Apostolici: « Qui in Egitto il matrimonio ecclesiastico è riconosciuto « dall'autorità civile, sia locale che straniera. In base a questo privile-« gio, un italiano che si sposa in Chiesa, non ha che presentare il sem-« plice documento di contratto matrimonio, firmato dal parroco, perchè « senz'altra formalità venga il suo matrimonio riconosciuto dal Conso-« lato italiano, e subito inscritto nei registri consolari. Tale è il caso « del matrimonio Musarelli-de Vannes; fu cioè un matrimonio contratto « solo in Chiesa; per opera poi della de Vannes, il documento di questo « matrimonio, firmato dal parroco, fu presentato al Consolato d'Italia « in Cairo, e in conseguenza venne questo matrimonio inscritto sui « registri consolari. Il Consolato d'Italia in Cairo fu a suo tempo infor-« mato che in questa Curia di Alessandria questo stesso matrimonio «era, per regolare processo, attaccato di nullità; copia ancora della « nostra sentenza di nullità di questo matrimonio fu trasmessa a quella. « autorità consolare, la quale ora a sua volta aspetta conferma della « nostra sentenza da Roma, onde annullare dai suoi registri l'iscritto « atto del matrimonio in parola, e liquidare inoltre tra i legittimi eredi « la successione del defunto Ettore Musarelli ».

Extra controversiam est Aloisiam de Vannes nec appellationem interposuisse, nec eam prosecutam fuisse. Appellatio autem a Vinculi Defensore facta, quam ipse dein prosecutus est coram iudice ad quem, mulieri etiam suffragabatur iuxta canonem 1888: « Si unus ex pluribus « corréis aut actoribus sententiam impugnet, impugnatio censetur ab « omnibus facta, quoties res petita sit individua aut obligatio solida-« lis ». Res enim petita erat declaratio nullitatis vinculi, cuius validitatem rea conventa ac Vinculi Defensor pariter tuebantur. Eatenus, tamen, Aloisia de Vannes appellasse et appellationem prosecutam esse censeri potest, quin ullum actum proprium posuisset, quatenus de facto Vinculi Defensor et appellavit et appellationem prosequebatur. Ex aula vero recedente Vinculi Defensore post mortem alterius coniugis, nemo erat qui appellationem ulterius prosequeretur: non ille, qui appellationem deseruit, prout de iure deserere debuit; neque ipsa rea conventa, quae eo tantum appellationem prosequi censebatur, quatenus correa

fuerat Vinculi Defensoris, et eiusdem ministerio egisse aestimabatur. Hoc, itaque, appellationem deserente, et ipsa conventa eamdem deseruisse videtur.

Attamen, per recessum Vinculi Adsertoris instantia nondum finita dici debet, sed potius interrupta, ad normam canonis 1733, ubi legitur: « Si pars litigans moriatur, aut cesset ab officio cuius ratione agit: « I° causa nondum conclusa, instantia interrumpitur, donec heres de- « functi aut, successor litem instauret ». Termini huius canonis, stricte loquendo, casui nostro non congruunt; aequitatis tamen gratia, et analogiae circumstantiarum praesenti causae aptandos esse censemus. Ab initio enim causae duo quaerebat actor : primo et principaliter libertatem a vinculo, secundario et accessorie liberationem a civilibus vinculi effectibus, qui ab eodem necessario pendebant. Satis autem erat ei primum in foro ecclesiastico sibi vindicare, ut et alterum, vi ipsius definitivae sententiae ecclesiasticae, a potestate civili aegyptia subinde consequeretur. Defuncto autem actore, de quaestione circa vinculum, quod morte dissolutum fuit, directe agi non poterat, sed indirecte tantum, quatenus causa fuerit, vel secus, quorumdam effectuum civilium, quos inter eminebat distributio defuncti hereditatis, quae sequestro supposita fuit a potestate civili. Actoris defuncti frater et heres, itaque, Tribunali N. se nunciavit tanquam fratris successorem in lite prosequenda, ut effectus vinculi civiles nulli haberentur. Eo videlicet contendebat, ut appellatio contra sententiam primi gradus evacuaretur, ob rationes sive extrínsecas, seu leges quibus regitur iudicialis processus, sive etiam intrínsecas, per aliam nempe sententiam priori conformem, qua decisio super causae merito exsecutioni mandari posset.

Ex altera parte, rea conventa actori resistebat, sive quoad vinculi nullitatem declarandam, sive quoad effectus vinculi civiles, quos sartos tectosque voluit. Sua iura, vero, quoad utrumque, adaequate defensa vidit, ope ipsius legis, qua iniunctum est officium Vinculi Defensori petitionem actoris quoad vinculum impugnandi, et contra sententiam huic forte favorabilem ad superius tribunal provocandi (can. 1986). Causa enim non erat de iis, in can. 1990 enumeratis, quae ob evidentiam rei facilius apparentem, unica sententia absolvi possunt, et in quibus vinculi Defensor ad appellandum non cogitur (can 1991). Defensio autem iurium reae conventae, in appellationis gradu, usque ad mortem viri sui, a ministerio legis ipsi concessa, per Vinculi Defensoris ex aula recessum incontinenter ipsi defuit, et nonnisi per se vel per procuratorem ab ea deputatum iura sua ulterius tueri poterat. Coniugis superstitis, quidem, ut plurimum, non interest in foro ecclesiastico litem matrimonialem

prosequi post vinculum dissolutum, quia effectus civiles matrimonii a iudice ecclesiastico de more non pendent. Aliter autem accidit in casu nostro ob peculiarem legem civilem, supra memoratam, qua Ttali obligantur, qui regionem aegyptiam incolunt, isti, itaque, potius praesumendi sunt causam quoad effectus civiles prosequi velle. Iniuste autem repellerete rea conventa a lite prosequenda ex eo quod appellationem post primo notificatam sententiam Vicariatus Apostolici interponere neglexerit, cum iuri suo quoad vinculum eiusque effectus satis prospectum fore probe noverit per ipsam legis dispensationem, qua officium Vinculi Defensori imponitur idem in gradu appellationis adserendi (can. 1986); ac, utpote correa huius Officialis, et ipsa rea conventa sententiam primi gradus impugnasse censenda erat, licet coram N. S. Tribunali non steterit. Per cessationem muneris Vinculi Defensoris,* itaque, instantia haud finita est, sed potius interrupta, ad analogiam casus in can. 1733 supra relati.

Huiusmodi casus, vero, in gradu appellationis regitur can. 1885, quo statuitur: « § 1. Si casus de quo in can. 1733 contigerit intra ter- « minum ad appellandum utilem, sed antequam appellatio interposita sit, « sententia debet iis quorum interest denuntiari, eisque concessi intelli- ge guntur termini a iure statuti a die denuntiationis computandi. § 2. « Si contigerit postquam fuerit appellatum, appellatio interposita eisdem « denuntietur, in quorum favorem a die denuntiationis denuo currere «incipit tempus utile ad. appellationem prosequendam».

Altera, itaque, sententiae denuntiatio post obitum actoris facta fuit per edictum Revmi Vicarii Apostolici Aegypti, ad instantiam Promotoris Iustitiae et fratris defuncti actoris, Vincentii Musarelli, nomine ipsius eiusque sororis, utpote defuncti heredum, die 28 septembris 1921, « affinchè la signora de Vannes ne abbia legale notizia ». Refert, praeterea, dictus Vicarius Apostolicus: « Per otto giorni, conforme il mio « decreto, dal 28 sett. al 6 ott., fu affissa questa pubblicazione alle porte « di questo Vicariato (can. 1720). Passati gli otto giorni suddetti, e dopo « di essi anche altri dieci susseguenti giorni, non comparve in Curia « la signora Maria Luisa de Vannes, nè si è ricevuto nessun appello « da essa contro la suaccennata sentenza ».

Quaestio fieri potest an temporis spatium reae conventae concedendum sit decem dierum ad appellationem interponendam coram iudice a quo, iuxta can. 1885 § 1, vel potius triginta dierum ad appellationem prosequendam coram iudice ad quem, iuxta § 2 eiusdem canonis; siquidem, utpote correa Vinculi Defensoris qui appellavit, et ipsa, ad tramitem can. 1888, sententiam primi gradus impugnasse censenda est. Videretur

potius agi de prima hypothesi in casu, seu de appellatione interponenda, ut arguitur ex can. 1888, ubi distinguitur inter eum qui reapse ***appellavit*** et correos, qui non appellarunt, sed sententiam impugnasse censendi sunt, quoties res petita sit individua aut obligatio solidalis. Rea conventa revera non appellavit, et discedente Vinculi Defensore, nemo coram Tribunali stetit ad appellationem prosequendam. Attamen, etiam in secunda hypothesi, quod per denunciationem sententiae factam a defuncti herede, qui nullam habuit partem in prima litis instantia, occasio reae conventae fieret appellationem prosequendi post interruptam instantiam, patet lapsum fatalium rem iudicatam contra eamdem induxisse; nam, non solum triginta dies, sed plus quam sex menses a die denunciatae sententiae elapsi sunt, ei mulier iudici appellationis nullatenus se nunciavit.

Dispositio iuris de instantiae peremptione in gradu appellationis (can. 1736), quam invocavit Promotor Iustitiae, casui nostro applicari nequit, quia locum habet tantummodo ubi ***nullus actus processualis*** per spatium unius anni a quocumque positus fuit, quod in casu nostro non est veriiicatum.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondentes ***affirmative,*** seu ***sententiam primi gradus, qua nullitas matrimonii declarata fuit, vim rei iudicatae habere quoad civiles matrimonii effectus, in casu.*** Statuimus, praeterea, expensas iudiciales a D. Vincentio Musarelli solvendas esse.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis, locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam ad tramitem tit. XVII, lib. 4, Cod. I. C, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. 25, ***De Reform.,*** Conc. Trid., et can. 1924 Cod. I. C, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 20 iunii 1922.

Ioannes Prior, Decanus, ***Ponens.***
L. £8 S. Fridericus Cattani-Amadori.
Ubaldus Mannucci.

Ex Cancellaria, 12 augusti 1922.

T. Tani, ***Notarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

25 ottobre 1922. Monsig. Antonino Zecchini, Arcivescovo titolare di Mira, già Visitatore Apostolico dei Paesi Baltici, ***Delegato Apostolico nella Lettonia, Lituania ed Estonia.***

7 novembre » L'Emo sig. Card. Camillo Laurenti, ***Protettore delle Suore delle Scuole, del Terz'Ordine Francescano, di Maribor (Lavant).***

9 » » L'Emo sig. Card. Francesco Ragonesi, ***Protettore delle Suore Mercedarie di Carità, di Granata.***

» » » Monsig. Tommaso Esser, Vescovo titolare di Sinide, i Monsig. Ubaldo Mannucci e Andrea Jullien, Prelati Uditori della S. R. Rota, e il Revmo P. Giustiniano Serèdi, O. S. B., ***Consultori della Pontificia Commissione per l'interpretazione del Codice di Diritto Canonico.***

NECROLOGIO

27 ottobre 1922. Monsig. Ippolito Ulivelli, O. F. M., Vescovo tit. di Ortosia, Vicario Apostolico del Chaco.

28 » » Monsig. Modesto Everaerts, O. F. M., Vescovo tit. di Tadama, Vicario Apostolico dell' Hu-pé occiduo-meridionale.

Amuis **XIV - Vol. XIV** **15 Decembris 1922** **Num. 17**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

SACRUM CONSISTORIUM

i

Die 11 decembris 1922, in Palatio Apostolico Vaticano, habitum est ***Consistorium secretum,*** cuius acta ex ordine referuntur:

I. - CAMERARÍATUS SACRI COLLEGII

Raphael Cardinalis Merry del Val perulam Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii detulit ac reddidit SSmo Dno Nostro Pio PP. XI, qui eam tradidit Gulielmo Cardinali Van Rossum pro hoc anno ipsius S. R. E. Cardinalium Collegii Camerario.

II. - ALLOCUTIO SS. D. N. PII PP. XI
CREATIO ET PUBLICATIO S. R. E. CARDINALIUM

VENERABILES FRATRES

- Vehementer gratum est, quod, postquam, inscrutabili Dei consilio, per vestra suffragia in hac Apostolica Sede constituti sumus, vos demum hodierno die coram congregatos intueri atque affari Nobis licet. Atque ante omnia volumus personet in hoc consessu desideratissimi decessoris Nostri Benedicti XV praeconium, qui quidem difficillima, si quod aliud, tempore Ecclesiam ita gubernavit, ut non modo bonorum sibi plausum, sed adversariorum quoque ad-

mirationem eonciliaret. Etenim cum homines inter se odiis flagraren^ ipse, suadere pacem perseverans, caritatis suae beneficiis orbem) terrarum replevit. Cuius profecto memoria in benedictione erit, eamque Nos pie sancteque conservabimus, reputantes praesertim quantum ille magnis in rebus fidei Nostrae tribueret. Gravissimum Nos quidem suscepimus onus cum in eius locum successimus ; verum, in multis, quas hoc haud longo spatio experti sumus, molestiis ac difficultatibus, vestra primum et pietas et navitas et prudentia, tum Episcoporum ceterique cleri et christiani populi erga Nos observantia et fides, pluribus egregiisque testata significationibus, mirifico sane solacio Nos affecerunt. Haec ipsa vero ad Nos recreandos etiam posthac praesto Nobis fore confidimus; nam ex hoc Apostolicae dignitatis fastigio universitatem generis humani circumspicientes, ubique cernimus veteres dolorum permanere causas, et eas novis malis cumulatas novisque periculis.

Atque ut hoc in genere graviora attingamus, valde animum Nostrum etiamnunc sollicitant res Palaestinenses, illius terrae, inquimus, quam, fidei nostrae tamquam natale solum, divinus hominum Redemptor suo et sudore multo excoluit et sanguine consecravit. Testes autem vosmet ipsi estis, Venerabiles Fratres, quantum; in tuendis Terrae Sanctae rationibus decessor Noster elaboraverit, cuius studiosae sollicitudinis praeclarum exstat monumentum oratio illa, quam, die xin mensis Iunii anno superiore, in Consistorio habuit. Iamvero cum Nationum Societas proxime, ut audimus, in sollemni conventu de Palaestinae rebus denuo actura sit, decessoris Nostri cum expostulationem tum propositum Nostra facimus, « ut, cum maturitas Palaestinae ordinandae venerit, Ecclesiae catholicae christi anisque universis sua ibi salva et incolumia iura sint ». Quin etiam hoc addimus, velle Nos, pro conscientia apostolici officii, Ecclesiae catholicae ibidem iura - quando ceterorum rationibus tam manifesto praestant - sarta tectaque esse non solum prae hebraeis

atque infidelibus, sed etiam prae acatholicis sectis, cuiusvis illae gentis nationisque sint.

Magnopere etiam, anxios Nos habent alii Orientales populi, quorum condicio, maximis motibus recenter perturbata, incendiis, caedibus vastationibusque ingravescit usque adeo, ut tam egenis ac paene desperatis rebus nemo satis mederi posse videatur. Tantam ut levaremus miseriarum molem, omnia equidem, quae in Nostra potestate essent, studiosissime experti sumus, praetereaque Nostrum in Rumenia Apostolicum! Nuntium misimus Constantinopolim, qui novis Orientalium calamitatibus, quam uberrime posset, opitulantur. Utinam omnia ad iustitiae e,t caritatis legem ibi quam primum componantur, et regiones illae pace ac tranquillitate ordinis aliquando potiantur redeantque ad illam temporum felicitatem, cum et opum abundantia et clarissimorum, hominum sanctitate sapientiaque fiorebant : quod, ceteroqui, haud plene impetraverint, nisi ad Ecclesiae Matris gremium, unde in eos tam late fructuosus communionis atque humanitatis vigor manavit, sese receperint.

At non minore angimur cura si ad Russiarum regiones oculos convertimus, ubi non solumi religiosa civilisque libertas cohibetur, sed etiam miserrimae multitudines contagione atque inedia adhuc intereunt, in iisque potissimum qui innocentiores sunt aut imbecilliores, ut pueri, ut feminae, ut senes. Quodsi nemo, qui humanitatem non exuerit, tam! tristia videndo non doleat, profecto communis populorum Parens penitus debuit commoveri. Nos igitur omnia illa incepta misericordiae plena, quae proximus decessor Nobis persequenda quasi testamento reliquerat, continuavimus, atque adeo, quantum licuit, amplificavimus, quemadmodum auctae necessitates postulabant. Cum vero tam immensae rei facultates non sufficerent Nostrae, catholicos, atque etiam ceteros omnes, semel iterumque appellavimus, et quidem tam felici exitu, ut eorum liberalitas Nobis adhuc fecerit continenter largiundi potestatem. Nostis autem aliquot egregios viros,

missu Nostro, interminatas illas peragrare regiones, ut egenis victum, vestitum, medicamenta suppeditent - idque nullo personarum discrimine et sola dumtaxat necessitatis ratione habita -, memores tamen officiorum, quae *domesticis fidei*, ut Paulus docet, debentur.

Huiusmodi caritatis exercendae rationem profecto, Venerabiles Fratres, veteri more institutoque Romanae Ecclesiae secuti sumus, quam quidem Ecclesiam Ignatius Martyr, in hanc quoque sententiam, *Praesidem caritatis* verissime praedicare potuit] et hanc ipsam laudem sonat Dionysii Corinthiorum Episcopi ad Soterem Pontificem epistula, admirationis plena gratique animi erga Ecclesiam Romanam, propter beneficia gregi suo, maximeque Confessoribus fidei, in summis angustiis amantissime collata. Hic enimvero, de quo loquimur, caritatis principatus principatum consequitur dignitatis et gubernationis ; idemque exsistit in Pontifice Romano ex conscientia ipsa paternitatis universalis, quae, cum a Deo manat, *ex quo omnis paternitas in caelis, et in terra nominatur,* tum a Iesu Christo Pontifici conlata est in Petro iis verbis : *Pasce agnos meos, pasce oves meas;* quae verba ad omnes pertinent, qui vel in grege iam sunt vel ad ipsum destinantur donec *fiat unum ovile et unus Pastor.*

Iamvero, quemadmodum egentioribus filiis opem pro facultate attulimus, sic omnibus conciliare summa contentione studuimus pacis munera ; pacis, inquimus, illius, quae, a decessore Nostro tam ardenter expetita, nondum humano generi illuxit. Quare rerum publicarum legatos, qui Genuam convenerant, rogavimus, attente considerarent, quam magno in discrimine populi omnes versarentur et quae essent tantis remedia adhibenda malis ; christifideles interim hortabamur ut a Principe pacis Christo felicem eius conventus exitum Nobiscum implorarent. Quoniam vero delecti a civitatibus viri ad oeconomicam Europae condicionem ordinandam, quae his postremis mensibus multo est facta deterior, propediem Bruxellas congressuri videntur, eadem Nos invitamenta hor-

tationesque.renovandus. Ceterum huiusmodi conventus publici, quorum iam dudum alter alterum excipit, non est dubitandum quin nullo propemodum fructu habeantur, atque adeo communem populorum exspectationem periculose deeipiant, nisi rerum publicarum rectores inducant aliquando animum iustitiae postulata cum caritatis rationibus componere : quod ipsum, demum, est victoribus aeque ac victis profuturum.

Hoc autem Ecclesiae et Romani Pontificis ministerium! caritatis atque pacis confidimus fore, Venerabiles Fratres, ut consortioni hominum pacandae ac restituendae plurimum conducat. Atque talis exsistat opera Nostra cupimus, qualem catholico orbi navarunt duo proximi decessores Nostri ; quorum alter instaurare omnia in Christo contendit, alter christianam suadere hominibus pacem non cessavit. Quae igitur fuerunt utrique in Pontificatu proposita, ea Nos in unum sic contracta volumus, ut Nostrum tamquam signum[1] hoc sit : *pax Christi in regno Christi.* Sed hac ipsa de re uberius in Encyclicis Litteris, quas ad universos sacrorum Antistites propediem, quasi sollemnes Natalis Domini et ineuntis anni strenas, daturi sumius.

Restat, ut, amplissimum) Ordinem vestrum supplentes, sacrae honorem Purpurae lectissimis viris octo decernamus, qui, animi ingeniique laudibus praestantes, vel in dioecesium gubernatione vel in legationibus vel in officiis Romanae Curiae admodum: se Nobis probavere. Hi sunt :

ACHILLES LOCATELLI, Archiepiscopus tit. Thessalonicensis, Noster in Lusitania Nuntius Apostolicus.

IOANNES BONZANO, Archiepiscopus tit. Melitenensis, Noster in Foederatis Americae Civitatibus Delegatus.

HENRICUS REIG Y CASANOVA, Archiepiscopus Valentinus ad primatialem Sedem Toletanam electus.

ALEXIUS CHAROST, Archiepiscopus Rhedonensis.

EUGENIUS TOSI, Archiepiscopus Mediolanensis.

ARCTURUS STANISLAUS TOUCHET, Episcopus Aurelianensis.

IOSEPHUS MORI, a Secretis Sacrae Congregationis Concilii.

FRANCISCUS EHRLE, sacerdos e Societate Iesu.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

EX ORDINE PRESBYTERORUM

ACHILLEM LOCATELLI.

IOANNEM BONZANO.

HENRICUM REIG Y CASANOVA.

ALEXIUM CHAROST.

EUGENIUM TOSI.

ARCTURUM STANISLAUM TOUCHET.

EX ORDINE DIACONORUM

IOSEPHUM MORI.

FRANCISCUM EHRLE.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris £JJ et Filii et Spiritus £B Sancti. Amen.

III. - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Beatissimus Pater his, quae sequuntur, Ecclesiis proprios Pastores assignavit, nimirum :

Metropolitanae Ecclesiae Perusinae praefecit R. D. Ioannem Baptistam Rosa, Praelatum Domesticum, Sacrae Congregationis Consistorialis Substitutum.

Cathedrali Ecclesiae Pineroliensi, R. P. D. Angelum Bartoiomasi, hactenus Episcopum Tergestinum et Iustinopolitanum.

Cathedrali Ecclesiae Whelingensi, R. P. D. Ioannem Swint, hactenus Episcopum titularem Surensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Aureliopolitanae, R. D. Ioannem de Oliveira Mattos Ferreira, Vicarium generalem dioecesis Aegitaniensis, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Iosephi Alves Mattoso, Episcopi Aegitaniensis.

Cathedrali Ecclesiae Gaspesiensi, R. D. Franciscum Xaverium Ross, Protonotarium Apostolicum ad instar participantium.

Cathedrali Ecclesiae Andriensi, R. D. Alexandrum Macchi, Sanctitatis Suae cubicularium secretum supra numerum.

Cathedrali Ecclesiae Ferentinensi, R. D. Alexandrum Fontana, e clero Urbano.

Cathedrali Ecclesiae Sarsinatensi, R. D. Antonium Scarante, Seminarii Perusini Rectorem.

Cathedralibus Ecclesiis Ampuriensi et Templensi invicem perpetuo unitis, R. D. Albinum Morera, parochum loci « Caresana » dioecesis Vercellensis.

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Huejntlensi in Mexico, R. D. Iosephum Manriquez et Zarate.

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Papantlensi in Mexico, R. **D.** Nicolaum Corona.

Insuper SSmus Dominus Noster alios per Apostolicas sub plumbo Litteras a Decessore Suo Benedicto fel. rec. XV iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS:

Scodrensem, Lazarum Miedia, iam Episcopum Scopiensem.

Marcianopolitanum, Ioannem Bapt. de Guébriant, iam Episcopum tit. Euraeensem.

Nicomediensem, Carolum Cremonesi.

Olindensem et Recifensem, Michaelem de Lima Valverde, iam Episcopum S. Mariae. -

Verissensem, Helvetium Gomez de Oliveira, iam Episcopum S. Ludovici de Maragnano.

Attaliensem, Patricium O' Donnell, iam Episcopum Rapotensem.

EPISCOPOS:

Ovetensem, Ioannem Baptistam Luis Perez, iam Episcopum tit. Dorylensem.

Conchensem, Crucem Laplana et Laguna.

Dorylensem, Michaelem De Jorio, iam Episcopum Castri Maris.

Superiorensem, Iosephum Pinten.

Vallitanum, Lucianum Leonem Lacroix, iam Episcopum Tarantasiensem.

Dionysiopolitanum, Albertum Le Nordez, iam Episcopum Divionensem.

Papianensem, Hyginum Nuti.

Tegeensem, Augustinum Blessing.

Lambasitanum, Ioannem Mariam Blois.

Sebenicensem, Hieronymum Mariam Mileta.

Arindelensem, Raphaelem Canale O berti.

Magni Varadinensem, Valerium Traianum Frentiu, iam Episcopum Lugosiensem.

Lugosiensem, Alexandrum Nicolescu.

Deinde vero sacrorum Antistites quorum sequuntur nomina a Se per Apostolicas pariter sub plumbo Litteras renunciatos, publicavit nimirum :

ARCHIEPISCOPOS:

Mediolanensem, Eugenium Card. Tosi, iam Episcopum Andriensem..

Dramensem, Gulielmum Piani.

Germiensein, Michaelem Sheehan.

Berytensem, Antonium Augustum de Assis, iam Episcopum tit. Diocletianopolitanum.

Glasguensem, Donaldum Mackintosh.

Cobas Hanum,, Iosephum Othonem Nuñez* et Zarate, iam Episcopum Zamorensem in America Sept.

Caesariensem, Vincentium Pulisic, iam Archiepiscopum Iadrensem

Pariensem, Aloisium De Mena.

Vrhbosnensem, Ioannem Saric, iam Episcopum tit. Caesaropoiitanum.

Adanensem, Hermenegildum Pellegrinetti.

Ottaviensem, Iosephum Medardum Emard, iam Episcopum Campivallensem.

Casslopensem, Primum Bianchi, iam Archiepiscopum Dyrrachiensem.

Ptolemaidensem, Caesarem Orsenigo.

Cabasitanum, Honoratum Halle, iam Episcopum tit. Pergamensem.

Cyzicensem, Iosephum Morabito, iam Episcopum Miletensem.

Chersonensem, Ioannem Bedam Cardinale, iam Archiepiscopum Perusinum.

Gangrensem, Hadrianum Smets.

Theodosiensem, Celsum Costantini, iam Episcopum tit. Hieropolitanum.

Chalcidensem, Ioannem Bapt. Fallize. iam Episcopum tit. Elusanum.

Soltaniensem, Albertum Bitter, iam Episcopum tit. Dolichensem.

Thebarum, Angelum Rotta.

Myrensem, Antoninum Zecchini.

Sancti Ludovici de Maragnano, Octavium Pereira de Aibuquerque, iam Episcopum Piahunensem.

Mariannensem, Helvetium Gomez de Oliveira, iam Archiepiscopum tit. Verissensem.

Euchaitensem, lordanum Gijiswijk.

EPISCOPOS:

Siuniensem, Franciscum Mariam Gonzalez.

Eeniensem, Augustinum Giustiniani.

lsiondensem, Emmanuelem Anatolium Chaptal.

Antipyrgensem, Hernienegildum Ricci.

Surensem, Ioannem Swint.

Sancti Augustini, Patricium Barry.

Gamagueyensem, Henricum Perez Serantes.

Centum focensem, Valentinum Zubizarreta et Unamunsaga, iam Episcopum Gamagueyensem.

Sancti Ludovici Potosiensis, Michaelem Mariam De La Mora, iam Episcopum de Zacatecas.

Bosensem, Iacobum Moris.

Privernensem, Setinum et Terracinensem, Salvatorem Baccarini.

Hebronensem, Iordanum Corsini.

Trevirensem, Rodulfum Bornewasser, iam Episcopum tit. Bitanum.

Myriophytensem, Arnoldum Verstraelen.

Squillacensem, Antonium Melomo.

Sacramçntensem, Patricium Keane, iam Episcopum tit. Samaritanum.

Scillitanum, Beniaminum Iosephum Keiley, iam Episcopum Savannensem.

labrudensem, Henricum Friteau.

Tiberiopolitanum, Adalberum Fleischen.

Bubensem et Bituntinum, Placidum Ferniani.

Legionensem, Iulianum Mariam Leventoux.

Paralitanum, Henricum Ioannem Smit.

Zamorensem, Emmanuelem Fulcheri et Pietrasanta, iam Episcopum Cuernavacensem.

Campecorensem, Franciscum Gonzalez.

Cuernavacensem, Franciscum Uranga et Saenz, iam Episcopum tit. Tlousinum.

Castri Maris seu Stabiensem, Hubertum Fiodo, iam Episcopum Bovinensem.

Maxulensem, Leonem Classe.

Mustitanum, Iulianum Gorju.

Besainensem, Vincentium Huarte.

Orcistiensem, Angelum Gouin.

Gravinensem et Montis Pelusii, Ioannem Sanna, iam Episcopum Ampuriensem et Templensem.

Tlousinum, Danielem Rivero.

Augustodunensem, Hyacinthum Ghassagnan, iam Episcopum tit. Modrorum.

Gasertanum, Natalem Gabrielem Moriondo, iam Episcopum tit. Cidyessensem.

Abydensem, Stephanum Faugier.

Siouxormensem, Bernardum Mahoney.

Leptimagnensem, Monaldutium Leopardi.

Sancti Severi, Orontium Lucianum Durante.

Prusensem, Iosephum Marcum Semeria, iam Episcopum Melensem.

Nebensem, Ioannem Rossi.

Caesaropolitanum, Hermanum Straeter.

Mysuriensem, Mauritium Despatures.

Sinaloensem, Augustinum Aguirre Ramos.

Tadamatensem, Firminum Guichard.

Oriolensem seu Aloniensem, Franciscum Xaverium Irastórzá et Loinaz, iam Episcopum tit. Dorensem.

Gerundensem, Gabrielem Llompart et Jaume, iam Episcopum Sancti Christophori de Laguna.

Bytensem, Fridericum Eis, iam Episcopum Marianopolitanus et Marquettensem.

Tricaricensem, Raphaelem Delle Nocche.

Manizalensem, Tiberium Salazar.

Faustinopolitanum, Aloisium Janssens.

Savannensem, Michaelem Keyes.

Spigacensem, Franciscum Gilfillan.

Melensem, Ioachim Arrospide.

Modrorum, Stephanum Rojas, iam Episcopum Garzonensem.

Iaciensem, Fernandum Cento.

Montis Pessulani, Renatum Mignen.

Adadensem, Iacobum Downey.

Huanucensem, Franciscum Ruben Berroa.

Caiacensem, Nicolaum Di Girolamo.

Cephaludensem, Ioannem Puivirenti, iam Episcopum Anglonensem et Tursiensem.

Cynopolitanum, Robertum Doboson.

Guadicensem, Angelum Marquina Corrales, iam Episcopum Cana riensem.

Montis Laurei, Iosephum Eugenium Limoges.

Triventinum, Hieremiam Pascucci.

Pryenensem, Iustum Rivas Fernandez.

Trallianum, Antonium Hernández, iam Episcopum Tabasquensem.

Axiopolitanum, Florianum Stan.

Hieracensem, Ioannem Baptistam Chiappe.

Loriensem, Ioannem Mulier.

Sanctae Mariae, Eusebium Attico.

Goyacensem, Emmanuelem Gomes de Oliveira.

RosJdldensem, iosephum Ludovicum Brems.

Tabasquensem, Paschalem Diaz.

Natalensem, Iosephum Pereira Alves.

Adrahensem, Iosephum Stoffels.

Elusanum, Iosephum Schinzel.

Marianopolitanum et Marquettensem, Paulum Iosephum Nussbaum, iam Episcopum Garasensem.

Palaeopolitanum, Ernestum Coppo.

Denique Beatissimus Pater confirmavit translationem canonice factam R. P. D.. Clementis Michaelis Baccache, iam Episcopi Damasceni Syrorum, ad ***titularem archiepiscopalem Ecclesiam Chalcedonensem Syrorum,*** ratasque se habere dixit provisiones harum Meichitici ritus Ecclesiarum, videlicet:

Titularis archiepiscopalis Ecclesiae Laodicensis, pro R. P. D. Antonio Farag.

Cathedralis Ecclesiae Heliopolitanae, pro R. P. D. Meletio Michaele Abu Assali.

II

Ï. - TRADITIO RUBRI GALERI EMIS CARDINALIBUS

Die 14 decembris 1922, in Palatio Apostolico Vaticano, habitum est ***Consistorium publicum,*** in quo Ssmus Dnus Noster Purpuratorum Patrum pontificalem galerum sollemniter tradidit sex Cardinalibus nuper creatis et publicatis in Consistorio diei 11 decembris 1922, videlicet:

IOANNI BONZANO,

ALEXIO CHAROST,

EUGENIO TOSI,

ARCTURO STANISLAO TOUCHET,

IOSEPHO MORI,

FRANCISCO EHRLE.

Interea, per Advocatum Sacri Consistorii Vincentium Sacconi pro tertia vice perorabatur Causa beatificationis et canonizationis ven. Ludovici a Casoria, Fundatoris Congregationis Fratrum a Caritate, vulgo ***Bigi.***

n. - PROVISIO ECCLESIARUM

Eadem die, in ***Consistorio secreto,*** Beatissimus Pater, postquam, consueto ritu, sex praelaudatis Patribus Cardinalibus os clausisset, alias etiam Ecclesias de proprio singulas pastore providit, nimirum:

Metropolitanae Ecclesiae Toletanae praefecit R. P. D. Henricum S. R. E. Card. Reig et Casanova, iam Archiepiscopum Valentinum.

Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Oxyrynchiensi, R. P. D. Victorem Arrieu, hactenus Episcopum de Plata seu Platensem in Bolivia.

Metropolitanae Ecclesiae Valentinae, R. P. D. Prudentium Melo et Alcalde, iam Episcopum Matritensem et Complutensem.

Cathedralibus Ecclesiis Matritensi et Complutensi invic&m perpetuo unitis, R. P. D. Leopoldum Eijo et Garay, iam Episcopum Victoriensem.

Cathedrali Ecclesiae Victoriensi, R. P. D. Zachariam Martínez et Nuñez, iam Episcopum Oscensem.

Cathedrali Ecclesiae Oscensi, R. P.D. Matthaeum Colom et Can als, hactenus Episcopum tit. Andrapanensem.

Cathedrali Ecclesiae Canariensi, R. D. Michaelem Serra et Sucarraz, Vicarium Generalem Ecclesiae metropolitanae Tarraconensis.

Titulari Episcopali Ecclesiae Dorensi, cui est perpetuo et canonice adnexus Prioratus Quatuor Ordinum militarum in provincia Cluniensi, R. D. Narcissum de Estenaga et Echeverría, Decanum capituli metropolitanae Ecclesiae Toletanae.

III. - TITULI EJVIIS PP. CARDINALIBUS ASSIGNATI

Posthaec os aperuit Beatissimus Pater novis Cardinalibus, quorum singulis assignavit :

IOANNI BONZANO, titulum Sancti Pancratii.

ALEXIO CHAROST, titulum Sanctae Mariae de Victoria.

EUGENIO Tosi, titulum Sancti Martini in Montibus.

ARCTURO STANISLAO TOUCHET, titulum Sanctae Mariae supra Minervam.

IOSEPHO MORI, diaconiam Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

FRANCISCO EHRLE, diaconiam Sancti Caesarei in Palatio.

IV. - POSTULATIO SACRI PALLII

Tum Raphaël Card. Merry del Val, procuratorio nomine et vice Henrici Card. Reig et Casanova, sistens coram SSmo et praestito prius iuramento, institit pro pallio obtinendo Metropolitanae Ecclesiae Toletanae; et post eum pro pallio instituerunt Pastores dati Ecclesiis ***Scodrensi, Olindensi, Vrhbosnensi, Ottaviensi, Sancti Ludovici de Maragnano, Mariannensi, Compsanae, Glasguensi, Valentinae*** et ***Perusinae;*** itemque, ex successione, ***Ravennatensi, Dyrrachiensi, Carthaginiensi, Antequeriensi*** atque, ex privilegio, ***Augustodunensi.***

Quorum postulationibus SSmus Dnus Noster benigne adnuere dignatus est.

MOTU PROPRIO

DE URBANA MUSICAE SACRAE ALTIORE SCHOLA PONTIFICIA CONSTABILIENDA

PIUS PP. XI

Ad musicae sacrae restitutionem, secundum Pii X fel. rec. decessoris Nostri praescripta, itemque statuta in Codice Iuris Canonici ad can. 1264 § **I,** certo efficaciterque diffundendam nulla est dubitatio quin hoc maxime valeat, peritissimos vel cantus Gregoriani vel organi pulsandi vel sacros modos faciendi magistros bene multos informare et fìngere. Hanc ob causam Piano illo *Mota Proprio* die xxn Novembris an. MCMIII edito valde contendebatur, ut ubicumque iam adessent altiores musicorum sacrorum scholae, illae alerentur omni ope atque adiuvarentur, ubi vero deessent, ibi daretur opera ut quamprimum exsisterent. Nimium, enim interesse aiebat Pontifex, ut ipsa Ecclesia suos et praecentores et Organarios et cantores ad germana artis sacrae principia instituendos curaret. Etenim iam diu experiendo cognitum est, quae in publicis academiis tradi solet scientia musicorum, eam quidem ad id quod Ecclesia quaerit, minime sufficere, atque ad cantum Gregorianum) quod attinet, omnino esse imparem.

Itaque Motu Proprio illo promulgato, feliciter factum est ut veteres non solum huius generis scholae reviresce-rent, sed novae etiam apud plures nationes orirentur. In primis vero Societas Italica Caeciliana, votis percupiens obsecundare Pontificis, cum persuasum haberet Institutum huiusmodi si in Urbe, quod caput ac centrum est catholici nominis, conderetur, adiutrice et patrona Sede Apostolica, brevi praeclaros esse allaturum fructus et Ecclesiae Romanoque Pontificatui ornamento futurum, negotium dedit suo ipsius praesidi, doctissimo viro eidemque musicae sacrae re-

statuendae studiosissimo - quem ereptum dolemus - Angelo De Santi S. I. qui altiorem Scholam de musica sacra Romae institueret. Id inceptum magna cum voluptate et approbatione Pius excepit, utpote quod omnino temporibus requiri videretur. Res autem iam inde a principio optime successit, tum ob magistrorum sollertiam, tum etiam ob numerum studiumque alumnorum ex variis gentibus eorumque magna ex parte sacerdotum. Quare in exitu primi anni idem Summus Pontifex datis die iv Novembris anno MCMXI litteris ad Cardinalem Marianum Rampolla del Tindaro, qui eo tempore Societatis Caecilianae patronus erat, eam Scholam expectationi votisque suis egregie respondisse professus est, catholicorum hominum liberalitatem invocans, ut Apostolicae Sedi, angustiis laboranti, suppeditarent, unde hanc ipsam Scholam urbanam constabilire posset atque firmare. Anno dein MCMXIV, per litteras Cardinalis a negotiis publicis eandem Scholam pontificiam appellavit, eique ratam esse iussit facultatem iam factam publica et authentica conferendi diplomata idoneitatis, prolytatus, magisterii in Cantu Gregoriano, itemque magisterii in sacrorum confectione modorum et in organi modulatione.

Nec minorem huic Scholae benignitatem Benedictus XV decessor Noster desideratissimus impertiit. Etenim paucis post diebus quam Summum Pontificatum inierat, cum Cardinalem Caietanum Bisleti Societatis Caecilianae simulque Scholae patronum, atque una Instituti ipsius moderatores coram admisisset, illud testatus est hanc ipsam Scholam in rebus carissimis quae tamquam hereditate a decessore Suo accepisset, se numerare, ob eamque causam omnia rata habere, quae ille pro ea decrevisset, eandemque se omnibus modis adiuturum. Animadvertens igitur incommoda angustaque in sede Scholam constitisse, alio transferendam - quod ipsum Decessor cogitar at - Benedictus curavit, eique in vetustis aedibus ad Sancti Apollinaris amplissimam illam aulam Gregorianam diaetasque contiguas in usum attribuit.

Neque hoc solum, sed multa alia deinceps, dum vixit, dedit ei singularis benevolentiae suae documenta.

Quae cum ita sint, Nos quibus, aeque ac decessoribus Nostris, haec Schola vehementer cordi est, eó consilio ut quae incrementa persequitur, ea certius uberiusque possit assequi, primum omnium approbantes et confirmantes quaecumque iidem decessores Nostri hac in causa decreverunt, Motu proprio ac de Apostolicae potestatis plenitudine; haec statuimus et sancimus :

I. - Urbana Schola altior de Musica Sacra eatenus Pontificia esto ut Apostolicae Sedi proxime subiaceat.

II. - Scholae Patronus esto unus e S. R. E. Cardinalibus, qui eam in sua dicione et potestate habeat.

III. - Praeses, ab Apostolica Sede ex alterutro Clero electus, Scholam gubernabat. Attamen Academico Collegio licebit significare, quis huic muneri praeficiendus videatur. In Scholae gubernatione doctores decuriales Praesidi assideant, ex quibus omnibus constabit Collegium! Academicum, cuius erit cursum studiorum dirigere disciplinaeque vigilare.

IV. - Doctores decuriales a Cardinali Patrono, Consilii Academici rogatu, eligentur.

V. - Cardinali Patrono una cum Praeside et decuria doctorum ius esto academicos gradus conferendi tum *Prolytatus*, tum *Doctoratus* seu *Magisterii* in cantu Gregoriano, in sacris modis conficiendis et in organo modulando iis candidatis, qui quidem periculum doctrinae suae voce scriptoque feliciter obierint. Liceat tamen, doctrinae periclitatione remissa, conferre Magisterii gradum vel ob titulos idoneos ex quibus de candidati doctrina constare possit, vel honoris causa ob merita prorsus singularia et illustria.

VI. - Scholae huius proprium esto et cantus Gregoriani peritiam et sacros modos componendi artem - propositis praesertim magnis illis auctoribus polyphoniae qui saec. XVI floruerunt - et organi modulandi studium provehere.

VIP. - Quicquid Pii X Motu proprio de Musica Sacra constitutum est, sanctissimae legis instar in omnibus huius Scholae disciplinis observetur.

VIII. - Omnia Scholae institutionum genera cantus Gregoriani studio, tamquam fundamento, nitantur. Quapropter nemo in alia quavis disciplina aliquem academicum gradum poterit attingere, nisi qui in cantu Gregoriano iam prolyta sit renuntiatus.

IX. - Clericis cuiusvis nationis eisque ex utroque clero Schola pateat. Attamen laicos quoque liceat admittere.

X. - Scholae rationibus administrandis consilium adsit, compositum, ex praeside aliisque viris quatuor, quorum duo a Cardinali Patrono, duo a Collegio Academico electi sint.

XI. - De Scholae et ordinatione studiorum et rerum administratione deque honore unicuique doctorum decurialium habendo, proprias leges Cardinalis Patronus condendas curabit.

Quaecumque vero his Litteris constituta sunt, ea Nos rata et firma in perpetuum esse volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxn Novembris, in festo S. Caeciliae Virginis Martyris, anno MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI

EPISTOLA APOSTOLICA

AD R. P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI, PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU, TERTIO SAECULO EXEUNTE AB IGNATIO LOYOLEO ET FRANCISCO XAVERIO IN SANCTORUM NUMERUM ADSCRIPTIS.

PIUS PP. XI

DILECTE FILI

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Mediantibus Nobis in hoc limine Summi Pontificatus, quemadmodum Ecclesiae Sanctae et domi meliorem statum et foris bona incrementa quaerere possimus, quae sunt officiorum Nostrorum tamquam capita, auspicato contingit ut, cum aliorum Sanctorum, tum vero Ignatii Loy olei et Francisci Xaverii memoria, tertio revoluto saeculo postquam caelestes eis honores decreti sunt, magna cum celebritate renovetur. Alter enim divino munere auxiliator Sponsae Christi datus est, novum quoddam aetatis initium ordienti, quo in medium rerum certamen atque discrimen vocabatur ; alter in Evangelii luce operose et impigre diffundenda tot tantisque Spiritus Sancti charismatibus ornatus exstitit, ut eius virtutis eiusque studii videri posset heres, quibus primi illi Apostoli praestiterunt.

Iamvero nec periculosum tempus in quo Ecclesiae adfuit Ignatius finem adhuc cepit, cum ex ea radice haec fere omnia mala effloruerint ; et Iesu Christi Evangelio hodie, si unquam alias, « ostium apertum est magnum et evidens »,[1] qua praesertim parte Xaverius elaboravit. Itaque visum est Nobis, dilecte fili, non solum tui Ordinis, sed communi etiam causa proposita, de Legiferi Patris tui deque maximi eius alumni laudibus has ad te dare Litteras ; siquidem valde interest, ut et illius institutis magis magisque christianum nomen floreat, et huius auspicio christiani nominis propagatio revirescat.

[1] **I** *Gor.,* XVI, 9.

Hoc est quidem commune omnibus quicumque sanctitatis laudem ex Ecclesiae auctoritate obtinent, in omni virtutum genere excellere ; sed tamen, quemadmodum *stella a stella differt in claritate,* [1] sic homines Sancti, ex eo quod alii in alia virtute singulariter eminent, mirabili quadam inter se varietate distinguuntur. Ita si Ignatii vitam intueamur, admirationem ante omnia movet illa viri magnanimitas maiorem Dei gloriam avidissime anquirentis ; qui, cum satis non haberet ipse in omnibus sacri ministerii partibus versari, omniaque christianae beneficentiae officia complecti ob salutem animarum, socios quoque sibi comparavit promptos et alacres, expeditissimae militiae instar, ad regnum Dei apud christianos barbarosque amplificandum. Sed qui rem penitus perscrutetur, facile reperiet insignem in Ignatio fuisse obedientiae spiritum, eique tamquam proprium munus assignatum a Deo, ut ad hanc ipsam virtutem maiore studio colendam homines adduceret.

Etenim, ut vulgo notum est quae in tempora Ignatius inciderit, ita non est obscurum, quibus per eam; turbulentissimam tempestatemi afflicta est Ecclesia malis, eorum omnium hoc fuisse caput, quod homines magnam partem obedienter servire Deo abnuerent. Principes ad hanc servitutem officii recusandam ii quidem exstitere, qui fidei divinae regulam privato uniuscuiusque iudicio attribuentes, contumaciter Ecclesiae catholicae auctoritatem repudiarunt. Verum praeter istos nimis multi aderant qui, si non professione, at re abiecisse Christi Dei viderentur obsequium, quique gentilium[1] more potius quam christianorum viverent, tamquam si, humanitatis et litterarum studiis renatis, simul veteris superstitionis aliquid revixisset. Quin etiam affirmare licet, nisi effrenata quaedam' sentiendi vivendique licentia, quasi pestiferum virus, societatem christianam latissime infecisset, non sane futurum fuisse ut ex Ecclesiae corpore illa Nbvatorum haeresis erumperet. Itaque cum in plebe fide-

[1] I *Cor.,* xv, 41.

lium non solum, sed in sacro ipso ordine divinarum legum verecundia fere desideraretur seduloque a Novatoribus concitata gentes non paucas, in quibus videlicet laxiora facta essent officiorum vincula, a materno Ecclesiae complexu divellerete una erat omnium bonorum vox et supplicatio ad divinum Ecclesiae Conditor em, ut Sponsae suae tam necessario tempore, promissorum memor, subveniret.

Subvenit enimvero, ubi maturum ei visum est, admodum mirifice Tridentini celebratione Concilii. Praeterea in Ecclesiae solatium praeclara illa virtutum omnium specimina excitavit, Carolum Borromaeum, Caietanum! Thieinaeum, Antonium Zaceariam, Philippum Nerium, Theresiam aliosque, qui et sanctitatis in Ecclesia catholica perennitatem sua ipsorum vita testarentur, et impietatem perversitatemque morum tam late fusam cum voce, tum scriptis, tum exemplis coercerent. Plurimum quidem hi omnes utilissimeque elaborarunt ; verum occulta maiorum origo ipsa erat ab imis radicibus evellenda: atque huic aggrediendae rei in primis videtur fuisse divino consilio destinatus Ignatius.

Nam in primis ea fuit indole, quam egregie factam dixeris ut ad imperandum, ita ad parendum ; eandemque, iam inde a puero, militari disciplina roboravit. Animum igitur cum gereret, natura et institutione sic conformiatum, simul ac, superno illustratus lumine, cognovit sese ad Dei gloriam, animarum salute, promovendam evocari, mirum est quanto cum impetu et voluntate in Regis caelorum castra concesserit. Itaque, eo consilio ut novam militiam rite auspicaretur, totam noctem, ad aram Virginis pervigilavit in armis, paulloque post in illo Minorissano recessu, quemadmodum sibi essent praelia Domini praelianda, ab ipsa Deipara didicit, cuius tamquam ex manibus illum accepit absolutissimum legum codicem - sic enim appellare vere possumus - quo quisque bonus miles Christi Iesu utatur oportet. *Exercitia Spiritualia* dicimus, qualia feruntur caelitus Ignatio tradita ; non quod cetera generis eiusdem ab aliis usitata parvi fa-

cienda sint ; sed in his quae secundum Ignatianam rationem frequentantur, adeo sapienter disposita sunt omnia, adeo inter se arcte cohaerent, ut, modo divinae gratiae quis non refragetur, radicitus hominem quasi renovent, pleneque reddant divinae obsequentem auctoritati. Hac igitur via cum se ad agendum comparasset Ignatius, eadem, quos sibi adiunxerat, socios curavit excolendos, cum eos vellet Deo et Dei Vicario, Romano Pontifici, obedientes in exemplum, et hanc virtutem prae se ferre tamquam insignitam notam suae Societatis. Itaque non solum sanxit, ut hoc sui solemne haberent, huiusmodi Exercitiis potissime spiritus fervorem alere, sed etiam' hoc ipso instrumento eos in omne tempus armavit, quo ad hominum voluntates ab Ecclesia abalienatae revocandas, easque totas sub Christi potestatem redigendas uterentur.

Testis enimvero historia est, ipsis Ecclesiae hostibus haud inficiantibus, orbem catholicum, peropportuno per Ignatium subsidio communitum, celeriter respirare coepisse, cum facile non sit commemorare, quae et quanta in omni genere Societas Iesu, Ignatio auctore et duce, pro Dei gloria gesserit. Cerneres impigros sodales contumaciam haereticorum victores retundere ; emendationi corruptorum morum, ubique studere ; collabefactam clericorum disciplinam restituere ; ad ipsum christianae perfectionis culmen complures perducere ; praeterea multos esse in iuventute ad pietatem instituenda bonisque artibus erudienda, nimirum in spem christianae vere posteritatis ; interim vero infidelibus ad fidem traducendis egregiam dare operam^ ut imperium Iesu Christi novis accessionibus propagarent.

Haec omnia Nos libentissime scribendo attigimus, non solum quia documento sunt divinae erga Ecclesiam benignitatis, sed etiam quia magnam opportunitatem habere videntur ad misera tempora in quibus ad hanc Apostolicam Sedem evecti sumus. Etenim si mala quibus humanum genus hodie laborat, ultima ab origine repetantur, omnia profecto pro-

venisse dicenda sunt ex ea, quam induxere Novatores a divina Ecclesiae auctoritate defectionem, quae quidem cum magnum incrementum saeculo xvin in illa rerum omnium perturbatione acceperit, qua tam arroganter iura hominis asserta sunt, ad extrema nunc consectaria deducitur. Videmus humanae rationis facultatem insolentius efferri ; quidquid hominis vires captumve excedere vel naturae ambitu non contineri videatur, contemni ac repudiari ; ipsa Dei iura sacrosancta, publice privatim, nihil pensi haberi ; sublato autem omnis potestatis principio ac fonte, qui Deus est, natura consequitur ut iam nulla sit humana potestas cuius sanctum nomen aut auctoritas habeatur. Itaque divina Ecclesiae auctoritate despecta, brevi civilis imperii fundamenta nutare visa sunt et corruere, quandoquidem, invalescente cupiditatum audacia et insania, leges consortionis humanae impune omnes perverti consueverunt.

Atqui societatis humanae tam profligatis tamque perditis rebus praesens aliquod adhiberi remedium' - quod omnes boni sentiunt oportere - minime potest, nisi vulgo obsequium in Deum eiusque voluntati obtemperatio restituatur. Per innumerabiles enim temporum rerumque vicissitudines manet primum et maximum hominibus officium esse summo rerum omnium Conditori et Conservatori et arbitrio obedienter obsequi ; quo ab officio quotiescumque discesserint, miature eis resipiscendum, si velint perturbatum funditus redintegrare ordinem et ab omnium miseriarum, unde oppressi sint, colluvie liberari. Ceterum hac una re vitae christianae continetur summa ; quod quidem significare videtur Paulus Apostolus, ubi vitam ipsam divini hominum Reparatoris sic paucis mirabiliter complectitur : *Hurniliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem^ mortem autem crucis.* [1] *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita et per unius obeditionem iusti constituentur multi.*[2]

[1] ***Phil.,*** **II, 8.**

[2] ***Rom.,*** V, 19.

Iam vero hunc hominum reditum ad obedientiam Exercitia Spiritualia mirifice adiuvant, quippe quae, praecipue si Ignatiano instituto fiant, perfectam divinae legi obtemperationem, aeternis Fidei naturaeque principiis innixam, certissime suadeant. Quapropter, optantes ut eorum usus latius in dies diffundatur, Nos, exemplum! quoque complurium decessorum Nostrorum secuti, non solum Constitutione Apostolica *Summorum Pontificum* ea denuo Christi fidelibus commendavimus, sed etiam S'. Ignatium a Loyola omnium Exercitiorum Spiritualium caelestem Patronum iussimus. Quamquam enim' non desunt, ut diximus, aliae Exercitiorum habendorum viae, certum tamen est Ignatianam in eis excellere, ac, maxime ob exploratioremt spem quam facit solidae mansuraeque utilitatis, uberiore Sedis Apostolicae approbatione florere. Hoc igitur sanctitatis instrumentum si christifidelium plerique diligenter adhibeant, iam confidere liceat brevi futurum, ut, intemperatae libertatis cupidine cohibita et restituta officii cum conscientia tum observantia, tandem humana societas exoptatae pacis munere potiatur.

Quae hactenus memorata sunt, ad intestinum **ac** domesticum christiani nominis commodum proprie pertinent. Illa ad exterum ipsius incrementum, quae de Francisco Xaverio placet breviter perstringere' : quamquam) eadem **cumi** eo, quod laudavimjus, Ignatii instituto sunt coniunctissima. Etenim Xaverium cum totum humanae gloriae levitatibus deditum invenisset, adeo disciplina sua immutavit Ignatius, ut eum celerrime extremo Orienti strenuum Evangelii praeconem atque adeo Apostolum dederit. Quae mirifica viri immutatio iure est Exercitiorum virtuti tribuenda. Nam si immensos terra marique tractus haud semel is peragravit, si primus Christi nomen in laponiam invexit, quam merito martyrum insulam quis appellet, si immania pericula obivit incredibilesque labores exantlavit, si innumerabilia hominum capita sacro baptismatis fonte lustravit, si praeterea

infinita omne genus portenta edidit, haec omnia Franciscus *ipse patri animae suae,* ut aiebat, Ignatio, post Deum, in suis epistolis referebat accepta, a quo ad Iesu Christi et cognitionem et amorem in sacro Exercitiorumi secessu penitus imbutus fuisset. Atque hic enimvero extollenda, benignitas est ac sapientia Dei providentis, qui, quo tempore Ecclesia, cum vehementer sollicitaretur domi, ingentes populorum iacturas foris faciebat, hac una re, scilicet Exercitiorum ope, duplex ei praesidium peperit maximae opportunitatis, id est simul cum domesticae disciplinae reparatore, eum qui, exteras nationes ad Christi fidem adiungendo, Ecclesiae ipsius detrimenta resarciret. Qui quidem, primus ex tanto intervallo, Apostolorum! exemplum renovare visus est ; siquidem et barbarorum gentes non paucas cum ipse sudore multo excoluisset suisque eximiis virtutibus ad pietatem excitasset, rem christianam! in eis egregie fundavit, et regiones amplissimas, quae christiano nomini ex omni aditu clausae essent, nostris Missionalibus patefecit. Is autem spiritus sui, ut par erat, suos in primis sodales reliquit heredes; quos equidem novimus numquam) ad hanc diem ab eius virtute degenerasse, sed semper eiusmodi hereditatem studiose custodisse. Sed Francisci Xaverii memoria et recordatio ceteris quoque Evangelii praeconibus perpetuo fuit hortamento ; adeo ut is, huius Apostolicae Sedis solemni decreto, Operis a *Propagatione Fidei* caelestis Patronus sit renuntiatus.

Haec autem aetas in eo etiam habet cum, Xaverii aetate similitudinem, quod avita fides, a multis nostrorum hominum superbo quodam fastidio repulsa, ad alias nationes, quae eam sitienter appetunt, migrare velle iam! videtur. Etenim ex Missionalium litteris intelligere saepe solemus, in dissitis Africae Asiaeque regionibus evangelicam, segetem prope iam albescere ad messem, qua quidem Ecclesiae per Europam' damna reparentur. Accedit, ut multo alacriores quam antea fideles se praebeant ad Evangelii propaga-

tionemi pr omo vendami. Nos igitur huiusmodi studium, divinae certe gratiae instinctu excitatum, valde cupimus usquequaque, Xaverii et exemplo et patrocinio adhibito, inflammari, ut exoratus *Dominus messis mittat operarios in messem suam;* eosque optimus quisque christianorum suis et precibus adiuvet nec opibus destituât,

Quare vos, dilecti filii, quotquot estis e Societate Iesu, universos hortamur ut solemnem memoriam Parentis Legiferi natuque maximi Fratris vestri recolentes, eorum exemplo, institutum, vestrum:, ab hac Apostolica Sede egregiis subinde laudibus affectum, novis in Ecclesiam promeritis continenter augere pergatis. Ac duplicem fructum praesertim ex ista solemnitate percipiatis volumus. Primum ut Exercitia Spiritualia in vestram et in aliorum utilitatem quotidie magis studeatis convertere. Scimus in hoc genere vos instituisse, et felicissime quidem, pro opificibus praecipua quadam sedulitate laborare; optabile est ut in ceteris omnibus societatis humanae ordinibus pari cum felicitate laboretis Alterum est de Missionibus catholicis provehendis. Quamquam enim Nos non fugit vestra in hoc diligentia et industria prorsus singularis - namque ad duo millia novimus numerari ex vobis, qui quadraginta fere in Missiones distributi, apud infideles versentur - tamen rogamus enixe Deum ut praeclarum istud in vobis acuat magis magisque studium ac foveat.

Quae omnia ut ad maiorem Dei gloriam, ad Ecclesiae sanctae emolumentum, ad animarum salutem vertant, auspicem divinorum munerum, itemque paternae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, atque omnibus, te Praeposito, Societatis Iesu sodalibus amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die III mensis decembris, in festo S. Francisci Xaverii, anno MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.

. PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

ERIGITUR APOSTOLICA DELEGATIO IN SINIS

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Late iam per SinenSem regionem christiano nomine propagato, plurimis inibi vicariatibus ac praefecturis apostolicis rite constitutis, Nos gentibus illis dilectionem Nostram et qua urgemur in eas caritatem clarius exhibere cupientes, sacrorum quoque Antistitum, qui illis in partibus pastorale munus exercent, votis ultro annuentes, novam in Sinis Apostolicam Delegationem ad christianae religionis tutamen et decus statuimus constituendam. Hanc autem in sententiam venimus hoc ducti consilio, nimirum ut uberius paternae sollicitudinis iidem populi beneficia persentiant atque Praesules arctioribus inter se vinculis coniuncti Missiones suas gubernent, atque etiam in amplissima Sinensi regione, sicut iam passim in aliis locis, ex Delegationis Apostolicae institutione nova et quidem potiora christiana res suscipiat incrementa. Quae cum ita sint, conlatis consiliis cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento et sedulo studio perpensis, "motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, Apostolicam Delegationem in Sinis constituimus atque erigimus. Volumus autem ut haec Delegatio Apostolica curas suas extendat ad quinque ecclesiasticas regiones Sinenses cum suis insulis, excepta dumtaxat praefectura apostolica insulae Formosae.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix augusti anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLAE

I

AD B. P. D. ANDREAM CARON, ARCHIEPISCOPUM TIT. CHALCEDONENSEM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII SUI NATALEM CELEBRATURUM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum annos tu proxime **L** completurus sis ex quo primum Deo lita visti, cum tua in Nos pietas tum Nostra erga te voluntas omnino postulant ut de hoc fausto eventu vehementer tibi gratulemur. Perpetuum enim cursum tui muneris respicientibus, placet sane Nobis tuum honestare studium animarum, tum professionem fidei in populo excitando, tum caritatem exercendo, tum denique in praedicatione divini verbi desudando. Fruare igitur tam laeto eventu, in exspectatione quidem caelestis illius praemii quo iustus remunerator Deus te donabit. Nos vero significationibus amoris tuorum quasi praeeuntes id valde a Deo tibi precamur, ut in annos plurimos, meritorum similiter plenos, te sospitare benigne velit. Ac caelestium conciliatrix munerum simulque benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio quam tibi, venerabilis frater, tuisque omnibus effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv iulii **MCMXXII**, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

II

AD BMOS PATRES ADOLFUM CARD. BERTRAM, EPISCOPUM VRATISL A VIENS EM, MICHAELEM CARD. DE FAULHABER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM, CAROLUM IOSEPHUM CARD. SCHULTE, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, ET AD RR. PP. DD. GERMANIAE ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS.' OBSEQUIOSIS LITTERIS RESPONDET EX ANNUO CONVENTU AD S. BONIFACII DATIS.

Dilecti filii Nostri, venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem.— Quae, annuum Fuldae episcopalem coetum ineuntes, reverentiae ac pietatis officia Iesu Christi Vicario per communes litteras

praestitistis, ea nobis sane pergrata acciderunt; neque minus Nos iucunde affecit quod referebatis, in hac tam praeclara amoris significatione omnes vobiscum cohaerere Germaniae catholicos viros, quos probata fidei integritas ac praeteritorum memoria beneficiorum efficiunt cum Apostolica Sede coniunctissimos. Qui vero sit animus in vos Noster, coniicere iure optimo ex iis potestis quae ad dilectos filios scripsimus, Monachii, rei catholicae causa, congregatos: Praesules enim et christifideles Germaniae cogitatione et benevolentia adeo complectimur, ut aerumnas, quibus conflictamini, et omnino habeamus perspectas et, pro paterna in vos miseratione, vobiscum una doleamus. Id quidem postulat, qua vehementer incendimur, apostolicae caritatis flamma, quae iubet ipsa ut illud Pauli Nostrum faciamus: ***Quis infirmatur et ego non infirmor, quis scandalizatur et ego non uror?*** Pro explorato igitur habetote, operatu vobis Nostram, quemadmodum antehac navavimus, ita numquam esse in posterum defuturam, ut, quantum licebit, remedium ac levamentum angoribus vestris afferamus. Qua in tanta rerum asperitate fore utique confidimus, ut fideles, quibus sapienter praeestis, vestris non modo tranquillitatis pacisque studiis faveant atque obsecundent, sed etiam sic se miserenti Deo totos devoveant calamitatesque offerant, quibus premuntur, communia ut optata tandem aliquando impetrent. Interea genti vestrae omne genus solacia a benignissimo Deo precati, horum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecti filii Nostri, venerabiles fratres, universoque clero et populo vobis concredito, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvm mensis septembris anno **MCMXXII**, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. PHILIPPUM RINALDI, PIAE SOCIETATIS SALESIANAE RECTOREM MAIOREM, EUMDEMQUE PRAESIDEM PRIMI CONVENTUS NATIONIS ITALICAE AD SSMI CORDIS IES,U CULTUM PROVEHENDUM.

Diletto figlio, salute ed apostolica benedizione. — La devozione profonda che nutrimmo fino dai primi anni della Nostra vita al Cuore Sacratissimo di Gesù, centro di amore eterno ed infinito, e sorgente viva di

ogni consolazione per la misera discendenza di Adamo, non poteva lasciarci indifferenti all'annunzio che la Pia Società Salesiana del Venerabile Don Giovanni Bosco, nella propizia circostanza della solenne inaugurazione del nuovo tempio salesiano dedicato al Sacro Cuore, in Casale Monferrato, ha indetto il primo Congresso nazionale in onore del Cuore Sacratissimo di Gesù, nella medesima città. A tale annunzio pertanto ha esultato di santa letizia l'animo Nostro, e ben volentieri abbiamo preso visione del programma del Congresso, riconoscendo l'opportunità e l'importanza dei temi che saranno svolti durante il medesimo. D'altra parte il ben noto zelo dei figli di Don Bosco, promotori del convegno, e le alte personalità che ne costituiscono la presidenza onoraria ed effettiva, Ci permettono di pregustarne fin d'ora la gioia di un esito felicissimo, dal quale molto Ci attendiamo per il bene delle anime ed a vantaggio dell'umana società. Fra i primi risultati di questa solenne celebrazione sia il ritorno dell'umanità traviata al Cuore dolcissimo di Gesù, esempio di mitezza, di mansuetudine e di amore. E questo il principale voto dell'animo Nostro, giacché siamo profondamente convinti che ispirandosi gli uomini a questo divino esemplare, cesseranno ben presto le cause delle presenti ostilità che tingono le città di sangue fraterno, e si inizierà la tanto sospirata èra di tranquillità e di pace universale. Voglia il buon Gesù esaudire la preghiera che a tal fine gli rivolgiamo incessantemente, e conceda nella sua grande misericordia che i lavori del prossimo Congresso valgano ad orientare tutti gli animi verso il suo Cuore Sacratissimo, il quale va ripetendo ognora con amore infinito: ***Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.*** Intanto in auspicio dei celesti lumi ed in contrassegno di paterno affetto impartiamo con effusione di animo l'apostolica benedizione a te, diletto figlio, come a tutti i tuoi zelanti collaboratori, ed in primo luogo al diletto figlio Nostro il signor Cardinale Richelmy, Arcivescovo di Torino, ed ai venerabile Nostro fratello Albino Pella,, Vescovo di Casale, Presidenti onorari, nonché agli altri Vescovi che prenderanno parte a questa dimostrazione di fede e di amore, ai membri del Comitato organizzatore, ai singoli Congressisti ed a tutti coloro che hanno contribuito o contribuiranno in qualsivoglia maniera al buon esito del Congresso, a glorificazione del Cuore dolcissimo di Gesù ed a vantaggio delle anime redente dal suo preziosissimo Sangue.

Dal Vaticano, li 10 ottobre 1922.

PIUS PP. XI

IV

AD R. P. ELIAM MAGENNIS, PRIOREM GENERALEM CARMELITARUM ANTIQUAE OBSERVANTIAE.* DE COETU TERTII ORDINIS CARMELITARUM IN URBE SANCTI SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII HABENDO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Pastorum Princeps Iesus Christus, cuius nutu atque auctoritate catholicae Ecclesiae gubernacula suscepimus, iam quae Nobis, in tam aspero rerum humanarum cursu, curae ac sollicitudines ex apostolico munere incumbunt, eas, qua est praecipua in Vicarium suum benignitate, haud mediocribus laxat identidem temperatque solaciis. Quo in numero illud merito putamus, quod nuper, dilecte fili, ex litteris hausimus tuis, quibus nuntiabas, die quarto mensis decembris, hoc anno, in urbem Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, Brasiliae principem, Tertiarios Carmelitas, patrono venerabili fratre Archiepiscopo tit. Pharsalensi, conventuros esse, ad commemorandum cum centesimum annum ex quo populus Brasiliensis se in libertatem vindicavit, tum plenum sextum saeculum postquam privilegium, quod Sabbatinum vocant, evulgari coepit. Atque satis profecto erat causae, cur eiusmodi nuntio vehementer delectaremur. Cum enim actuosa Carmelitarum opera, qui inde a saeculo xvi rem catholicam in Brasilia provehunt, Tertius Ordo vester, dilecte fili, per immensas illas regiones sit late propagatis, atque ita propagetur adhuc, ut bene multi, iique sane optimi, Episcopi ac sacerdotes e gremio sint; cumque idem tam incensa flagret caritate, ut nosocomia aegrotis curandis ludosque pueris recte educendis magno numero excitaverit sumptibusque tueatur suis; Nobis videmur iure coniicere posse ac confidere, futurum, ut ex hac prima sodalium congressione, aucto animorum ardore, intra Ecclesiae adeoque rei publicae Brasiliensis venas nova vigoris ac veluti sanguinis copia auspicato efiluat. Verumtamen placet, si quidem sodales e Tertio Ordine vestro notationibus stimulisque indigent Nostris, nonnulla breviter significare, in quibus cupimus optamusque ut eorum studium ac sollertia versetur atque exerceatur. Atque illud in primis volumus efficiant, ut ne sua in proximos caritas unquam defervescat, immo etiam ut acrius aestuet et ad maiora nitatur; perpendant vero oportet se id nullo pacto assecuturos, nisi interiore Dei caritate eandem informarint atque aluerint. Sodales igitur accurate Tertii Ordinis leges religioseque servent, ad earum normam

vitae suae institutum exigentes; id enim si fecerint, ardentiorem in dies divini amoris ignem concipient, et, Christi spiritu imbuti ceterisque sanctimoniae exemplo praeeuntes, talia in cives suos congerent beneficia, unde pateat, quid homo possit, cuius animus gratia Dei regatur et ad omne opus bonum excitetur. Opera autem sibi fovenda proponant, praeter alia, duo, quorum utrumque perfectam redolet animarum caritatem. Exploratum enim habemus, religiosos viros, quibus, dilecte fili, digne praees, Brasiliani passim, quantum in se est, peragrare, ut fideles, divini verbi praedicatione, ad aeternae salutis cogitationem curamque revocent; neque ignoramus, uti fere ubique gentium, sic, vel maxime, per eas regiones evangélicos operarios desiderari. Itaque priores Tertiariorum partes sunto, ut, pro sua in Virginem a Carmelo veneratione, pro caritate patria, missionibus primi Carmelitarum Ordinis subvenire ac prodesse omni ope studeant, itemque, postquam precibus apud ***Dominum messis*** instissterint ***ut mittat operarios in-messem suam,*** adulescentes, quos noverint ad sacerdotium vel ad religiosam vitam vocari, curis omne genus et conrogata undique stipe ad sanctum propositum peragendum adiuvent. Quo in genere nihil debet Tertiariis antiquius esse, quam incrementis consulere Ordinis vestri, qui, tot virorum sanctitate inlustris, eo spectat, ut ubique terrarum celsissimam caelestis Matris dignitatem ac singularia merita praedicet atque efferat, cuius munificam erga filios suos benignitatem saecularibus Sabbatini privilegii sollemnibus recolitis. Conveniant igitur fausto omine Tertiarii Carmelitae in coetum mense decembri habendum, conlatisque consiliis, in iis sententiis consistant, quibus ad effectum deductis, fidelium in Deiparam a Carmelo pietas revirescat et Sodalitas ipsa per totam Brasiliae rempublicam, cum maximo animarum emolumento, mirifice augeatur. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, universo, quem moderaris, Ordini et Tertiariis qui in Fluminensem urbem sunt proxime congressui, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvin octobris MCMXXII", Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

Y

AD R. **P. D. IOSEPHUM SGHREMBS, EPISCOPUM CLEVELANDENSEM: SEPTUAGESIMO QUINTO EXEUNTE ANNO EX QUO DIOECESIS EADEM CONDITA EST.**

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Laetum sane nuncium abs te dudum accepimus, proxime scilicet annum expletum iri quintum et septuagesimum ex quo dioecesis Clevelandensis auspicato condita est. Profecto demirari licet quam brevi istic res catholica creverit in immensum, idque praecipue, post Deum, ob praeclaram Episcoporum clerique diligentiam. Itaque, magnas Deo grates vobiscum agentes, quod opportuna sua ope, hoc toto tempore, sacris pastoribus adfuit, equidem gratulamur vobis vehementer de hac eventi faustitate cum quo tanta coniungitur sanctarum rerum memoria, ac felix Ecclesiae matris incrementum. Nosmetipsi publicis istis laetitiae significationibus quodam modo praeesse volumus, has litteras dilectis Clevelandiae filiis mittendo, peculiarem Nostram erga eos benevolentiam testificantes. Ac Deum valde precamur ut cotidie magis ista ecclesia recte factorum laude floreat; quod certe continget si Clevelandenses eo pietatis studio ac professione virtutis nitere pergant, quibus ipsorum maiores in exemplum praefulserunt. Quo autem celebratio rei augustior fiat simulque cedat in fructum animarum, libenter tibi damus ut, cum volueris, sollemni sacro perfunctus, nomine Nostro adstantibus benedicas, Plenariam eisdem Indulgentiam proponens, usitatis videlicet conditionibus lucrandam. Ac caelestium donorum praenuntians tibi, venerabilis frater, cunctoque clero ac populo vigilantiae tuae credito, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx octobris **MCMXXII,** Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

LUBLINENSIS-PODLAGHIENSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Fideles pagi ***Krasne,*** pertinentes ad paroeciam ***Ostrów*** et ad dioecesim Podlachiensem, cum longe distent à propria ecclesia paroeciali, per Ordinarium Lublinensem, consentiente Rmo Episcopo Podlachiensi, efflagitarunt ab Apostolica Sede, ut aggregarentur ad ecclesiam parochialem quam primum erigendam in loco ***Rogamo,*** dioecesis Lublinensis, a qua haud procul absunt.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI, preces benigne excipiens, statuit, vi praesentis decreti consistorialis, ut pagus ***Krasne*** a paroecia ***Ostrów*** et a dioecesi Podlachiensi separetur, atque erigendae ecclesiae paroeciali loci ***Rogómo,*** in dioecesi Lublinensi, perpetuo uniatur, et dioecesani fines hac pariter ratione immutentur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputavit R. P. D. Marianum Leonem Fulman, Episcopum Lublinensem, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum : facto onere intra sex menses mittendi ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 30 octobris 1922.

£ß C. **CARD. DE LAI**, Ep. Sabinen., ***Secretarius.***

L. ffi S.

Aloisius Sincero, ***Adsessor.***

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

27 octobris 1922. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Ludovici de Maragnano praefecit R. P. D. Octavianum Pereira de Albuquerque, hactenus Episcopum Piahunensem.

— Cathedrali Ecclesiae Goyasensi, R. D. Emmanuelem Gomez de Oliveira, e Pia Societate Salesiana ven. Ioannis Bosco.

— Cathedrali Ecclesiae Natalensi, R. D. Iosephum Pereira Alves, Protonotarium Apostolicum, primam dignitatem obtinentem in metropolitana ecclesia Olindensi-Recifensi.

— Cathedrali Ecclesiae Sanctae Mariae, R. D. Eusebium Attico, presbyterum ex archidioecesi Sancti Salvatoris in Brasilia.

11 novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Adrahensi, R. D. Iosephum Stoffels, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iosephi Caroli Card. Schulte, Archiepiscopi Coloniensis.

lá novembris, — Titulari episcopali Ecclesiae Elusanae, R. D. Iosephum Schinzel, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Antonii Cyrilli Stojan, Archiepiscopi Olomucensis.

25 novembris. **—** Cathedrali Ecclesiae Marianopolitanae et Marquettensi, R. P. **Di** Paulum Iosephum Henricum Nussbaum, hactenus Episcopum tit. Gerasensem.

1 decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Palaeopolitanae, R. D. Ernestum Coppo, Vicarium Apostolicum de Kimberley in Australia.

é decembris. **—** Titulari archiepiscopali Ecclesiae Euchaitensi, R. D. lordarium Gijlswijk, Delegatum Apostolicum in Africa Meridionali.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

CIRCA CONGREGATIONES RELIGIOSAS AUT PIAS SOCIETATES IURIS DIOECESANI

Quod iam per Constitutionem ***Conditae a Christo*** Summus Pontifex Leo XIII fel. rec. statuerat, hoc clarius in Codice iuris canonici sancitum est: Congregationes nempe religiosas alias ***iuris pontificii,*** alias ***dioecesani iuris*** esse, ita ut utraque Congregationum classis religiosae societatis naturam vere habeat, cum iuribus quae ei competunt; inter quae illud fundamentale est quod quaelibet Congregatio religiosa, legitime constituta, personalitatem moralem ad normam iuris induat eaque potiatur. Ne autem in re tam gravis momenti ullum dubium oriri possit et de legitimitate eiusdem personalitatis iugiter constare queat, sapienter per can. 100, § 1 praescribitur ut personae morales (exceptis Catholica Ecclesia et Apostolica Sede) nonnisi per formale decretum a competente ecclesiastico Superiore erigi valeant.

Aliquando tamen, praecipue ante Constitutionem ***Conditae a Christo*** et Motu proprio ***Dei Providentis*** diei 16 iulii 1906 s. m. Pii Pp. X, factum est ut nonnullae Congregationes religiosae exsurgerent quae ab Ordinariis vel toleratae vel etiam implicite approbatae nunc censeantur, quin tamen constet eas per formale decretum fuisse erectas.

Quod cum pluribus incommodis aditum praebere possit, et praestet ut quicumque ambigendi locus circa Congregationum religiosarum legitimitatem auferatur, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, omnibus mature perpensis, ea quae sequuntur statuit:

I. Quilibet Episcopus, aut Praelatus quasi-episcopalem iurisdictionem in territorio separato exercens, quamprimum inquirat de omnibus et singulis Congregationibus religiosis, aut Piis societatibus ad modum religiosorum viventibus, utriusque sexus, etiamsi unica domo constent, in sua dioecesi aut territorio existentibus, quae ab Apostolica Sede saltem per decretum laudis approbatae non fuerint:

1) An per formale decretum episcopale, cuius tenor cognoscatur, fuerint erectae.

2) An statuta seu constitutiones ab eadem auctoritate approbatas habeant.

Ii. Si quas invenerit Congregationes vel Pias societates quae decretum erectionis minime vel dubie obtinuerint, sed aequipollentes per repetitos actus plurium annorum decursu ante Codicis promulgationem, ab Ordinario tamquam approbatae habitae fuerint, ex. gr. per professionis receptionem, sacram visitationem, episcopales ordinationes aut similia, Episcopus, nisi aliud adiuncta consulere videantur, iuxta inferius dicenda sub n. III, eas recognoscat per suum formale decretum, in quo, breviter iis quae hactenus praecesserunt expositis, Congregationem religiosam vel Piam societatem iuris dioecesani erectam declaret; dummodo pro Institutis, quae post supra memoratum Motu proprio ***Dei Providentis'*** anni 1906 initium habuerunt, Apostolicae Sedis venia obtenta fuerit; Statuit autem haec Sacra Congregatio ut praedictum recognitionis decretum vim habeat sanandi defectum canonicae erectionis quoad praeteritum, quatenus opus fuerit.

III. Si Institutum in plures dioeceses fuerit diffusum, Ordinarius loci, de quo in n. I, est ille in cuius dioecesi exstat domus princeps, qui tamen decretum recognitionis ne edat nisi collatis consiliis cum ceteris Praesulibus ipsisque saltem non contradicentibus.

IV. Si ob statum Instituti vel ob parvum alumnorum numerum, aut ob defectum argumentorum de quibus in n. II, vel aliis de causis, Ordinarius minime opportunum iudicaverit aliquam Congregationem aut Piam societatem, de qua in praecedentibus, per formale decretum recognoscere, vel aliquis ex Ordinariis, de quibus in n. III, positive obstet, rem ad hanc Sacram Congregationem deferat.

V. De universis et singulis Congregationibus aut Piis societatibus iuris dioecesani iam legitime erectis, aut ut supra nunc recognitis, quarum domus praecipua vel unica domus in dioecesi in praesenti exsistat, Ordinarius ad hanc Sacram Congregationem elenchum mittat, in quo distincte exprimatur:

a) Titulus, ***b)*** scopus, c) fundatoris nomen et fundationis leges, ***d)*** erectionis aut recognitionis decretum, e) in quas dioeceses facta fuerit diffusio, ***f)*** alumnorum et domorum numerus.

VI. Si quis loci Ordinarius in suae iurisdictionis territorio nullam Congregationis religiosae iuris dioecesani domum principem aut domum independentem in praesenti exsistere comperiat, certiorem de hac re faciat hanc Sacram Congregationem per expressam in scriptis declarationem.

VII. In posterum vero, quatenus Ordinarius, debita venia Apostolicae Sedis obtenta, aliquam novam Congregationem aut Piam societatem religiosam erigere voluerit, satagat ut erectio fiat per formale decre-

tum in scriptis datum, cuius exemplar tam in tabulario Instituti quam in Archivo dioecesano servandum erit. De peracta autem huiusmodi erectione hanc Sacram Congregationem edoceat, ac decreti exemplar transmittat, in quo praecipue curet ut tam titulus quam scopus Instituti peculiaris explicite et exacte praefiniatur, habitis prae oculis iis quae de hac re in ***Normis,*** a Sacra Congregatione approbatis sub die 6 martii 1921, cap. II et IV ***{Act. Ap. Sedis,*** vol. XIII p. 312), habentur.

Facta autem de omnibus relatione SSmo Dno Nostro Pio divina Providentia PP. XI, in audientia habita ab infrascripto P. Abb. Secretario Sacrae Congregationis, die 25 novembris 1922, Sanctitas Sua decretum approbavit atque ab omnibus ad quos spectat servari mandavit.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die 30 novembris 1922.

C. **CARD. LAURENTI,** ***Praefectus.***

L. % S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., ***Secretarius.***

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

IMMUTATUR DENOMINATIO NONNULLARUM OCEANIAE MISSIONUM

DECRETUM

Post exstinctum recens bellum nonnullae Oceaniae Missiones sub novum dominium transiere atque vetera nomina quibus antea vulgo designabantur in alia mutavere. Unde necesse fuit ut etiam ecclesiasticae appellationes ita immutarentur ut novo rerum ordini opportune consentirent. Cui rei prospicientes Emi Patres huius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, cum iam praefecturam apostolicam Terrae Gulielmi Orientalis in vicariatum erectam nomine vicariatus apostolici

Novae Guineae Orientalis donavissent, nuper in eam sententiam venere ut:

a) Vicariatus apostolicus Novae Guineae denominantur vicariatus apostolicus ***Papuasiae;***

b) Vicariatum apostolicum Novae Pomeraniae appellandum décernèrent vicariatum apostolicum ***Rabaulensem;***

c) Praefectura apostolica Terrae Gulielmi occidentalis nomen haberet praefecturae apostolicae ***Novae Guineae centralis.***

Haec autem proposita cum ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. XI relata fuissent, in audientia diei xin h. m., eadem Sanctitas Sua rata habuit et confirmavit, hoc decretum de re edi iubens.

Datum ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die **XIV** novembris **MCMXII.**

G. M. C**ARD.** V**AN** R**OSSUM,** ***Praefectus.***

f P. Fumasoni-Biondi, Arch. Dioclètan., ***Secretarius.***

II

DE PONTIFICIO OPERE A FIDEI PROPAGATIONE

MONITA

De mandato Consilii Superioris Generalis Pontificii Operis a Propagatione Fidei, haec publici iuris fiunt, ut prae oculis habeantur ab iis quorum interest,

1. Cum tandem hisce diebus coeperit Romae munera sua explere Consilium Superius Generale Pontificii Operis a Propagatione Fidei, de quo in Pii Pp. XI Motu Proprio ***Romanorum Pontificum,*** dato sub die 3 mensis maii, a. c, et sedem suam, licet provisoriam, habeat apud S. C. de Propaganda Fide, huc mittendum est quidquid pertinet ad Opus ipsum, sive notitiae de constitutione Consiliorum Nationalium, sive eorum Statuta, sive suo tempore rationum libri, sive quaestiones ad Operis organizationem et diffusionem attinentes, sive modo et tempore statuto pecunia collecta ut pro Missionibus erogetur. Huic Consilio similiter spectant epistolae, relationes et petitiones eorum, qui, in locis

Missionum operam navantes, annuam subventionem. et subsidia sibi expostulant.

Quae cum ita sint, litterae ceteraque inscribantur: ***Al Revmo Presidente*** vel ***Al Revmo Segretario Generale delia Pontificia Opera delia Propagazione della Fede*** - Palazzo di Propaganda, Piazza di Spagna, n. 48, Roma (6).

2. Notitiae de pecuniis et donis collectis mittendae erunt mense ianuario exeunte, idque fiet per Praesidem Consilii Nationalis vel eius Delegatum; in locis autem, ubi Consilium nondum est constitutum, per Moderatores dioecesanos. Uti evidens est, integrum semper et ubique esto cuique offerenti immediate ad hoc Romanum Consilium mittere oblationes suas. Pecuniae vero et dona collecta erunt ad nutum et liberam dispositionem ipsius Consilii Generalis, cuius officium est mense martio decernere quibus, qua mensura et quomodo sint elargienda et distribuenda.

3. Cum autem ius sit et officium Consilii Superioris Generalis rationum libros singulorum Nationalium Consiliorum adprobare,[1] sub finem mensis martii ad ipsum deferendae erunt distinctae et clarae relationes tum de pecuniis donisque oblatis, tum de eorum administratione et de expensis factis sive pro iis colligendis, sive pro Operis evulgatione, sive pro annalibus, foliis, imaginibus ceterisque typis impressis.

Satius erit has relationes mittere in duplici exemplari, ita ut alterum Romae in Operis archivo asservari possit, alterum reddatur cum notis et signatura.

4. Ad Consilium Superius Generale item mittenda sunt quam citius Statuta particularia pro Consiliis Nationalibus redacta, in quibus quidem fideliter retinenda sunt quae pertinent ad formam substantialem Operis. Haec enim ab ipso Consilio sunt adprobanda.[2]

5. Iuxta Statuta Generalia (ib. X) Consilii conventus pro distribuenda pecunia Romae habebuntur mense martio. Mature ergo Consilio exhibendae sunt petitiones cum iis relationibus, quae ad rem faciunt. Hic diligenter advertendum quod hoc anno elementa pro definiendis subventionibus desumentur ex responsis ad quaestiones propositas a S. C. de Propaganda Fide per epistolam datam die Paschatis vertentis anni. Curent igitur Revmi Episcopi, Vicarii Praefectique Apostolici ac Missionum Superiores, ut tempestive, id est ante finem vertentis anni vel saltem proximo ineunte, relationes ipsas transmittant. Consilium enim

[1] Cf. ***Statuta Generalia,*IX,*** 4, itemque ***Statuta pro Cons. Sup. Gen.,*** IX, 4.

[2] Cf. ***Statuta*** cit., loc. cit.

abstinebit a dandis subsidiis Missionibus, de quibus nondum pervenerit relatio ad S. G. de Propaganda Fide.

Qua de causa in petitionibus pro annua subventione opportunum erit significare an necnon praedicta relatio data fuerit.

6. Ad petitiones quod attinet, consultius videtur, pro iis Missionibus, quae concreditae sunt alicui Ordini, Congregationi, Instituto vel Seminario, si per eumdem respective Superiores vel Procuratores exhibeantur una cum documentis relativis, hac tamen lege quod singularum Missionum nota distincta praebeatur: Consilium enim nihili faciet petitiones cumulativas.

Vicissim iidem Superiores vel Procuratores enixe rogantur ut de hoc statuto quam citius certiores faciant eos ad quos pertinet, ita ut omnes statis conditionibus satisfacere queant.

7. Ad subsidia pro itineribus obtinenda oportet ut, sicut antea, diligenter significentur omnia quae ad rem faciunt, sive aetas, sive conditio itinerantium, sive loca ad quae pergunt, et an prima vel altera vice se conferant ad infidelium regiones pro apostolicis laboribus suscipiendis. Optimum erit addere etiam quae et qualis sit expensa sive pro vehículo vel schedula itineris ***(biglietto, billet),*** sive pro victu. Quae omnia facillima évadent, si adhibeantur prospectus ad hoc dispositi, quos requirere licet apud sedem huius Consilii Superioris Pontificii Operis. Duplici autem exemplari exhibendi sunt.

Datum Romae ex Secretaria Pontificii Operis a Propagatione Fidei, die **XXII** mensis novembris **MCMXXII.**

f P. Fumasoni Biondi, Archiep. Diocletanus, ***Praeses.***

Ioseph Nogara, ***Secretarius Generalis.***

III

' ' NOMINATIONES

Decreto diei 15 novembris 1922 S. Congregatio de Propaganda Fide ***Administratorem Apostolicum dioecesis Poonensis, in Indiis Orientalibus,*** ad suum beneplacitum declaravit R. P. Maximilianum Riklin, Societatis Iesu.

Sacra Congregatio christiano Nomini Propagando, iuxta Statuta Pontificii Operis a Propagatione Fidei adnexa Motu Proprio ***Romanorum Pontificum*** (art. VIII), opportunum duxit hos eligere Praesides pro Consiliis Nationalibus aliquarum Nationum, videlicet:

Revmum Henricum Vazquez-Camarasa, can. theologum ecclesiae cathedralis Matritensis, pro Hispania;

Revmum can. Franciscum Ross, pro Anglia;

Revmum can. Iacobum Pompen, Vicarium Generalem dioecesis ßuscoducensis, pro Hollandia.

Insuper cum Revmus D. Henricus Odelin, Praeses Consilii Centralis Parisiensis, muneri renunciaverit, eius vice eadem S. Congregatio nominavit Revmum can. Aemilium Descamps.

SACKA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA

DE MISSA VOTIVA PRO FIDEI PROPAGATIONE, DECLARATIO

Per decretum Sacrae Rituum Congregationis, diei 22 martii vertentis anni 1922, Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI benigne concessit ut « Missa votiva de Propagatione Fidei sine ***Gloria*** et cum ***« Credo,*** adhibito colore violaceo, celebrari possit semel in anno, diebus « ab Ordinario cuiusque loci designandis, exceptis tamen Festis dupli« cibus I et II classis, Dominicis maioribus, nec non Octavis I et II ordi« nis, Feriis et Vigiliis, quae sint ex privilegiatis ». Quum vero nonnullae quaestiones de hac re nuper exortae sint, eadem Sacra Congregatio, ad omnem ambiguitatem amovendam, audito specialis Commissionis suffragio, sequentem declarationem opportune vulgandam censuit. «Missa « votiva pro Fidei propagatione, de qua agitur in praenotato decreto, «non est praeceptiva, sed induttiva, et celebrari potest die pro cunctis « et singulis dioecesis locis communiter ab Ordinario designanda, in qui« busvis Ecclesiis et Oratoriis etiam privatis, et ab omnibus Sacerdotibus, « cum omnibus Commemorationibus et Orationibus ritui duplici maiori

« et minori congruentibus, salvo semper onere Missae ex Rubricis et « Decretis praescriptae; prouti sunt Missae Conventuales diei curren- « tis (non autem Missa mere parochialis), Missa de Rogationibus, pro « oratione XL Horarum, etc. Si quando autem huiusmodi Missa votiva « quomodolibet impediatur, fieri potest eius Commemoratio sub unica « conclusione cum prima Oratione, iuxta Rubricas ».

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 17 novembris 1922.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. % S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

DUBIA

CIRCA PRAEFATIONES DICENDAS IN MISSIS CUM COMMEMORATIONIBUS

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione proposita sunt; nimirum:

I. Die 6 februarii et die 12 eiusdem mensis celebrantur respectiva Festa **S.** Titi, Ep. et Conf., et Ss. Septem Fundatorum Ord. Servorum B. Mariae V. Conff. quibus respective addenda est oratio pro Papa in anniversario electionis vel coronationis Summi Pontificis Pii XI ; quaeritur:

Utrum Praefatio dicenda sit de Communi vel de Apostolis?

II. Die 18 novembris, occurrente Dominica de qua fit Officium cum Missa et Gommern. Dedicationis Basilicarum Ss. Petri et Pauli App., quaeritur:

Praefatio erit de Trinitate vel de Communi quae dicitur in Dedicatione Ecclesiarum?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, praepositis quaestionibus respondendum censuit:

Ad I. Praefatio erit de Apostolis, si commemoratio locum teneat Missae votivae pro Papa ab Ordinario praescriptae et eo die impeditae.

Ad IL Praefatio dicenda est de Ssma Trinitate, iuxta Rubricas.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 17 novembris 1922.

£ß A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

•i r

VICENTINA

SOCIETATIS

QUAESTIONUM INCIDENTALIUM DE APPELLATIONE ET COMPETENTIA

Pio PP. XIfeliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 18 martii 1922, Rmus P. D. Ioannes Prior, Decanus, Ponens* ***BR. PP. DD. Fridericus Cattani Amadori et Petrus Rossetti, Auditores de turno, in causa*** Vicentina - Quaestionum incidentalium de appellatione et competentia - ***inter sacerdotem Antonium F., appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem sac. Victorium Pozzani, advocatum, et*** Marinum F., ***interveniente et disceptante in causa Promotore Iustitiae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.***

Marinus F., anno ineunte 1900 domi suae, in loco C, dioecesis Vicentinae, officinam condidit ad caseum premendum, vulgo « Latteria », aedibus ad id refectis et accommodatis. In re exsequenda consilio et opera usus est amici sui sacerdotis Antonii F., qui eiusdem generis officinam in paroecia vicina pro Societate quadam catholica gerebat. Paucos vero post menses, cum rerum gestio in damnum potius quam in lucrum cederet, ab incepto opere destitit, debito libellarum trium millium circiter oneratus. Rogavit autem sac. Antonium F.,ut .aes alienum pro rata solveret, quia, uti aiebat, ipsum inter et dictum sacerdotem contractus societatis initus fuerat ad negotium gerendum. Renitente sacerdote, recursum fecit ad Curiam Vicentinam, et Pro-Vicarius Episcopi ab Ordinario mandatum accepit ad rem in linea saltem administrativa definiendam. Cum vero in irritum cessissent omnes eiusdem conatus ad controversiam componendam, et ex alia parte Pro-Vicario haud visum sit causam in foro dioecesano agere, ipse Marino F. consilium dedit actionem in foro civili instituendi. Huic consilio adhaerens,

Marinus sacerdotem Antonium in iudicium rapuit coram iudice saeculari, qui, tamen, sententia lata die 30 iunii-2 iulii 1906 reum conventum absolvit. In gradu appellationis, deinde, cum iudex ad normam art. 1341 Cod. civ. itai. probationem testimonialem non admisisset, Marinus F. ulteriori causae prosecutioni renunciavit, quapropter sententia primi gradus in rem iudicatam transiit.

Decem fere post annos iterum Marinus F. Curiam Vicentinam adiit, petens ut ordine iudiciali servato eadem causa cognosceretur: opposita autem a parte conventa exceptione peremptoria rei iudicatae, et a tribunali admissa, litis libellus a iudice ecclesiastico die 12 augusti 1915 reiectus est. Meliorem autem fortunam Marinus F. habuit in gradu appellationis, penes Curiam Metropolitanam Venetiarum interpositae, ubi iudex delegatus exceptionem rei iudicatae a sacerdote Antonii F. oppositam sententia interlocutoria, vim definitivae habente, die 1 augusti 1917 reiecit, ea praesertim ratione motus, quod iudex saecularis incompetens fuerit. Sententia, die 1 augusti lata, sequenti die procuratori sacerdotis Antonii F. tradita fuit a persona quadam tribunali non addicta, a Secretario eiusdem tribunalis missa, quae tamen de munere sibi commisso nullam fidem exhibere poterat, neque de facta notificatione debitam relationem peregit. Procurator partis conventae, nullius iuridici valoris existimans communicationem sententiae sibi factam, appellationem interponere neglexit. Sacerdos Antonius, vero, certior factus de sententia sibi adversa, per epistolam die 13 augusti ad iudicem Metropolitanum missam, ad N. S. Ordinem provocavit; eius tamen appellatio per aliam sententiam interlocutoriam Curiae Metropolitanae diei 24 septembris 1917 reiecta fuit, utpote post lapsum fatalium.

Sacerdos Antonius F., itaque, contra utramque sententiam ad N. S. Auditorium appellavit; cumque Marinus F. ad instantiam recurrentis contumax declaratus sit, quia rite citatus non comparuit, patronus sacerdotis Antonii F. et Iustitiae Promotor convenerunt in dubiis sequentibus statuendis, sub quibus causa Nobis dirimenda proponitur: 1. ***An lapsis fatalibus appellatio facta sit in casu; et quatenus negative.*** 2. ***An res iudicata in foro saeculari impediat quominus causa in merito agitetur coram tribunali ecclesiastico primae instantiae, seu coram Curia Vicentina.***

Imprimis de quaestione agendum, an lapsis fatalibus appellatum sit. Cum lata fuerit sententia interlocutoria, de qua agitur^ die 1 augusti 1917, ante promulgatum iuris canonici Codicem, quaestioni dirimendae ea aptanda sunt iuris principia, quae tunc temporis vigebant.

« Per fatalia interponendae appellationis - scribit Reiff., lib. 2, tit. 28, n. 155 - intelligitur tempus illud, intra quod gravatus per sententiam iudicis vel aliunde appellare potest ab illato sibi gravamine, adeo ut elapso tali tempore facultas appellandi pereat, atque extinguatur ». Tempus a iure concessum est decendium « computandum a die recitatae et publicatae sententiae, si partes praesentes sunt editioni sententiae, vel per se vel per procuratores. Secus decendium computatur a die denunciatae seu legitime intimatae sententiae » (Lega, ***De Iudic, comp.,*** n. 497). Item in decreto S. Congreg. EE. et RR. diei 18 decembris 1835, n. 2, praescribitur: « Decem dies numerari incipiunt, non a die quo sententia lata est, sed a die quo reo vel eius defensori per cursorem denuntiata fuit ».

Provisum est, praeterea, in Instructione eiusdem S. Congreg, diei 11 iunii 1880, art. 14, Curiis omnibus ecclesiasticis missa, ut, quatenus haud praesto sit opera apparitorum Curiae, persona ***qualificata,*** v. gr. actuarius vel alius tribunalis administer (cfr. Wernz, ***Ius. Dec,*** tom. 5, § 1, n. 93) adhibeatur, quae sententiam partibus et praesertim victo denuntiet. Haud excludit tamen dicta Instructio quod iudex quemdam tribunali extraneum seligere possit, cui munus sententiam communicandi committere valeat: constare tamen debet de munere eidem commisso, cum secus persona ***qualificata*** dici nequeat; necnon de rite peracta commissione, die et hora designatis, quia fatalium tempus continuum est et a momento in momentum decurrit (Reiff., 1. c, n. 159,160). Denuntiatio sententiae, enim, est actus iudicialis gravis momenti, a quo pendet intra breve spatium decem dierum peremptio iuris appellandi (cfr. Codicis iur. can., can. 1723, 1724).

Iamvero, satis constat ex relatione Officialis Curiae metropolitanae Venetiarum, quod sententia eiusdem Curiae haud legitime denuntiata fuit die 2 augusti 1917. Ait enim: « Mi piace anche far notare che tutta « la questione dell'appello di Don Antonio E. - non constando che la «sentenza del 1 agosto sia stata notificata officialmente il 2 agosto - « si fonda sulla irregolarità commessa dal Segretario dei tribunale, «avendo egli fatto consegnare la copia della sentenza al procuratore « di Don Antonio F. la sera del 2 agosto, non dall'usciere del tribunale, « ma da un incaricato del Segretario e senza rilascio di ricevuta ». Ex hisce patet, intimationem sententiae iis conditionibus quae a iure requiruntur destitutam fuisse, ac proinde sententiam legitime denuntiatam non fuisse.

Persona enim, imprimis, quae sententiam rei conventi procuratori tradidit, non ea erat qualitate induta, quae iure exigitur in eo qui

actum iudicialem exsequitur: tribunali enim extraneus erat, ac proinde qualitas executoris decreti iudicialis ipsi ex officio provenire nequibat; sed neque ex commissione illi facta a Secretario tribunalis, qui proprio marte agebat sine mandato iudicis, qui solus potuit munus illud extraneo committere; praeterea, nec huius defectivi mandati ullum signum exhibere potuit, ita ut rei conventi procuratori constare non posset sententiam sibi a tribunali notificatam fuisse; neglexit insuper mandatarius relationem de tradita sententia in actis deponere, ita ut ex istis de sententia denuntiata non constaret. Ex sententia hisce conditionibus rei procuratori intimata tempus fatalium incipere non potuit, ut ex superius in iure delibatis plane liquet. Iuxta legem Codicis, quae hac in re disciplinam olim vigentem confirmat, prout citatio non legitime facta nullius valoris est, ita et illegitima sententiae denunciati© (can. 1723, 1724, C. I. C). Primum dubium, itaque, DD. Auditores dimittendum censuerunt ***negativa*** responsione.

Ad secundum dubium gradum facientes, quaedam censuerunt in iure praemittenda. Vis rei iudicatae iuxta veterem disciplinam in novo Codice confirmatam, ita in can. 1904 exponitur: « § 1. Res iudicata praesumptione iuris et de iure habetur vera et iusta, nec impugnari directe potest. § 2. Facit ius inter partes ***et dat exceptionem ad impediendam novam eiusdem causae introductionem ».***

Res iudicata, vero, exsurgere potest ex sententia legitime lata sive fori civilis sive fori ecclesiastici: statum nempe obiectivum inter partes inductum per rem iudicatam in foro "civili admittere debet iudex ecclesiasticus, et vicissim. Ecclesia enim agnoscit auctoritatem Status civilis in re pure temporali, ac proinde eiusdem potestatem non solum legiferam, sed etiam iudiciariam et coactivam. Re enim vera, in cap. 2, ***De except.,*** in VI Decretalium, statuto principio quod exceptio rei iudicatae per ecclesiasticum iudicem admitti debeat in foro saeculari, haec adduntur: « Similiter iudices ecclesiastici exceptionem ipsam (si coram ipsis excipiatur de re per saecularem iudicem iudicata) admittant, in his quae animarum periculum non inducunt: per Superiores suos, nisi fecerint, animadversione debita castigandi ». Unde unanimiter docent auctores exceptionem rei iudicatae ex sententia lata per iudicem saecularem opponi posse coram iudice ecclesiastico. Cfr. Pirhing, lib. % tit. 25, n. 29; Reiff., eod. tit., n. 132; Schmalzgr., eod. tit. n. 48; Wernz, tom. 5, P. L, n. 413, not. 22. « Ratio est - ait Pirhing, 1. c. - tum quia per sententiam iudicis ius parti acquisitum est, pro qua lata est sententia, quod alius iudex laedere vel auferre non debet; tum quia, nisi unus

iudex resèrvaret legitimam sententiam alterius, derogaretur iurisdictioni illius... Idque maxime procedit si sermo sit de iudice ecclesiastico et saeculari, quorum fora et iurisdictiones, licet diversae sint, debent tamen se invicem adiuvare, et mutuo iura sua defendere ».

Ut autem exceptio rei iudicatae actionem impediat, de tribus constare debet: nimirum, in actione intenta 1) eamdem esse rem petitam, 2) eamdem esse personas iuridice consideratas, et 3) eamdem esse causam petendi. Cfr. Lega, ***De Iudic.*** vol. I, p. 642. Eaedem conditiones requiruntur ex iure civili italico (Cod. Civ., art. 134): ita Garlo Lessona, ***Manuale di Procedura Civile,*** p. 399: « Occorre ***a)*** che la cosa domandata sia la stessa ***(eadem res);*** e si ha ***V eadem res*** quando la seconda domanda non può coesistere col dispositivo della prima sentenza; ***b)*** che la domanda sia fondata sulla medesima causa ***(eadem causa petendi),*** e la ***causa petendi*** consiste nel fondamento giuridico della domanda, quale venne dedotto in giudizio, e ritenuto dalla sentenza, c) che la domanda sia tra le medesime parti e proposta da esse nelle medesime qualità ***(eadem conditio personarum).*** L***'eadem conditio personarum*** va considerata giuridicamente».

In casu nostro extra controversiam est has omnes conditiones haberi: eadem scilicet est res petita, eadem causa petendi, contractus nempe societatis, et eaedem sunt personae, etiam iuridice consideratae. Ratio dubitandi itaque non est, an, supposita re iudicata, haec validam et peremptoriam constituat exceptionem contra litis instaurationem, sed, an, attenta iuris canonici doctrina, reapse exstet in casu res iudicata relate ad forum ecclesiasticum, quae respectu fori civilis a iudice saeculari admissa est. Sententia, enim, quae vitio nullitatis laborat, rem iudicatam constituere non valet. Sententia iudicis saecularis, autem, iuxta tribunal metropolitanum Venetiarum, nulla est ob incompetentiam iudicis, qui iurisdictione carebat super sacerdote reo convento, ratione privilegii fori. Alia causa incompetentiae nec allegata est, nec fingi potest: agebatur enim de praetenso contractu circa bona pure temporalia in territorio iudici saeculari subiecto, ubi contractus initus fuisse dicebatur, et ubi partes domicilium fovebant.

Tota quaestio, igitur, in eo vertitur, an Marinus F. licentiam Ordinarii vel Superioris legitimi habuerit sacerdotem Antonium F. ad forum civile trahendi. Ordinarius, enim, huiusmodi impedimentum incompetentiae iudicis saecularis, ex fori privilegii proveniens, auferre potest, immo certis in adiunctis auferre debet (Instructio Sancti Officii, diei 23 ianuarii 1886), veniam concedendo ut clericus in foro civili conveniatur.

Ad dictum quaesitum, vero, ***affirmative*** respondendum est, ut colligitur ex testimonio iudiciali Pro-Vicarii Episcopi Vicentini, qui iicentiam concessit, confirmato per attestationem extraiudicialem ipsius Marini F., qui dictam licentiam obtinuit. Interrogatus, enim, Pro-Vicarius a iudice: « Se, e per quali ragioni, egli abbia semplicemente consigliato o formal- « mente autorizzato Marino F. a tradurre D. Antonio F. davanti al foro « civile, invece di insistere pérchela causa fosse canonicamente decisa « dall'autorità ecclesiastica in conformità del ***privilegium fori»;*** sub fide iuramenti respondit: « Consigliato certo; autorizzato, non ricordo; autorizzazione formale, no».

Certo constat, itaque, ex iurata depositione testis, de acto suo ad proprium et publicum officium spedante, Pro-Vicarium Vicentinum conrsilium Marino F. dedisse adeundi forum civile; in hoc autem consilio, omnibus perspectis circumstantiis, praesertim prout ab ipso Pro-Vicario exponuntur, implicite continebatur venia auctoritatis ecclesiasticae a iure requisita. 1) Pro-Vicarius enim iurisdictione potiebatur ad debitam licentiam concedendam: « Il Pro-Vicario ha certamente autorità giuris- « dizionale nei limiti che gli è concessa dal Vescovo ». Neque dubitat Pro-Vicarius de propria competentia licentiam impertiendi in casu, ut colligitur ex eius responsione supra citata, ubi dicit se non meminisse de venia ab ipso expresse concessa, simulque negat se dictam veniam solemniter seu formaliter impertiisse. 2) Licentia legitime concedi poterat sine solemnitatibus, seu vivae vocis oraculo; nullibi enim in iure ad hoc requiruntur solemnitates, et in dioecesi Vicentina huiusmodi licentia voce non scriptis ab Ordinario vel eius Vicario impertiri solebat: « ... dal Vescovo o dal Vicario, che di metodo la danno a voce e non « in iscritto ». Ideoque et Pro-Vicarius bene egisset, exemplum Superiorum sequendo. 3) Licentia, porro, in adiunctis dari debuit, quia fatetur Pro-Vicarius se noluisse ut causa agitaretur in foro ecclesiastico, timens ne sententia ad exsecutionem demandari non posset: et ceteroquin pacificam rei solutionem frustra tentaverat. Ita enim statuit Instructio S. Officii diei 23 ianuarii 1886: « Si in eis locis (ubi privilegio fori derogatum non fuit) non dabitur iura sua prosequi, nisi apud iudices laicos, tenentur singuli prius a proprio ipsorum Ordinario veniam petere, ut clericos in forma convenire possint; eamque Ordinarii numquam denegabunt, tum maxime cum ipsi controversiis inter partes conciliandis frustra operam dederint (cfr. can. 120, § 2, ***Cod. Iur. Can.,*** 4). Pro-Vicarius insuper ab Episcopo mandatum accepit, ut ipse fatetur, ad rem aliquo modo inter partes componendam; immo, inter negotium tractandum auctoritate sua usus est ad poenas canonicas sacerdoti Antonii F. comminandas

(epist. sac. Antonii F. die 6 febr. 1905): unde consilium ab ipso datum iudicem saecularem adeundi actori Marino F. aliud significare non potuit quam quod ipsi venia Ordinarii de iure requisita concessa fuit. 5) Denique, ipse sac. Antonius F. aperte fatetur in epistola ad quendam Rmum Praesulem die 14 maii 1908 missa, simul cum consilio et ipsam licentiam a Curia Vicentina se habuisse causam agitandi in foro civili; hoc modo videlicet consilium sibi praestitum intellexit: « Da questa rispettabile « Curia a- mezzo di Mons. C. ebbi il permesso, anzi il suggerimento di « procedere contro D. Antonio F.... per un debito che egli nega dovermi ». Non defuit itaque competentia iudicis saecularis, quia impedimentum privilegii fori a legitima auctoritate ecclesiastica sublatum fuit, ac proinde rem iudicatam in casu haberi dicendum est.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Audi tores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, ad proposita dubia respondentes : Ad primum ***Negative*** seu appellationem non esse factam lapsis fatalibus. - Ad secundum ***Affirmative*** seu rem iudicatam in foro saeculari impedire quominus causa in merito agitetur coram tribunali ecclesiastico primae instantiae, seu coram Curia Vicentina: statuimus praeterea expensas iudiciales esse inter partes compensandas.

ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam ad tramitem tit. X VI II, lib. 4 ***Cod. iur. can.,*** et adversus reluctantes procedant iuxta normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. 25. ***De Reform.*** Conc. Tridentini et can. 1924 ***Cod. iur. can.,*** iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 18 martii 1922.

Ioannes Prior, Decanus, ***Ponens.***
Fridericus Cattani Amadori.
Petrus Rossetti.

L. © S.

Ex Cancellaria, 7 aprilis 1922.

T. Tani, ***Notarius.***

il

Citatio edictalis

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (EDWARDS-DE ROCHE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Fulgentii Fuster et Fontes comitis de Roche, eundem per praesens edictum citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. Romanae Rotae ***(Boma, Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94)*** die 15 ianuarii 1923, hora undecima, ad concordandum de dubio disputando vel infrascriptum subscribendum, et ad diem designandam in qua habebitur Turnus Rotalis pro causae de qua supra definitione.

DUBIUM

An sententia Botalis diei 29 iulii 1922 sit confirmanda vel infirmanda in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de commorationis loco Dñi Fulgentii Fuster et Fontes comitis de Roche curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione moneatur.

I. Grazioli, ***Ponens.***

h. % S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 24 novembris 1922.

Ioannes Ladelci, ***Notarius.***

Traduction

Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Fulgence Fuster y Fontes, comte de Roche, par le présent édit Nous le citons à comparaître par propre personne, ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine *(Borna, Palazzo della Dataria, Via della Dataria, n. 94)* le 15 janvier 1923, à 11 heures du matin, pour souscrire le doute cj-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

DOUTE

Doit-on confirmer ou casser la sentence donnée par la Bote le 29 juillet 1922.

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres, les fidèles, ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr. Fulgence Fuster y Fontes, comte de Roche, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

J. Grazioli, ***Ponent.***

L. ^ S.

Donné à Rome le M novembre 1922.

Jean Ladelci, ***Notaire de la S. B. Bote.***

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AB CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA

SOLUTA IN PLENARIO COETU DIEI XII NOVEMBRIS MCMXXII

I

De parochi iure quoad processiones (can. 462, n. 7)

Utrum verba canonis 462, n. ***7: publicam processionem extra ecclesiam ducere*** intelligenda sint tantummodo de processione, quae initium ducit ab ecclesia paroeciali; an etiam de iis quae faciunt initium ab aliis ecclesiis intra ambitum territorii paroeciae sitis, idque etiam si hae ecclesiae non sint filiales et proprium Rectorem habeant.

Resp. Negative ad 1am partem, affirmative ad 2am, firmo tamen praescripto canonum 482, 1291, § 2.

II

De anno integro novitiatus (can. 555, § t, 2)

1. Utrum annus integer novitiatus, praescriptus in can. 555, § 1, 2, computandus sit iuxta normam statutam in can. 34, § 3, 3

Et quatenus affirmative:

2. Utrum eiusmodi norma computandi annum in ordine ad novitiatum servanda sit ad validitatem, an tantum ad liceitatem.

Resp. Ad 1um affirmative, seu servandum esse praescriptum canonis 34, § 3, 3.

Ad 2um affirmative ad 1am partem, negative ad 2am, seu canonem servandum esse ad validitatem novitiatus.

III

De egressu e religione (cann. 638-640)

1. Utrum can. 640, § 1, comprehendat omnes qui saecularizationis indultum obtinuerint sive a Sede Apostolica, sive ab Ordinario loci-

2. Utrum qui indultum exclaustrationis ab Ordinario loci obtinuerunt, teneantur conditionibus appositis in can. 639.

Resp. Ad i^um. Affirmative.

Ad 2um. Affirmative, salva Ordinarii potestate concedendi exclaustrato ob rationes particulares facultatem retinendi habitum religiosum.

IV

De iure cumulativo fontis baptismalis (can. 774, § 1)

Utrum ecclesia quae ante Codicis iuris canonici promulgationem fruebatur legitimo iure exclusivo fontis prae aliis paroecialibus ecclesiis, illud conservet cumulativum cum iisdem ecclesiis, quae ex praescripto can. 774, § 1, ius fontis obtinent.

Resp. Canonem 774, § 1, ita intelligendum esse, tit ecclesia quae ius fontis habet cumulativum cum aliis totius civitatis ecclesiis paroecialibus, illud obtineat etiam prae ecclesiis paroecialibus noviter in civitate erectis cum fonte baptismali. At ius fontis cumulativum in posterum obtineri nequit ex consuetudine, quae corruptela dicenda est.

Ecclesia vero quae ante Codicis promulgationem habebat ius fontis exclusivum prae aliis ecclesiis paroecialibus, post Codicis promulgationem erectoque in iisdem ecclesiis fonte ad praescriptum citati canonis, nonnisi ius cumulativum obtinet, salvo praescripto can. 778.

V

De dispensatione super impedimentis matrimonialibus
(cann. 1044 et 1045, § 3)

Utrum in casibus, de quibus in canonibus 1044 et 1045, § 3, censendum sit Ordinarium adiri non posse, cum nec per literas, nec per telegraphum nec per telephonum ad eum recurri potest ; an etiam cum solum per literas impossibile est, licet per telegraphum vel telephonum id fieri possit.

Resp. Negative ad 1am partem, affirmative ad 2am, seu ad effectum, de quo in cann. 1044 et 1045, § 3, censendum esse Ordinarium adiri non posse, si nonnisi per telegraphum vel telephonum ad eum recurri possit.

VI

De iure patronatus (can. 1451, § 1)

Quaenam sit vis verbi ***curent*** canonis 1451, § 1.

Resp. Verbum ***curent*** cit. canonis declarat ab Ordinariis locorum suadendum esse patronis ut loco iuris patronatus quo fruuntur, aut saltem loco iuris praesentandi, spiritualia suffragia etiam perpetua pro se suisve acceptent; et hinc patronos, praesertim ecclesiasticos, optime se gerere si hisce suasionibus obsequantur.

VII

De concursu quoad beneficia iuris patronatus laicalis (can. 1462)

Utrum ad normam can. 1462 paroeciae aliave beneficia obnoxia iuri patronatus laicalis conferri semper debeant per concursum, ita ut patronus etiam laicus non possit praesentare nisi clericum legitime ex concursu probatum.

Resp. Affirmative, si paroeciae aliave beneficia iuris patronatus laicalis sint obnoxia concursui iure particulari ex gr. fundationis vel legitimae consuetudinis; secus negative.

VIII

De absolutione a censuris (can. 2252)

Utrum in canone 2252, quo statuitur obligatio recurrendi ***ad S. Poenitentiariam vel ad Episcopum aliumve facultate praeditum,*** etc., verba illa ***facultate praeditum*** restringenda sint ad vocabulum ***aliumve;*** an etiam pertinere dicenda sint ad aliud vocabulum ***Episcopum,*** ita ut Episcopus qui non sit facultate praeditus, mandata dare nequeat.

Resp. Negative ad 1am partem, affirmative ad 2am, seu Episcopum mandata dare non posse, nisi facultatem habeat a iure vel ex Sedis Apostolicae concessione.

Romae, 12 novembris 1922.

P. CARD. GASPARRI, ***Praeses.***

Aloisius Sincero, ***Secretarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 14 novembre 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Saeri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie :

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Valentino Paquay, Sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori.

2. Riassunzione della Causa di Canonizzazione della Beata Lodovica de Marillac, Vedova Le Gras, Confondatrice della Congregazione delle Figlie della Carità.

3. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Veronica del Sacro Cuore di Gesù, al secolo Caterina Lioger, Fondatrice 'dell'Istituto delle Suore dette *Vittime del Sacro Cuore di Gesù.*

4. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio. Adelaide, detta Beata.

Martedì 21 novembre 1922, presso l'Emo e Revmo signor Cardinale Gaetano Bisleti, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Gianelli, Vescovo di Bobbio, fondatore dell'Instituto delle Figlie di Maria Ssma dell'**Orto, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria* per discutere due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Ven. Servo di Dio, i quali vengono proposti per ottenerne la beatificazione.**

Martedì 28 novembre 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Re vini Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in gradó eroico nella Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Fr. Francesco da Camporosso, Laico professo dell'Ordine dei Frati Minori di S. Francesco Cappuccini.

Martedì 12 dicembre 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Ordinaria-Particolare,* nella quale gli Eminentissimi Signori Cardinali ed i Reverendissimi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti nella Curia Vescovile di Nocera de' Pagani per la Causa di Beatificazione e Cano-

nizzazione del Venerabile Servo di Dio Domenico Blasucci, Chierico Studente della Congregazione del Santissimo Redentore.

%. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti nella Curia Vescovile di S. Die per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Alessia Le Clerc, Fondatrice dell'Istituto di Nostra Signora.

3. Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia Vescovile di Lugo sopra la fama di santità di vita, virtù e miracoli in genere del Venerabile Servo di Dio Giuseppe da Carabantes, Sacerdote Professo dell'Ordine dei Frati Minori di S. Francesco Cappuccini.

4. E finalmente intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Alfredo Pampalon, Sacerdote Professo della Congregazione del Santissimo Redentore.

SEGRETERIA DJ STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

24 novembre 1922. Gli Emi Sigg. Card. Oreste Giorgi, Francesco di Paola Ragonesi e Giovanni Tacci, ***Membri della Commissione Pontificia per V interpretazione del Codice di Diritto Canonico.***

12 dicembre » Monsig. Antonio Bernasconi, i Revmi Padre Teófilo Liburdi, O. F. M., e Padre Carlo Fontaine, della Congregazione dei Sacerdoti della Missione, ***Consultori della Sacra Congregazione dei Sacramenti.***

» » » 11 Revmo P. Celso Spagnoli, 0. F. M., ***Consultore della Sacra Congregazione del Concilio.***

SS. CONGREGAZIONI ASSEGNATE AI NOVELLI PORPORATI

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di assegnare ai nuovi Emi e Rmi signori Cardinali, che nel Concistoro pubblico del 14 corrente hanno ricevuto il cappello cardinalizio, le seguenti Sacre Congregazioni :

All'Emo sig. Cardinale Giovanni Bonzano, le Sacre Congregazioni: ***Concistoriale,*** di ***Propaganda Fide*** e degli ***Affari Ecclesiastici Straordinari.***

All' Emo sig. Cardinale Alessio Charost, le Sacre Congregazioni : dei ***Sacramenti,*** dei ***Riti*** e dei ***Seminari e delle Università degli Studi.***

All'Emo sig. Cardinale Eugenio Tosi, le Sacre Congregazioni: del ***Concilio,*** dei ***Riti*** e dei ***Seminari e delle Università degli Studi.***

All' Emo sig. Cardinale Arturo Stanislao Touchet, le Sacre Congregazioni : dei ***Sacramenti,*** dei ***Seminari e delle Università degli Studi*** e della ***Rev. Fabbrica di S. Pietro.***

All'Emo sig. Cardinale Giuseppe Mori, le Sacre Congregazioni: dei ***Sacramenti,*** del ***Concilio*** e il ***Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

All'Emo sig. Cardinale Francesco Ehrle, le Sacre Congregazioni: dei ***Seminari e delle Università degli Studi, per la Chiesa Orientale*** e della ***Rev. Fabbrica di S. Pietro.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Protonotarii Apostolici ad instar participantium :

10 novembre 1922. Monsig. Giovanni Filippo, della diocesi di Taubaté.
13 » » Monsig. Luigi Di Fonzo, della diocesi di Vasto.
15 » » Monsig. Giovanni Buonomo, dèll'archidiocesi di Napoli.
» » » Monsig. Augusto Hlond, Amministratore Apostolico dell'Alta Slesia Polacca.

Prelati Domestici di S. S.:

4 novembre 1922. Monsig. Giuseppe Botta, della diocesi di Biella.
» » » Monsig. Eliseo Maia, della medesima diocesi.
7 » » Monsig. Angelo Bignardi, dèll'archidiocesi di Ravenna.
» » » Monsig. Federico C. Kolbe, del Vicariato Apostolico del Capo di Buona Speranza.
» » » Monsig. Angelo Fabiani, delia diocesi di Velletri.
» » » Monsig. Raffaele Angeloni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Ricci, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pietro de Roo, dèll'archidiocesi di Oregon.
tO » » Monsig. Filippo Antonucci, della diocesi di Veroli.
» » » Monsig. Amilcare Sarno, della diocesi di Alife.
15 » » Monsig. Giovanni Marango, della diocesi di Sira.
» » » Monsig. Daniele Fireza, della diocesi di Lugos.
» » » Monsig. Giovanni Madincea, della medesima diocesi.
21 » » Monsig. Enrico Irvine, deirarchidiocesi di Carditi'.

ONORIFICENZE

COD Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 ottobre 1922. Al sig. Antonio Goicoechera, già Ministro dell'Interno del Regno di Spagna.
31 » » Al sig. visconte Makino Nobuaki, Ministro della Casa Imperialedel Giappone.
» » » Al sig. marchese Inouye Katsunosuke, Gran Maestro delle cerimonie nella Corte Imperiale del Giappone.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 novembre 1922. Al sig. Germano Albat, Sotto-segretario di Stato per gli Affari Esteri nella Repubblica di Lettonia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 ottobre 1922. Al sig. dott. Alfonso de Haene, della diocesi di Bruges.
28 » » Al sig. cav. Giuseppe Sebastiani (Roma).
» » » Al sig. cav. avv. Giuseppe Amici (Roma).
31 » » Al sig. Ho ri Yoshiatsu, Segretario particolare al Ministero degli Affari Esteri del Giappone.
» » » Al sig. visconte Takatsuji Yoshimaro, Maestro delle cerimonie alla Corte Imperiale del Giappone.
7 ***novembre*** » Al sig. Giuseppe Pfleger, della diocesi di Strasburgo.
9 » » Al sig. Giovanni I. Coyle, dell'archidiocesi di Filadelfia.
10 » » Al sig. Pietro Giampaolo, della diocesi di Boiano.
26 ». » Al sig. conte Stefano De Dreux-Brézé, della dioc. di Ne vers.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

7 novembre 1922. Al sig. tenente colonnello Edmondo Novotny, dell'armata Czeco-Slovacca.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile

30 luglio 1922. Al sig. Muzio Galassini (Roma).
26 ottobre » Al sig. barone Pietro Faydit de Terssac, della diocesi di Perpignano.

26 ottobre 1922. Al sig. dott. Giovanni Morelli, dell'archid. di Montevideo.
» » » Al sig. dott. Mario Artagaveytia, della medesima archidioc.
» » » Al sig. dott. Alberto Mané, della medesima archidiocesi.
27 » . » Al sig. dott. Giovanni N. Quagliotti, della medesima archid.
7 novembre » • Al sig. Andrea Blanchon, dèll'archidiocesi di Lione.
10 » » Al sig. Silvano Gerardy-Capelle, della diocesi di Annecy.
13 » » Al sig. Pietro Trang-Tòng, Segretario del Ministro di Annam.
15 » » Al sig. Francesco Soupa, della diocesi di Montauban.
» » » Al sig. Leone Peeters, della diocesi di Bruges.
17 » » Al sig. dott. Giuseppe Toison, dèll'archidiocesi di Cambrai.
» » » Al sig. dott. Giorgio Lemière, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. barone Alessandro Cavrois, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Paolo Delepoulle, della medesima archidiocesi.
18 >> » Al sig. Harry Barnes Tremaine, della diocesi di Brooklyn,
20 » » Al sig. Pietro Pasotti (Roma).
» » » Al sig. Firmino Dubar, della diocesi di Lilla.
• *24* » . » Al sig. dott. avv. Enrico Thomas, della diocesi di Bourges.

il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

31 ottobre 1922. Al sig. Genscki lunjiro, tenente di cavalleria nella Guardia Imperiale del Giappone.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

31 ottobre 1922. Al sig. Hanihara Masanao, Vice-Ministro degli Affari Esteri del Giappone.
» » » . Al sig. Sekiya Teizaburo, Vice-Ministro della Casa Imperiale del Giappone.

La Commenda con Placca dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

31 ottobre 1922. Al sig. Sakenobe Nobumichi, Consigliere d'Ambasciata, capo Sezione del Protocollo e del personale al Ministero degli Affari Esteri del Giappone.
» » » Al sig. Oya Masao, Segretario generale al Ministero della Casa Imperiale del Giappone.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

18 ottobre 1922. Al sig. dott. prof. Nicola Gentile (Roma).
25 » » Al sig. Cesare Moizo, dèll'archidiocesi di Milano.
27 » » Al sig. Domenico Guerra, della diocesi di Tortona.

28 ottobre 1922. Al sig. avv. Mario Minetti (Roma).
. .7novembre.- » Al sig. David Daykn.
» » » Al sig. Antonio Passoni, del Patriarcato di Venezia.
8 » » Al sig. Francesco Mondo, delFarchidiocesi di Torino.
9 » •> Al sig. Francesco Lu gari (Roma).
18. . » » Al sig. Paolo Coupleux, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Giorgio Whitefield Fay Reed.
21 » » Al sig. Giovanni Martini, della diocesi di Padova.

MAGGIORDOMATÖ Di SUA SANTITÀ .

NOMINE

Con .Biglietti di S. K. ilñía Monsignor Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Cawierieri Segreti soprannumerari di S. S.:

11 marzo 1922. Monsig. Alfredo Liberati (Roma).
5 maggio » Monsig. Cesare Federici (Roma).
27 ottobre » Monsig. Francesco Giuseppe Kleinlercher, della diocesi di Bressanone.
Monsig. Giacomo Grosso, della diocesi di Chiavari.
Monsig. Nicolò Roccatagliata, della medesima diocesi.
Monsig. Pietro Fabiani, delFarchidiocesi di Ravenna.
Monsig. Domenico Benelli, della medesima archidiocesi.
Monsig. Luigi Palazzi dell'archidiocesi di Camerino.
Monsig. Socrate Lotti, della medesima archidiocesi.
Monsig. Michele Padula, della diocesi di Potenza e Marsico.
4 novembre » Monsig. Antonio Bezerra de Menezes, della diocesi di Piauhy.
Monsig. Costantino Bozon e Lima, della medesima diocesi.
Monsig. Fernando Lopez e Silva, della medesima diocesi.
Monsig. Aristeo do Regó Barros, della medesima diocesi.
Monsig. Stefano Zemacik, della diocesi di Scepusio..
Monsig. Eugenio Platzner, della medesima diocesi.
Monsig. Wladimiro Ginoff, della diocesi di Luck e Zytomir,
Monsig. Andrea Fedukowicz, della medesima diocesi.
Monsig. Eugenio Gruberski, della medesima diocesi.
Monsig. Adamo Koszutowski, della medesima diocesi.
Monsig. Francesco KubigowskL della medesima diocesi.
Monsig-. Casimiro Targowski, della medesima diocesi.

8 novembre 1922. Monsig. Giuseppe Michnikowski, della diocesi di Plock.
» » » Monsig. Leone Goscicki, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Mariano Kowalski della medesima diocesi.
» » » Monsig. Boleslao Wlostowski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Valentino Zaluski, della medesima diocesi.
9 » » Monsig. Giuseppe Huertas Lanche, della diocesi di Asterga.
» » » Monsig. Mariano Flores Gallego, della medesima diocesi.
10 » » Monsig. Raffaele Amato, dèll'archidiocesi di Napoli.
13 » » Monsig. Marcello Schilhan, della diocesi di Giavarino.
» » » Monsig. Giuseppe Giralt, della diocesi di Barbastro.
» » » Monsig. Giuseppe Kulinowski, della diocesi di Cracovia.
» » » Monsig. Francesco Pietrzykowski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Cappella, della diocesi di Sira.
» » » Monsig. Matteo Brandtner, della diocesi di Linz.
» » » Monsig. Carlo Edelmueller, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Lamberto Schmidbauer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ippolito Arceo, della diocesi di Manila.
» » » Monsig. Giuseppe Dimbla, della medesima diocesi.
14 » » Monsig. Domenico Argnani, della diocesi di Faenza.
15 » » Monsig. Casimiro Gostynski, della diocesi di Lublino.
16 » » Monsig. Francesco Salkowitsch, della diocesi di Secovia.
> » » Monsig. Giorgio Fink, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Grossauer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pietro Gruber, della medesima diocesi.
» ». » Monsig. Luigi Müller, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Müller, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Massimiliano Peinlich, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Sehwechler, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Schweitzer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Filippo Maniero, dèll'archidiocesi di Genova.
17 » » Monsig. Tirso Lozano Rubio, della diocesi di Astorga.
» » » Monsig. Ilario Zorn, dèll'archidiocesi di Gorizia.
» » » Monsig. Ruggero Dalla Vecchia, dèll'archidiocesi di Corfù.
» » » Monsig. Alessandro Guidato, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. F. C. Kolbe, del Vicariato Apostolico di Capo di Buona Speranza.
» » » Monsig. Rosario Grillo, della diocesi di Trapani.
20 » » Monsig. Stefano Rosianu, dèll'archidiocesi di Blas.
» » » Monsig. Giorgio Simu, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Gonne, della diocesi di Salford.
21 » » Monsig. Francesco Valente, dèll'archidiocesi di Gaeta.
22 » » Monsig. Placido Gobbini (Roma).
24 » » Monsig. Guglielmo Ingensand, della diocesi di Münster.

Camerieri segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

25 ottobre 1922. Il sig. Senén Alvarez de la Rivera, delFarchidiocesi di Santiago (Chili).
20 » » Il sig. barone Armando de Pierre de Bernis, della diocesi di Città della Pieve.
» » » Il sig. conte Raimondo de Fugger, della diocesi di Rottemburgo.
9 novembre » 11 sig. conte Martino Bernardini, dell'archidiocesi di Lucca.
» » » Il sig. marchese Giovanni Dufour Berte, dell' archidiocesi di Firenze.
17 » » 11 sig. conte Alberto Casale y Figoroa, dell'archidiocesi di Bari.
22 » » Il sig. Errico Clipper, dell'archidiocesi di Colonia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.

10 aprile 1922. Monsig. Silvio Pierantozzi, della diocesi di Corneto Tarquinia e Civitavecchia.
19 giugno » Monsig Giovanni Kozinovié, dell'archidiocesi di Serajevo.
» » » Monsig Taddeo Mihacevic, della medesima archidiocesi.
8 novembre » Monsig Giuseppe Solignac, dell'archidiocesi di Nuova Orleans (S. U. A.).
» Monsig. Cesare Ferreira dos Santos (Roma).
» Monsig. Luigi Markuscewski, della diocesi di Luck e Zytomir.
Monsig. Casimiro Naskrecki, della medesima archidiocesi.
Monsig. Giuseppe Bieniecki, della medesima archidiocesi.
Monsig. Sigismondo Chmielniecki, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Ettore Panunzi (Roma).
13 » Monsig. Enrico Binder, della diocesi di Linz.
» Monsig. Giuseppe Kobler, della medesima diocesi.
» Monsig. Federico Pesendorfer, della medesima diocesi.
» Monsig. Giovanni Rieglér, della medesima diocesi.
» Monsig. Francesco Stingeder, della medesima diocesi.
16 » Monsig. Francesco de Oer, della diocesi di Secovia.
» » Monsig. Francesco Bayer, della medesima diocesi.
» » Monsig. Giovanni Leitgeb, della medesima diocesi.
16 » Monsig. Giuseppe Wurzinger, della medesima diocesi.
17 » Monsig. Emiliano Kratochwill, dell'archidiocesi di Vienna.
» Monster. Antonio Kailer, della medesima archidiocesi.

20 novembre 1922. Monsig. Chariton Popa, dèll'archidiocesi di Blas.
» » » Monsig. Alessandro Rusu, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Enrico Perez Capetillo, dèll'archidiocesi di Yucatán.

Camerieri d'onore extra Urbem ***di S. S. :***

24 ottobre 1922. Monsig. Francesco Anderlan, della diocesi di Trieste.
17 novembre » Monsig. Giovanni Allasia, dèll'archidiocesi di Torino.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

17 ottobre 1922. Il sig. Giuseppe Font Arbós, della diocesi di Majorca.
28 » » Il sig. conte Armando Burrus de Dangeran, dèll'archidiocesi di Bourges.
9 novembre » Il sig. Odoardo Giove (Roma).
10 » » **11** sig. nobile Antonio Papaleo, dèll'archidiocesi di Otranto.
13 » » Il sig. Onofrio Johnson, della diocesi di Nottingham.
» » » Il sig. Francesco Aroldo Turnbull, dell'archid. di Cardio'.
14 » » Il sig. Luigi Filippo Re (Roma).
» » » Il sig. Tommaso de Palacio y de Epalza, della diocesi di Vittoria.

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

13 novembre 1922. Monsig. Giorgio Naccari, della diocesi di Ghioggia.
16 » » Monsig. Giovanni Siener, della diocesi di Secovia.

Cappellani d'onore extra Urbem ***di'-S. S.:***

21 ottobre 1922. Monsig. Eugenio Gobbi, della diocesi di Como.
8 novembre » Monsig. Ceslao Konarzexski, della diocesi di Plock.
20 » » Monsig. Antonio Faragalli, del Patriarcato Latino di Gerusalemme.

Maestro Ostiario di Virga Rubea ***di numero della Cappella Pont. di S. S.***

14novembre 1922. Il Rev. Adolfo Stefanini (Roma).

NECROLOGIO

12 novembre 1922. Mons. Leone Livinhac, Arcivescovo tit. di Ossirinco.
8 dicembre » S. E. il sig. Card. Giuseppe M. Martin de Herrera y de la Iglesia, Arcivescovo di Compostella.

Annus XIT - Vol. XIV **27** Decembris **1922** Num. 18

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAKIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE PACE CHRISTI IN REGNO CHRISTI QUAERENDA.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Ubi arcano Dei consilio ac nutu Nos, qui nullis sane meritis commendaremur, ad hanc et veritatis cathedram et caritatis evecti sumus, habuimus in animo, venerabiles fratres, vos unaque Nostros dilectos filios, quotquot sunt vestris proxime demandati curis, quamprimum per amantissimas litteras universos alioqui. Huius voluntatis indicium, vixdum electi, dedisse videmur, cum ex edito Basilicae Vaticanae loco, in maxima hominum celebritate, Urbem atque orbem bene dicendo lustravimus : eamque benedictionem undique vos, sacro Cardinalium Collegio praeeunte, tanta cum gratulatione laetitiaque accepistis, quae Nobis, in subeundo, praeter exspectationem, huius officii onere suspensis, peropportuno atque, secundum divini auxilii fiduciam, maximo solacio fuerit. Nunc demum, Domini Nostri Iesu Christi

adventante natali, sub initium alterius anni *os nostrum patet ad vos;* [1] sitque vobis oratio Nostra solemnium strenarum instar quibus fausta parentis omina ad filios deferantur..

Id vero quominus maturius, ut erat in votis, efficeremus, aliae ex aliis causae usque adhuc prohibuere. Ac primo satisfaciendum catholicorum humanitati fuit, a quibus innumerabiles quotidie litterae afferebantur, beati Petri novum successorem salutantibus omni cum significatione flagrantissimae pietatis. Subinde ipsi experiri coepimus eam quae ab Apostolo memorata est, *instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum;*[2] atque ad cumulanda» Nostri muneris ordinarias curas haec accesserunt : ut negotia illa maximi momenti, quae Nos reperissemus inita, de Terra Sancta, deque christianorum ibidem statu et Ecclesiarum in primis illustrium, persequeremur ; ut apud victricium Civitatum conventus, in quibus nationum ageretur fortuna, memores Nostrarum partium, caritatis simul et iustitiae causam tueremur, hortantes praesertim ad habendam pro merito rationem rerum spiritualium, quae non minus valerent, imo potiores ceteris essent ; ut dissitarum gentium immensitatis fame aemmhisque omnis generis tabescentium, subvenire omni ope conaremur, id quod fecimus, tum quamplurimum subsidii Nostrae patiebantur angustiae mittendo, tum orbis terrarum beneficentiae implorando; ut in ipso populo[1], unde orti essemus, et quo in medio Petri Sedem Deus collocasset, eas quae per vim et violentiam dudum fiebant saepe contentiones, studeremus componere, quibus cara penitus Nobis civitas in extremum[1] discrimen adduci videbatur.

Non defuerunt autem eodem tempore, quae Nos gaudio admodum compleverint. Equidem per eos dies in quibus vel XXVI coetus Eucharisticus omnium nationum, vel solemnia tertium saecularia, post Sacrum Consilium Fidei Propagan-

[1] **II *Cor.* vr, 11.**

[2] **II *Cor.* xi, 28.**

dae conditum acta sunt, tanta animus Noster perfusus est caelestium consolationum copia, quanta in exordio Pontificatus Nos frui posse vix sperabamus. Itaque licuit cum omnibus fere et singulis dilectis filiis Nostris Cardinalibus seorsum conferre sermones, itemque cum venerabilibus fratribus Episcopis tam multis, ut non facile plurium annorum spatio maiorem numerum essemus visuri. Magnas quoque Christifidelium catervas, quasi totidem delectas partes eius infinitae prope familiae quam Dominus Nobis crediderat, *ex omm tribu et lingua et populo et natione,* ut est in Apocalypsi, coram admittere et paterno alloquio recreare Nobis percupientibus licuit. - Tum vero divina quaedam rerumi spectacula Nobis oblata sunt : cum Redemptor Noster Iesus Christus sub Eucharistiae velis delitescens, per urbem Romam, conf ertissimo piorum, qui undique confluxissent, comitatu, triumphantis ritu, circumferretur, lit in possessionem sibi debiti honoris, tamquam hominum et civitatum Regi, restitutus videretur ; cum sacerdotes bonique laici, tamquam si delapsus iterum in eos Paraclitus esset, precum spiritu et apostolatus studio inflammatus animos vulgo ostenderent ; cum vivax populi Romani fides, praeclaro Dei gloriae animarumque salutis emolumento, denuo, ut olimi, annuntiaretur in universo mundo. Interim Maria Virgo Deipara eademque nostrum omnium benignissima Parens, quae quidem in suis aedibus vel Czenstochowae, vel Ostrabramae vel in illo prodigiali specu Lapurdensi, maxime autem Mediolani ex aereo templi fastigio itemque ex propinquo sanctuario Rhaudensi Nobis olim arrisisset, gratum acceptumque habere visa est illud Nostrae pietatis officium, cum sacerrimae aedi Lauretanae, reparatis iis, quae vis incendii corruperat, venerabile ipsius simulacrum, apud Nos affabre reiectum, Nostrisque manibus et consecratum et corona redimitum, restituendum curavimus. Omnino magnifice splendideque triumphasse et ipsam dixeris augustam Virginem : namque a Vaticano Lauretum usque, quacumque sancta imago transvecta est, per-

petua quadam gratulationum serie religio populorum eam celebravit, omnibus ordinibus ex vicinia obviam effusis, qui sua in Mariam et in Vicarium Iesu Christi pientissima studia demonstrabant.

Horum vel laetabilium vel tristium eventorum admonitu, quorum hic memoriam commendatam volumus posteritate sensim factum est ut magis magisque menti Nostrae pateret, quid Nobis in Pontificatu maximo deberet esse antiquius, quidque primum scribendo ad vos edioeremus.

Hoc enimvero nemini est obscurum : nec hominibus singulis, nec hominum societati, nec populis, post illam belli calamitatem, adhuc pacem veri nominis esse quaesitam ; actuosamque et fructuosam tranquillitatem, quam omnes expetunt, adhuc desiderari. Sed huius mali accurate primum attendenda est magnitudo et gravitas, tum causae et semina perscrutanda, si quis velit, ut Nos volumus, opportunam ei medicinam admovere ; idque aggredi, pro Apostolici officii conscientia, habemus Nobis propositum in his litteris, quod ipsum deinceps persequi numquam cessabimus. Nimirum eadem perseverant tempora, quae Benedicti XV, desideratissimi decessoris Nostri, animum toto Pontificatus cursu solli citarunt ; consequens est, ut easdem, quas ille in hoc genere cogitationes habuit et consilia, Nosmet ipsi suscipiamus. Optandum est vero ut omnes boni idem sentiant idemque velint, ac Nos, operamque et studium Nobis navent ad veram diuturnamque hominibus reconciliationem a Deo impetrandam.

Mirum quam apte ad hanc aetatem quadrant illae voces prophetarum : *Expectavimus pacem, et non erat bonum: tempus medelae, et ecce for?nido.*[1] *Tempus curationis, et ecce turbatio*[2]. *Expectammus lucem, et ecce tenebrae:,.., iudicium, etnonest; salutem et elongata est a nobis.*[3]*Etenim,*

[1] Ier. viii, 15,.

[2] Ier. XIV, 19.

[3] Isa. ux, 9, 11.

positis dudum per Europam] armis, tamen scitis ex Oriente proximo novorum pericula bellorum ingruere; ibidemque per immensos terrarum tractus, ut diximus, omnia plena hoiTorum esse et miseriarum, cum ingens calamitosorum quotidie multitudo, senum praesertim mulierumque et puerorum, fame, pestilentia, vastationibus intereat: quacumque autem nuper belligeratum est, veteres nondum quievisse si[1] multates easque exerceri vel dissimulanter in politicis, vel tecte in rei nummariae varietatibus, vel patenter in quotidianis periodicisque scriptionibus ; vel in ipsos invadere fines earum rerum, quae suapte natura nihil habent acerbae contentionis, ut sunt artium studia et litterarum. Hinc inimicitiae offensionesque rerum publicarum mutuae populos respirare non sinunt ; nec solum vieti cum victoribus populis, sed etiam q u i vicerunt, ipsi inimice inter se agunt, cum alteri se a maioribus oppressos et exhaustos, alteri se minorum odiis insidiisque appetitus conquerantur. Incommoda autem confecti belli omnes omnino sentiunt civitates ; maxima quidem eae quae subactae sunt, sed non exigua vel illae quae bello abstinuerunt. Eademque, ob medicinae moram, in dies intolerabiliora fiunt ; praesertim cum ea quae ab hominibus politicis pluries usque adhuc instituta sunt consilia et conata, rebus medendi causa, nullum atque etiam opinione deteriorem exitum habuerint. Quare, ingravescente formidine ne calamitoisiora posthac oriantur bella, necessitas quaedam omnibus civitatibus nascitur in bellico apparatu vivendi : ex quo cum exhauriuntur aerarla, tum generis robur consumitur, tum etiam et doctrinae studia et religionis consuetudo et morum disciplina perturbantur.

Ad externas autem populorum inimicitias adiunguntur, quod peius est, intestina discidia, quibus et status civitatum et ipsa societas civilis periclitatur.

Primo loco ponenda est illa ordinum inter ipsos dimicatio, quae quasi ulcus mortiferum iam in veter a vit in sinu nationum, operas, artificia, commercia, omnia denique pii-

vatae publicamque prosperitatis elementa vulnerans. Atque huiusmodi labem usque reddit perniciosiorem accrescens bonorum externorum hinc aviditas, illinc tenacitas, et commune utrique parti habendi studium et imperandi. Inde ope-
2 um vel voluntariae vel coactae cessationes saepe gignuntur : inde etiam populares motus coercitionesque publicae magna cum molestia omnium et detrimento.

Deinde in re publica fere solent partes, non, pro opinionum varietate, commune bonum sincere spectantes, inter se contendere ; verum propriis servientes utilitatibus in perniciem ceterorum. Ergo cernere licet ut coniurationes increbrescant, ut insidiae, ut latrocinia in cives in ipsosque magistratus, ut terrores ac minae, ut apertae seditiones, ut alia id genus eveniant, quae quidem eo sunt graviora, quo amplius rem publicam populus, ut in his reipublicae formis, participat. Quas formas etsi Ecclesiae doctrina — ut cetera quae iure et ratione sunt instituta - non reiicit, tamen inter omnes liquet eas f actionum improbi tati facile patere.

Iamvero valde dolendum est huiusmodi luem alte ad ipsas humanae societatis radices penetrasse, id est ad convictum domesticum, cuius quidem eversionem iam pridem inchoatam, multum promovit immensa belli clades, patres filiosque familias procul dissipando, morumque corruptelas multis modis augendo. Ita neque in honore solet esse patria potestas, neque in pretio consanguinitas, heri famulique hostium loco inter se habent, ipsa coniugii fides nimio saepius violatur, et sancta coniugum officia erga Deum[1] civilemque societatem negliguntur.

Atque uti, cum quodpiam corpus aut nobilem eius partem male habere contigerit, vel minima etiam ipsius membra non bene valeant necesse est, sic eas res, ex quibus consortionem humanam societatemque domesticam aegrotare vidimus, in homines singulos consentaneum est redundare. Etenim nemo ignorat, hominum ex omni aetate omnique ordine, quam inquieti consueverint esse animi, quam morosi diffici-

lesque ; quantum obediendi fastidium quantaque laboris impatientia vulgo incesserit ; quemadmodum fines verecundiae transierit, in vestimentis choreisque praesertim, feminarum puellarumque levitas, quarum luxuriosiore cultu inopum odia concitantur ; denique ut crescat aerumnosorum numerus, ex quo agmini seditiosorum perpetuae ingentesque accessiones fiunt.

Ergo pro fiducia et securitate ancipites curae sollicitique metus, pro sollertia et labore inertia et desidia, pro tranquillitate ordinis, quae res pacem continet, rerum omnium perturbatio et confusio dominatur. Quapropter iacent, ut vidimus, industriae civilis incepta ; languent populorum inter se commercia; hebescunt litterarum artiumque studia ; desideratur, quod longe est gTavius, multis partibus, quae sit christianis digna, consuetudo vivendi, usque eo ut humana societas non modo non progredi ad omnem excellentiam, quemadmodum gloriali homines solent, sed ad barbarorum feritatem regredi videatur.

His vero omnibus malis, quae memoravimus, addenda sunt quasi in cumulum ea quae quidem *animalis homo non percipit*,[1] sed tamen in maximis komm temporum: numerari debent. Damna dicimus proprie facta in genere rerum spiritualium et supernaturalium, quibuscum animarum vita coniungitur, eaque, ut facile intelligitur, tanto sunt magis deploranda, quam bonorum externorum, detrimenta, quanto concretionem mortalem spiritus exsuperat. Nam, praeter eam, quae amodo dicta est, late fusam christianorum officiorum oblivionem, quantus Nobis, isque communis vobiscum, venerabiles fratres, est dolor, quod e compluribus templis in profanos usus bello conversis, non pauca sunt nondum sacris reddita ; quod clausa illo ipso tempore clericorum plura seminaria, educandis in religione ducibus populorum et magistris, adhuc non adest facultas aperiendi ; quod sacerdotum- quorum alios vis belli, in divinis ministeriis occu-

[1] I *Cor.* n, 14. '

patos, interemit, alios offensionum magnitudo, sanctae immemores disciplinae, perdidit - fere ubique extenuata copia est ; quod propterea nimis multis locis ea quae *in aedificationem corporis Christi* [1] omnino est necessaria, divini verbi praedicatio silet.

Quid, quod ex ultimis terris atque ex intimis barbariae regionibus nostri Missionales ad belli labores adiuvandos, domum frequentes evocati, cum uberrimos campos, ubi utilissime, religionis humanitatisque causa, desudabant, reliquissent, haud ita multi ad stationes suas salvi reverterunt ? Quamquam huiusmodi iacturas cum optimis etiam fructibus, aliqua ex parte, compensari vidimus : nam et evidentius apparuit - contra quam calumniari vulgus adversariorum consuevit - in animis sacricolarum patriae caritatem omniumque officiorum conscientiam vigere maxime ; et militum plurimi, ipsis in faucibus mortis constituti, cum in sacrorum administris, ex quotidiana consuetudine, magnanimitatis et diligentiae eximia documenta suspicerent, cum sacro ordine Ecclesiaque in gratiam redierunt. Sed enim in hoc bonitas et sapientia Dei est admiranda, qui unus ex ipso malo bonum eliciat.

Hactenus de malis horum temporum. Nunc in causas, unde exstitere - tametsi de iis aliquid necessitate quadam iam attigimus - data opera inquirarmis.

Principio videmur, venerabiles fratres, divinum humanarum infirmitatuiîi' consolatorem et medicum audire, sic iterum affirmantem* : *Omnia haec mala ab intus procedunt..* [2] - Utique solemni pacto inter belligérantes convenit pax; sed illa consignata est publicis tabulis, non in animas inscripta hominum: vivunt ibi etiamnunc bellici spiritus atque inde civilem in convictum perniciose quotidie magis redundant. Diutius enim usque quaque violentiae ius exsultavit,

[1] ***Ephes,* iv, 12.**

[2] **Marc,** VII**, 23.**

atque in hominibus eos natura Ínsitos, quos christianae caritatis lex per fecerat, benignitatis miisericordiaeque sensus paullatim obstupefecit ; eosdemque haec pacis reconciliatio specie facta, non re, minime redintegravit. Ita apud longe plurimos diuturna invidendi consuetudo vim naturae iam obtinet ; et coeca illa lex domiinatur, quam Paulus Apostolus in membris suis legi mentis repugnantem ingemiscebat. Frequentius igitur evenire solet, ut homo homini non, ex Christi praecepto, frater, sed extraneus videatur et nostis ; dignitatis ipsiusque personae humanae ratio paene habeatur nulla, vis dumtaxat valeat et numerus ; alteri alteros opprimere contendant ob eam causam, ut bonorum huius vitae, quantum possint, potiantur. Scilicet nihil pervulgatus est inter homines quam bona sempiterna, quae Christus Dominus per Ecclesiam suam continenter proponit omnibus adipiscenda, negligere, et fluxarum[1] rerum et caducarum adeptionem insatiabiliter appetere.

Atqui hoc habent bona externa ut, si immoderate appetantur, omne genus maiorum pariant, depravationemi morum imprimis et discordias. Etenim, ut per se viiia sunt et abiecta, animum sane non possunt explere hominis, quem a Deo factum destinatumque ad Dei fruendam gloriam, necesse est sollicitum semper et inquietimi vivere, donec in Deo conquiescat.

Praeterea, cum eadem sint angustis plane finibus circumscripta, quo plures fuerint qui ea participent, eo minus singuli accipient ; contra, ea quae sunt spiritus, etsi inter plures dispertita, tamen, omnes locupletando non ideo deiriinuuntur. Ex quo efficitur, ut terrenae res, quia nec omnibus aeque satisfacere nec plene exsaturare ullum possunt, idcirco et discidiorum evadant causae et aegritudinum, vereque *vanitas v unitatum.... et afflictio spiritus,* [1] quemadmodum eas sapientissimus omnium Salomon expertus appellavit. Id quod societati hominum accidit non secus ac singulis. *Unde*

[1] ***Eccle.* i,** 2, 14,

bella et lites in vobis?, inquit Iacobus Apostolus, *nonne hinc, ex concupiscentiis vestris?* [1]

Nam *concupiscencia carnis,* idest voluptatem cupiditatibus, nullam capitaliorem pestem dixeris cogitari posse, non solum ad domus sed ad ipsas civitates perturbandas * *ex coneupiscentia oculorum,* idest habendi cupiditate, acerbae illae nascuntur contentiones civilium ordinum, suis cuiusque commodis plus nimio inservientium ; *superbia vitae* autem, idest studio ceteris omnibus dominandi, adductae partes politicae sic inter se cligladiari consueverunt, ut nec crimine maiestatis,-nec perduellione, nec ipso patriae parricidio abstineant.

Atque huic quidem intemperanti a e cupiditatum, specie scilicet se boni publici et caritatis patriae obtegenti, tribuendae profecto sunt quae inter nationes solent inimicitiae simultatesque existere. Etenim haec quoque patriae gentisque suae caritas, quamquam non parum habet ad plures virtutes atque ad fortia facinora incitamenti, si quidem lege christiana regatur, fit tamen multarum iniuriarum et iniquitatum semen, cum, aequi rectique fines praetergressa, in immoderatum' ereverit nationis amorem. Quo qui abrepti sint, ii profecto obliviscuntur, non modo populos omnes, ut partes familiae humanae universae, fraterna inter se consuetudine copulari, et aliis quoque gentibus ius esse vivendi et ad prosperas aspirandi fortunas, sed etiam nec licere noe expedire utile ab honesto seiungi. Nam *iustitia elevat gentes, miseros autem facit populos peccatum.* [2] Quod vero familiae vel civitati vel reipublicae comparatae sint, cum ceterorum detrimento, utilitates, id hominibus egregie magnificeque factum videatur, at nec stabile fore nec sine ruinarum metu, sapienter admonet Augustinus : « *vitrea laetitia fragilités splendida, cui timeatur horribilius ne repente frangatur* [3]

[1] **Iac. iv,** 1.

[2] ***Prov.*** **XIV, 34.**

[3] **S. August.** ***De Civ. Dei,*** **lib. iv, c. 3.**

Verum, quod pax abfuerit hodieque, cum tot sanatione maiorum, desideretur, id altius etiam, quam adhuc fecimus, repetendum est. Iam enim multo ante quam Europa bello flagraret, vitio hominum civitatumque, praecipua tantarum calamitatum effectrix causa invalescebat, quam ipsa conflictus immanitas submovere de medio ac tollere certe debebat, si quidem[1] omnes intellexissent quid maximas eiusmodi eventis significaretur. Illud Scripturarum quis ignorat? *qui dereliquerunt Dominum, consumentur;* [1] nec nota minus Iesu, Redemptoris hominum, et magistri, ea gravissime dicta : *sine me nihil potestis facere*^ [2] itemque : *qui non colligit mecum, dispergit.* [3]

Quae Dei iudicia cum omni tempore ad effectum adducta sint, nunc maxime sub omnium oculis efficiuntur. Quod enim homines a Deo et Iesu Christo misere desciverunt, idcirco de pristina rerum felicitate in hanc maiorum colluviem d emersi sunt, et hac ipsa de causa cadit plerumque irritum quidquid ii moliantur ut damna reparent, et quantum ex tot minis reliqui est, tueantur. Itaque Deo et Iesu Christo a legibus et re j^ubliea submoto, iam non a Deo derivata sed ab hominibus auctoritate, factum est, ut - praeterquam quod legibus verae solidaeque sanctiones interceptae sunt summaque iusti principia, quae vel ethnici philosophi, ut Cicero, tantummodo lege Dei aeterna contineri perspicieb a t - ipsa praeterea auctoritatis fundamenta convelierentur, principe sublatâ causa, cur aliis ius esset imperandi, aliis autem officium p arendi. Ex quo totam oportuit concuti societatem humanam, nullo iam solido fultam columine et praesidio, factionibus de imperio certantibus, ut suis, non patriae, commodis prospicerent.

Decretum pariter est, iam non Deum;, non Christum Dominum constituendae primum familiae praesidere, reiecto

[1] **Is. i, 28.**
[2] **Io.** XV, **5.**
*** Luc. xi, 23.**

inter civiles pactiones matrimonio, quod Christus *sacramentum magnum*[1] fecerat figuramque voluerat esse sanctam ac sanctificantem vinculi illius perpetuo mansuri, quo ipse cum Ecclesia coniungitur sua. Quamobrem vidimus religionis obscurari passim in populo intelligentiam sensumque obtundi, quem Ecclesia primo societatis germini, quod familia est, offuderat ; domesticum ordinem, domesticamque pacem, everti ; familiae communionem stabilitatemque cotidie magis labefieri, eiusque sanctitudinem tam frequenter sordidarum cupiditatum aestu ac mortifero viliorum utilitatum amore violari, ut fontes ipsi vitae cum familiarum, tum etiam populorum inquinaren tur.

Denique ab institutione iuventutis Deum et Christum eius segregar! visum est : at necessario est consecutum, ut religio non tam a scholis abesset quam in scholis tacite vel etiam aperte oppugnaretur, et pueri sibi persuadèrent, nihil aut certe parum ista omnia ad bene vivendum valere, de quibus aut nullus haberetur sermo aut verba utique plena, cont emptionis fierent. Ita vero, Deo eiusque lege e disciplina studiorum exstantibus, iam non intelligitur quo pacto adolescentulorunt animi ad malum devitandum atque ad aetatem honeste sancteque agendam institui possint ; et simul, quemadmodum domestico et civili convictui copia suppetat hominum, qui sint bene morati, ordinis pacisque amatorem et ad communem[1] idonei utilesque prosperitatem:.

Posthabitis igitur christianae sapientiae praeceptis, non. est cur miremur, discordiarum: semina ubique, tamquam opportuno in solo, sata, tandem in teterrimum illud empisse bellum, quod vi et sanguine odia inter populos atque ipsos civium ordines vehementius aluit, nedum lassitudine restingueret.

Quoniam autem, venerabiles fratres, causas maiorum,, quibus societas hominum premitur, breviter perstrinximus,,

[1] *Eph,* *v,* **31**

iam videamus, quae ex ipsorum natura coniicere liceat apta societati sanandae remedia.

Primum igitur omnium necesse est animos pacari hominum. Neque enim valde profutura sit ea exterior pacis species, qua, quasi comitate quadam, eorum inter se consuetudo regitur atque informatur; sed tali opus est pace, quae pervadat tranquilletque animos, eosque ad fraternam erga ceteros benevolentiam inclinet et componat. Eiusmodi autem non est nisi pax Christi : *et pax Christi exsultet in cordibus vestris;*[1] nec alia et dissimilis esse queat pax, quam dat ipse suis,[2] cum, Deus ut est, vel in medullas intueatur[3] inque animis regnet. Bene suam, ceterum, Dominus Iesus appellare hanc potuit pacem, qui primus hominibus edixerit; *omnes vos fratres estis;*[4] et legem promulgaverit mutuae inter universos omnes caritatis et patientiae, suo ipsius sanguine veluti obsignatams : *hoc est praeceptum meum ut diligati s invicem sicut ego dilexi vos*[5] - *alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi.*[6]

Inde profecto consequitur, germanam* Christi pacem non posse ab iustitiae norma deflectere, tum quia est Deus ipse qui *iudicat iustitiam,*[7] tum quia *opus iustitiae pax;*[8] verum nequit eadem tantummodo dura et quasi ferrea constare iustitia, sed temperari utique debet haud minore caritate, quae quidem virtus nata apta est ad homines cum hominibus placando s. Itaque huiusmodi pacem Christus humano generi comparavit, immo etiam, ut tam nervose Paulus, *Ipse est pax nostra,* quia, cum divinae satisfaceret iustitiae in carne sua per crucem, interfecit *inimicitias in se-*

[1] *Col* m, 15.
[2] Io. XIV, *Ti.*
[3] I *lieg.* XVI, 7.
[4] Matth. XXII], 8.
[5] Io. XV, *n*
[6] *Gai.* vi, 2.
[7] *Ps.* ix, 5.
[8] Is. XXXII, í7.

metipso, ... faciens pacem,[1] et omnes atque omnia Deo in se reconciliavit ; atque in ipsa redemptione Paulus non tam iustitiae, ut demum est, quam divinum reconciliationis et caritatis opus considerat atque agnoscit : *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi;* [2] *sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret-*[3] Ad rem aptissime, ut solet, scribit Angelicus Doctor, veram germanamque pacem ad caritatem potius quam ad iustitiam pertinere, cum haec quaecumque pacem impediant removeat, ut iniurias, ut damna; pax vero sit proprie ac peculiariter caritatis actus.[4]

Ad pacem igitur Christi, quae, a caritate profecta, penitus in animo insidet, ea iure accommodantur quae de regno Dei, qui sane per caritatem animos possidet, habet idem Apostolus : *non ast regnum Dei esca et potus;* [5] id est pax Christi non caducis bonis, sed spiritualibus sempiternisque alitur, quorum excellentiam ac praestantiam Christus ipse, cum patefecit mundo, tum hominibus suadere non cessavit. Propterea enim dixit : *quid. prodest homini si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?*[6] Et docuit deinceps qua Christianus debeat esse constantia ac firmitate animi : *nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.* [7]

Non quo pace eiusmodi qui frui velit, is bona huius vitae repudiare debeat; quin etiam his, ex ipsa Christi promissione, affluet : *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicienitur vobis.* [8] At vero : *Pax Dei*

[1] *Eph.* n, 14 et ss.
[2] **1Ï** Cor. v, 19.
[3] Io III, 16.
[4] 2ª, 2ªᵉ, q. 29, III, ad 3ᵘᵐ.
[5] Boni. XIV, 17.
[6] Matth. XVI, 26.
[7] Matth, x, 28; Luc. xii, 14.
[8] Matth, vi, 33 ; Luc. XII, 31.

ex superat omnem sensum, [1] et hac prorsus de causa caecis imperat cupiditatibus, et dissensiones discordiasque devitat, quas libido habendi necessario gignit.

Effrenatis igitur virtute cupiditatibus, redditoque honore suo iis quae sunt spiritus, illud sponte sequetur commodi, ut christiana pax, cum integritatem morum) afferat, tum humanae personae dignitatem illustret ; quam quidem, postquam suo Christus redemi t sanguine, Patris caelestis adoptio fraternique cum ipso Christo necessitudo consecrat^ orationes et sacramenta divinae tum gratiae participem tu,m naturae consortem efficiunt usque eo, ut, mortalis vitae bene actae praemio potita, in sempiternum divinae gloriae possessione perfruatur.

Quoniam autem supra demonstravimus praecipuam quandam causam turbidarum rerum, in quibus vivimus, eam esse quod, valde imminuta sit vel iuris auctoritas vel verecundia potestatis - nimirum ex quo negari placuit ius potestatemque a Deo, mundi conditore et gubernatore, profectam - huic etiam incommodo pax Christiana medebitur, cum eadem divina sit pax, eoque ipso ordinem, legem imperium que salva esse iubeat. Haec enim habent Scripturae : *Disciplinam in pace conservate.* [2] *Pax multa diligentibus legem tuam Domine.* [5] *Qui timet praeceptum in pace versabitur.*[4] Dominus vero Iesus non modo illud edixit : *reddite quae sunt Caesaris, Caesari;* [5] sed etiam in ipso Pilato revereri se professus est potestatem ei datam desuper ; [6] quemadmodum discipulis praeceperat revererentur eos qui *super cathedram, Moysi sederunt Scribae et Pharisaei.* [7] Mirabile est autem quantum in domestico convictu patriae potestati tribuerit, Mariae et

[1] ***Phil.*** **iv, 7.**
[2] *ECCU.* XLT, 17.
[3] ***Ps.*** **cxviii, 165.**
[4] ***Prov.*** XIII, **13.**
[5] **Matth.** XXII, 21.
[6] **IO.** XIX, **11.**
[7] **Matth.** XXI*ii*. **2.**

Ioseph subditus in exemplum : cuius etiam est illa per Apostolos promulgata lex : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo.*[1]

Quod si quis animadvertat, quae Christi consilia atque instituta essent de humanae dignitate personae, de morum innocentia, de obediendi officio, de societatis hominum ordinatione divina, de sacramento matrimonii deque familiae christianae sanctitudine, haec, inquimus, et talia dogmata quae de caelo in terras detulisset, ipsum Ecclesiae dumtaxat suae tradidisse et quidem cum pollicitatione solemni opis praesentiaeque numquam defuturae, eidem mandasse ut universis gentibus usque ad finem saeculorum, magistra fallendi nescia, nuntiare non desistere t, is profecto intelliget, quid et quantum afferre remedii ad res mundi pacifìcandas Ecclesia catholica et possit et debeat.

Nam. quia una divinitus constituta est harum veritatum praeceptorumque interpres et custos, in ipsa unice vera et inexhausta quaedam f acuitas inest, ut cum a communi vita domeisticaque societate et civili *materialismi* maculam!, quae tanta ibi iam fecerat damna, prohibeat, christianamque disciplinam de spiritu, seu de animis hominum immortaiibus, philosophia multo potiorem, eodem insinuet : tum ut omnes inter ipsos ordines civium ac plebem universam altioris quodam benevolentiae sensu et *quadam quasi fraternitate*[2] coniungat, ac singulorum quoque dignitatem hominum, iure vindicatam, ad Deum ipsum extollat ; tum denique curet, ut, publicis privatisque moribus emendatis, sanctiusque institutis, omnia Deo qui *intuetur cor,*[3] plene subiecta, eiusdem et doctrinis et legibus penitus informentur atque ita omnibus sacri conscientia officii imbutis animis hominum, sive privatorum sive principum, ipsisque ordinibus publicis civilis societatis, *sit omnia et in omnibus Christus.*[4]

[1] *Rom.* XIII, i.

[2] **S. August.,** ***Be moribus Ecclesiae Catholicae,*** **I, 30.**

[3] ***Reg.*** XVI, **7.**

[4] ***Coloss,*** m, 11.

Quamobrem cum unius Ecclesiae sit, ex veritate qua pollet et virtute Christi, hominum recte conformare animos, ea sola potest veram Christi pacem non modo in praesens conciliare sed etiam confirmare in posterum tempus, nova, quae ingruere diximus, bellorum pericula propulsando. Una enim, divino mandato iussuque, docet Ecclesia ad aeternam Dei legem omnia debere homines exigere, quaecumque ipsi agant, publice aeque ac privatim, singuli pariter ac societate coniuncti. Quae autem ad salutem multorum pertinent, apparet longe maioris esse momenti.

Cum igitur et civitates et respublicae sanctum et solemne habuerint, vel in domesticis vel in externis rationibus, doctrinis praescriptisque Iesu Christi obsequi, tum demum et apud se pace fruentur bona et mutua utentur fiducia, cöntroversiasque, si quae forte suboriantur, pacifice diriment.

Quod si in hoc genere aliquid ad hunc diem, tentatum! est, id aut nullum aut exiguum sane sueeessumi habuit, maxime in iis rebus quibus inter se acerbius populi conectantur.'

Etenim nullum est institutum hominum quod universis imponere gentibus queat communium quemdam Codicem legum, his consonum temporibus; cuius generis habuit, aetate media, vera illa nationum societas, quae christianorum populorum communitas fuit. In qua, etsi re saepius omnino violabatur ius, ipsius tamen iuris sanctitas manebat in causa vigens, tuta veluti norma ad quam nationes ipsae iudicarentur.

At divinum est institutum, quod iuris gentium sanctitatem custodire potest ; institutum scilicet et ad nationes omnes pertinens et nationibus supereminens omnibus, maxima quidem praeditum auctoritate ac plenitudine magisterii venerandum, Ecclesia Christi : quae una ad tantum idonea munus apparet tum ex divino mandato, tum ex natura ipsa et constitutione sua, tum denique e tanta saeculorum maiestate, ne belli quidem tempestatibus oppressa, sed potius mirabiliter aucta.

Sequitur igitur ut pax veri nominis, nimirum optatissima pax Christi exsistere nulla possit, nisi Christi doctrinae, praecepta, exempla fideliter teneantur ab omnibus, in publicis privatisque vivendi rationibus ; atque ita, hominum recte instituta communitate, Ecclesia tandem, divino suo munere fungens, Dei ipsius, quotquot sunt iura, tum in singulos homines, tum in hominum societatem tueatur.

His enim continetur, quod brevi dicimus, *Regnum Christi.* Regnat siquidem Iesus Christus in mentibus *singulorum hominum* doctrinis suis, regnat in animis caritate, régnât in omni hominum vita legis observantia suae suorumque exemplorum imitatione. Regnat idem in *societate domestica,* cum haec christiani matrimonii sacramento constituta, tamquam res quaedam sacra, inviolate consistit, in qua parentum potestas paternitatem divinam exprimat unde oritur ac nominatur ; [1] ubi filii obedientiam Iesu pueri aemulentur, atque omnis vitae ratio sanctimoniam redoleat Nazarethanae Familiae. Regnat denique Iesus Dominus in *societate civili,* cum, summis in ea Deo tributis honoribus, ab eodem auctoritatis origo et iura repetuntur, ne vel imperandi norma desit, vel parendi officium et dignitas ; ac praeterea in eo dignitatis gradu statuitur Ecclesia in quo a suo ipsius Auctore collocata fuit, perfectae societatis, ceterarumque societatum magistrae ac ducis ; eiusmodi videlicet quae non potestatem ipsarum imminuat - sunt enim in suo quaeque ordine legitimae - sed quae opportune perficiat, uti gratia naturam ; unde nimirum societates eaedem hominibus valido praesidio sint ad supremum finem attingendum, quae beatitas est sempiterna, ac securius Hanc ipsam civium mortalem vitam fortunent.

Ex his liquet nullam esse Christi pacem nisi in regno Christi ; nec vero posse nos contendere efficacius ad pacem constabiliendam, quam Christi regnum instaurando.

Cum igitur Pius *X.insta/urare omnia in Christo* nitere-

[1] ***Ephes:* III, 15.**

tur, is, divino tamquam afflatu permotus, opus illud parabat *reconcUiandae pacis,* quod deinde fuit Benedicti XV propositum. Nos, ea simul persequentes quae ambo decessores Nostri assequenda, sibi proposuerunt, id maxima contentione studebimus, *pacem Christi in regno Christi,* quaerere, Dei scilicet gratia omnino confisi, qui Nobis, in hac summa potestate tradenda, perpetuo se adiuturum polliceretur.

In hanc rem, bonorum omnium auxilium expectantes, vos imprimis, venerabiles fratres, appellamus, quos ipse Dux noster et Caput Christus, qui Nobis universi gregis sui curam commisit, in partem sollicitudinis Nostrae vocavit sane praestantissimam, vos nempe positos a Spiritu Sancto *regere Ecclesiam Dei,* [1] *vos ministerio reconciliationis* praecipue iñsignitos, *pro Christo legatione fungentes* [2] eiusdemque et magisterii divini participes et *dispensatores mysteriorum,* [3] ac propterea *sal terrae* nuncupatos et *mundi lucem,* [4] christianorum doctores populorum ac patres, *formam gregis factos ex animo* [5] et *magnos* etiam vocandos *in regno caelorum;* [6] vos denique omnes, quibus, veluti artubus praecipuis et aureis quibusdam nexibus *compactum et connexum totum corpus* Christi, [7] quod est Ecclesia, constitutum 'in Petrae soliditate, consurgit.

Eximiae autem sollertiae vestrae novum illud ac recens argumentum, accessit, cum, per occasionem, quam sub initium harum litterarum commemoravimus, Romani Conventus Eucharistici et saecularium sollemnium S. Congregationis a Propaganda Fide, quam plurimi ex omnibus terrarum orbis regionibus in almam Urbem ad Apostolorum sepulcra convenistis. Tum vero coetus ille Pastorum celebri-

[1] ***Act.*** **XX, 26.**
[2] **II *Cor.* v, 18, 20.**
[3] **I *Cor.* iv, 1.**
[4] **Matth, v, 13, 14.**
[5] **I Petr. v, 3.**
[6] **Matth, v, 19.**
[7] ***Ephes*, IV, 15, 16,**

täte et auctoritate amplissimus hanc Nobis mentem iniecit suo tempore cogendi in hanc eandem Urbem, orbis catholici caput, solemnem eiusdem generis consessui», qui collapsis rebus, post tantam societatis humanae turbationem, medicinam adhibeat peropportunam; huiusque rei spem bonam auget *Anni sancti*, qui appropinquat, auspicata faustitas.

Necdum tamen audemus in praesenti aggrediendum Nobis proponere illius Concilii oecumenici instaurationem, quod, nostrae memoria iuventutis, sanctissimus Pontifex Pius Nonus inchoavit, sed eius partem dumtaxat, quamvis permagni momenti, perfecit. Cuius rei id profecto est causae, quod Nos quidem, ut dux ille Israelitarum clarissimus, precibus veluti suspensi expectamus dum: bonus ac misericors Deus suae Nobis certius voluntatis consilium aperiat.[1]

Inter haec vero, quamquam optime novimus sollertiae vestrae ac navitati nullos esse stimulos admovendos, at meritissima potius laudum praeconia tribuenda, conscientia tamen apostolici muneris Nostrique in omnes paterni officii Nos admonet ac paene compellit, ut vestrum omnium! quantumvis incensa studia novis quodammodo igniculis inflammemus : ex quo certo fìat ut, quas singuli singulas sortiti estis pascendas dominici gregis partes, eas impensioribus in dies curis prosequamini.

Equidem quam multa, quam praeclara quamque opportuna, decessoribus Nostris vobisque auctoribus, apud clerum omnemque populum fidelem et sapienter excogitata sint, et feliciter inchoata atque etiam salubriter perfecta et pro hominum adiunctis singulari cum laude absoluta, tum ex publica fama, editis etiam scriptis disseminata aliisque monumentis confirmata, tum e privatis uniuscuiusque vestrum et aliorum complurium nuntiis ad Nos delatis cognovimus, et gratias immortali Deo agimus quantas maximas possumus. In his incepta praesertim suspicimus multa eademque providentissime ad animos vel sanis doctrinis instruendos, vel

[1] *Iudic,* vi, 17.

virtutibus ac sanctitate imbuendos : item coetus clericorum * laicorumque, seu pias uniones quas vocant, sacris inter infideles expeditionibus sustentandis provehendis, ad regnum Christi Dei amplificandum salutemque et temporariam et sempiternam barbaris gentibus importandam ; tum sodalitates iuvenum, et numero auctas et pietate in beatam Virginem atque in sacram praesertim Eucharistiam singulari, cum eximia fidei, castimoniae, interque ipsos veluti fraternae benevolentiae laude coniuncta. Consociationes addimus alias virorum, mulierum alias, atque eucharisticas in primis, quae augustum Sacramentum cum. frequentioribus tum solemnioribus prosequendum honoribus curant, pompis etiam magnificentissimis vicatim per urbes deducendis; conventibus item cogendis celebérrimas vel e confluente vicinia vel e popularium multitudine vel denique ex externorum quoque legatis populorum prope omnium, omnibus tamen una fide, adoratione, prece, fruitione caelestium bonorum mirifice copulatis.

Huic iam pietati acceptum' ref erimus sacri spiritum apostolatus latius multo diffusum quam antea, id est studium illud ferventissimum precibus primum assiduis exemplisque vitae, deinde verbis bonis scriptionibusque frugiferis ac ceteris etiam caritatis operibus adiumentisque enitendi, ut cum in singulis; animis hominum^tumin domestica ipsa et in civili communitate divino Cordi Christi Regis debitus in primis amor, cultus et imperium restituatur. HLIC item spectat *bonum certamen,* veluti pro aris et f ocis, ineundum praeliumque multiplici e fronte committendum pro iuribus societatis religiosae ac domesticae, Ecclesiae ac familiae, a Deo Eaturaque profectis, de ipsa liberorum institutione. Huc denique pertinet omnium eorum summa, seu complexio, institutorum, consiliorum, et operum quae nomine *actionis catholicae,* Nobis carissimae, perhibentur.

Iam haec omnia, aliaque id genus permulta, quae commemorare longum est, non modo firmiter retinenda sunt,

verum-etiam studiosius provehenda in dies, novisque incrementis augenda, prout rerum hominumque condicio postulat. Quod si ardua haec videantur et Pastoribus ac fidelium gregibus laboriosa, at eadem procul dubio necessaria sunt et in praecipuis sacri pastoris officiis ac vitae christianae rationibus posita. Iisdem de causis apparet, - et multo clarius nimirum!, quam ut illustrari oporteat, - quantopere sint ea nexa inter se omnia et coniuncta cum illa regni Christi instauratione quae in votis est, pacisque reconciliatione christiana, quae huius est unius regni propria: *pax Christi* ***in*** *regno Christi.*

Atque illud velimus Sacerdotibus vestris renuneietis, venerabiles fratres, Nos, tot laborum impigre pro Christi grege susceptorum cum testes tum socios dudum atque participes, semper maximi fecisse et facere eorum sive in laboribus perferendis magnanimitatem sive industriam in novis usque rationibus inveniendis, quibus novis necessitatibus occurratur quas temporum vices induxerint ; eosdemque Nobis eo arctiore unitatis vinculo, Nosque vicissim ipsis paterna benignitate coniunctos fore, quo libentius arctiusque Pastoribus, tamquam Christo ipsi, ducibus et magistris, et vitae sanctitate et obedientiae integritate adhaeserint.

Quantam vero, venerabiles fratres, pro nostris propositis cogitatisque ad rem deducendis in Clero regulari spem reponamus non est cur longo exsequantur sermone, cum compertum vobis sit quantum; is quidem: conferat ad Christi regnum et domi confirmandum et foris dilatandum'. Etenim cum hoc suum habeant religiosarum familiarum alumni, ut Christi non modo praecepta sed etiam consilia servent exerceantque, iidem vel in sacrorum septorum umbratili palaestra rebus caelestibus operam dantes vel in apertum campum progredientes, dum perfectae christianae vitae speciem ad vivum sua vita exprimunt et sese totos bono communi devoventes, quo uberius spiritualibus bonis potiantur, a rebus omnibus terrenis suisque commodis abdicant, Christifide-

les, veluti exemplo continenter ob eorum oculos proposito, ad altiora appetenda provocant ; idque feliciter assequuntur, adiectis etiam praeclaris christianae beneficentiae officiis qua omnibus corporum animorumque languoribus medentur. Qua in re, ut ecclesiasticae historiae monumenta testantur, eo usque, divina urgente caritate, saepe sunt progressi, ut in Evangelii praedicatione pro animarum salute vitam profunderent, et sua ipsorum morte Christi regni fines, fidei unitate christianaeque fraternitatis propagata, amplificarent.

Illud porro in Christifidelium mentes revocate, quod cum ii, vobis cleroque vestro auctoribus, in provehenda Christi cognitione et amore publice privatim inculcando navant operam, tum demum maxime digni sunt qui salutentur *genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis ;*[1] tum demum, et ipsi Nobiscum et cum Christo arctissime coniuncti, Christi regno sua industria et navitate propagando et instaurando, de communi hominum inter se pace optime merentur. Haec enim vera quaedam iurium aequalitas in regno Christi viget floretque, ut omnes eadem nobilitate insignes, eodem Christi sanguine pretioso condecorentur ; qui autem praeesse ceteris videantur, Christo Domino ipso suo exemplo praeeunte, communium bonorum administri ac proinde famuli omnium famulorum Dei, infirmorum praesertim atque omni ope destitutorum, et iure vocentur et sint.

Attamen, quae rei socialis commutationes id genus adiutorum in opere divino persequendo necessitatem vel induxerunt vel auxerunt, eaedem nova pericula nec pauca nec levia imperitis peperere. Etenim, teterrimo bello vix dissipato, civitatibus deinde partium agitatione perturbatis, ea hominum mentes animosque studia effrenata pervaserunt, eaeque opinionum perversitates, ut iam sit extimescendum ne optimus quisque Christifidelium atque etiam sacerdo-

[1] I *Petr.* ii, 9.

tum, falsa veri bonique specie allectus, lugenda errorum contagione inficiatur.

Quot enim sunt qui catholicas doctrinas profiteantur in iis quae spectent vel' ad civilis societatis auctoritatem debitumquè obsequium eidem habendum, vel ad ius proprietatis, vel ad agricolarum et opificum iura et officia, vel ad necessitudines civitatum inter ipsas aut inter opifices et dominos vel ad rationes mutuas inter ecclesiasticam potestatem civilemque vel ad Sanctae Sedis iura Romamque Pontificis atque ad Episcoporum! privilegia vel ad ipsa denique iura Christi Conditoris, Redemptoris ac Domini in homines singulos populosque universos? Iidem vero sermonibus, scriptis, omnique vivendi ratione haud aliter se gerunt ac si doctrinae praeceptaque toties a Summis Pontificibus, a Leone XIII praesertim, Pio X ac Benedicto XV, promulgata, aut nativum robur amisissent aut penitus obsolevissent.

In quo genus quoddam modernismi moralis, iuridici ac socialis est agnoscendum ; quod quidem, una cum modernismo illo dogmatico, impense reprobamus.

Illae igitur doctrinae revocandae sunt ac praecepta quae diximus; excitandusque in omnibus idem fidei divinaeque ardor caritatis, qui unus possit et illarum plane sensum aperire et horum observantiam urgere. Quod potissimum in christiana iuventute instituenda praestari volumus, in illa maxime quae feliciter in spem sacri ordinis adolescit; ne ea videlicet in hac tanta rerum conversione atque opinionum omnium perturbatione, fluctuans, ut ait Apostolus, *circumferatur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* [1]

Ex hac vero Apostolicae Sedis veluti specula et quasi arce circumspectantibus Nobis, venerabiles fratres, nimis adhuc multi occurrunt qui vel Christum penitus ignorantes vel non eius integram germanamque doctrinam, praescri-

[1] *Eph.* iv, 14.

ptamve unitatem retinentes, necdum *sunt de hoc ovili,* ad" quod tamen divinitus destinantur. Quamobrem qui Pastoris aeterni gerit vices, facere non potest quin et iisdem studiis inflammatus, easdem voces usurpet, brevissimas illas quidem sed amoris atque indulgentissimae pietatis plenas : *Et illas* (oves) *oportet me adducere;* [1] itemque memoria repetens, laetitiis omnibus excipiat eiusdem illud Christi vaticanum : *Et vocem meam andient et fiet unum ovile et unus Pastor.* [2] Atque ita faxit Deus ut, quod Nos vobiscum, venerabiles fratres, vestroque cum coetu Christifidelium concordibus votis precibusque imploramus, hanc suavissimam divini Cordis certamque vaticinationem quamprimum videamus optatissimo eventu comprobatam.

Huius autem religiosae unitatis veluti auspicium quoddam affulsisse visum est cum illud accidit, quod minime vos latet, praeclare factum, hoc quidem postremo tempore, omnibus inexpectatum, nonnullis etiam fortasse iniucunduin, Nobis certe vobisque iucundissimum : principes plerosque viros ac nationum rectores paene omnium, uno -veluti istinctu pacis permotos, cum hac Apostolica Sede seu veterem revocare amicitiam, seu primum pacisci concordiam quasi eertatim voluisse. Quod equidem Nos iure gaudemus, neque id propter amplificatami solum Ecclesiae auctoritatem, sed ob auctum etiam eiusdem beneficentiae splendorem, subiectamque omnibus experientiam virtutis sane mirificae qua haec una Dei Ecclesia valet ad prosperitatem omnem, civilem etiam ac terrenam, hominum societati comparandam.

Quamquam enim ea, divino iussu, recta spiritualibus nec perituris bonis intendit, tamen, ut omnia sunt apta inter se ac nexa cohaerent, prosperitati etiam terrenae tum singulorum hominum, tum ipsius humanae societatis sic favet ut plus favere minime posset, si iisdem omnino provehendis instituta esse videretur.

[1] Io. x, 16.
[2] Ibid.

Quod si terrenis hisce negotiis mereque politicis moderandis, sine ratione, se immiscere" nefas putat Ecclesia, eadem tamen iure suo contendit ne quid inde causae prae tendat civilis potestas, sive altioribus illis bonis, quibus salus hominum sempiterna continetur, quoquo modo obsistendi, sive damnum perniciemve iniquis legibus iussisquo intentandi, sive divinam Ecclesiae ipsius constitutionem labefactandi. sive denique sacra Dei iura in civili hominum communitate conculcandi.

Eodem igitur prorsus proposito', iisdem etiam verbis usi, quibus desideratissimus, quem saepius appellavimus, decessor Köster, Benedictus XV, in extrema illa sua Allocutione die XXI Novembris superioris anni habita, quae de rationibus mutuis Ecclesiam inter et civilem societatem ordinandis fuit, sancte professus est, et ipsi Nos profitemur ac denuo confirmamus : «in pactiones huiusmodi Nos minime passuros ut quidquam irrepat quod sit ab Ecclesiae alienum dignitate aut libertate ; quam, quidem[1] salvam esse atque incolumem vehementer interest, hoc maxime tempore, ad ipsam civilis convictus prosperitatem)).

Quae cum ita sint, quo animi dolore in tot nationum numero, quae cum hac Apostolica Sede amicitiae vinculis continentur, Italiam deesse videamus, vix opus est dicere ; Italiam inquimus, patriam Nobis carissimam, a Deo ipso, qui rerum omnium temporumque cursum atque ordinem sua providentia gubernat, delectant, in qua Vicarii sui in terris sedem collocaret, ut haec alma urbs, domiciliuna quondam imperii, amplissimi sed tamen certis quibusdam circumscripta terminis, iam totius orbis terrarum caput evaderet; quippe quae divini Principatus sedes, omnium gentium nationumque fines sua natura transcendentis, populos omnes nationesque complectatur. At vero tum huius Principatus et origx) et divina natura, tum universitatis Christifidelium in toto orbe degentium ius sacrosanctum postulat, nulli ut idem sacer Principatus humanae potestati, nullis legibus

(licet hae Romani Pontificis libertatem • quibusdam praesidiis seu cautionibus communire polliceantur) obnoxius esse videatur, at sui penitus iuris ac potestatis et sit et manifesto appareat.

Verum illa libertatis praesidia, quibus divina ipsa Providentia, humanarum rerum, gubernatrix atque arbitra, non solum sine detrimento, sed magno cum Italiae emolumento, Romani Pontificis auctoritatem communiverat ; praesidia illa quae tot saeculis divino eiusdem libertatis tutandae consilio apte responderant, quorum nec divina hodiedum, Providentia indicavit neque hominum consilia quidquam simile invenerunt quod eadem praesidia congruenter compensaret ; praesidia illa hostili vi protrita atque etiamnum violata absonarn eam Romano Pontifici vitae condicionem effecerunt quae omnium Christifidelium per orbem universum animos gravi perpetuaque tristitia perfundat. Nos igitur, decessorum Nostrorum heredes ut consiliorum ita et officiorum, eademque praediti auctoritate, cuius solius est de re tanti momenti decernere, non equidem inani quadam terreni regni cupiditate adducti, qua vel leviter moveri prorsus Nos puderet, verum de humano exitu Nostro cogitantes, memores severissimae rationis, quam divino Iudici reddituri sumus, pro Nostri sanctitate officii, quas iidem decessores Nostri ad iura Apostolicae Sedis dignitatemque defendendam expostulationes fecerunt, easdem Nos hoc loco renovamus.

Ceterum nihil erit umquam Italiae ab hac Apostolica Sede metuendum detrimenti; siquidem Pontifex Romanus, quicumque demum ille fuerit, is profecto semper erit qui illud Prophetae ex animo usurpet : *Ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis,* [1] pacis, inquimus, verae ac propterea minime a iustitia seiunctae, ut iure possit subdi : *Iustitia et pax osculatae sunt.* [2] Dei autem omnipotentis miserentisque erit efficere ut haec laetissima dies tandem illucescat,

[1] Ier. XXIX, 11.

[2] *Ps.* LXXXIV, 11.

bonorum omnium fecundissima tum regno Christi instaurando tum Italiae rebus universique orbis componendis : ne vero id frustra fiat, omnes qui recte sentiunt, dent operam diligenter.

Quae pacis munera suavissima quo citius hominibus tribuantur, omnes Christifideles enixe adhortamur ut una Nobiscum sanctis precibus insistant, per hos praesertim dies Natalis Christi Domini, *Regis Pacifici,* quo mundum ingrediente, angelicae. militiae primum concinuere : *Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* [1]

Huius denique pacis quasi pignus volumus esse, venerabiles fratres, Apostolicam benedictionem Nostram!, quae et singulis e clero populoque fideli et civitatibus ipsis domibusque christianis fausta omnia portendens, tum vivis prosperitatem afferat tum vita functis requietem et beatitatem sempiternam : eamque benedictionem vobis et clero populoque vestro, testem benevolentiae Nostrae, amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxiii Decembris MDCCCCXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

[1] **Luc.** IT, **li.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nella Segreteria di questa Sacra Congregazione avrà luogo un concorso ad officiale della medesima con particolare considerazione della conoscenza di qualche lingua estera.

I documenti con la domanda debbono essere presentati entro il giorno 25 gennaio 1923.

Roma, S. Congregazione Concistoriale, 22 dicembre 1922.

Luigi Sincero, ***Assessore.***

S. CONGR EG AZIONE DEI RITI

Martedì 19 dicembre 1922, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eoli e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Fratel Benilde della Congregazione delle Scuole Cristiane.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

14 dicembre 1922. Monsig. Pietro Fumasoni-Biondi, Areiv. tit. di Dioclea, ***Delegato Apostolico negli Stati Uniti d'America.***

» » » Monsig. Bernardo Colombo, ***Segretario della Sacra Congregazione del Concilio.***

15 dicembre 1922. Monsig. Francesco M archetti-Sei vaggiani, Arciv. titol. di Seleueia, ***Segretario della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.***

16 » » Monsig. Enrico Sibilia, Arciv. tit. di Side, ***Nunzio Axmsto-Uco in Austria.***

» » » Monsig. Salvatore Luzio, ***Reggente la Penitenzieria Apostolica.***

» » » Monsig. Niccolò Sebastiani, ***Canonista della Penitenzieria Apostolica.***

» » » Monsig. Amleto Giovanni Cicognani, ***Sostituto della Sacra Congregazione Concistoriale.***

NECROLOGIO

4 dicembre 1922. Mons. Giuseppe Dumani, Vescovo di Tripoli di Siria, di rito greco-melchita.

11 » » Monsig. Luca Ganepa, Vescovo di Galtelli-Nuoro.

12 » » Monsig. Augusto Giuseppe Duc, Arciv. tit. di Traianopoli.

18 » » Monsig. Letterio D'Arrigo Ramondini, Arciv. di Messina.

INDEX GENERALIS ACTORUM

(ANN. XIV — VOL. XIV)

I. - ACTA BENEDICTI PP. XV

II. - ACTA PII PP. XI

III. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

IV. - ACTA TRIBUNALIUM

V. - ACTA OFFICIORUM

* Ad maius inquirentium commodum haec ponitur distincta recensio:

INDEX DOCUMENTORUM
CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

CONVENTIO

IL - ACTA PII PP. XI

ANNO	MUNSE	DIE		PAG
			ex quibus efformatur nova praefectura apostolica sub nomine de Iringa	
1922	Mart.	8	***Apostolatus officium.*** - Novi efformantur vicariatus apostolici de Kansù orientali et de Kansù occidentali in Sinis, abolitis missione de Hi, vicariatu de Kansù septentrionali et praefectura de Kansù meridionali	
»	»	11	***Cum, sicuti accepimus.*** - Pia Consociatio </ a choris marianis » in Urbe indulgentiis et gratiis spiritualibus augetur	
»	»	12	***Ex officio.*** - Praefectura apostolica insularum Sundae minorum in Indiis Hollandicis erigitur in vicaria-; tum apostolicum	
»	»	14	***Christiani gregis.*** - Divisio vicariatus apostolici Mongoliae occiduo-meridionalis in duos vicariatus apostolicos de « Ning-hia » et de « Souei-yuen » nuncupandos . . . . ¡	
	»	»	***In catholicae Ecclesiae.*** - Diviso territorio vicariatus de Mongolia centrali, ulterius constituuntur vicariatus apostolicus de « Tchagar » et missio de' « Mongolia exteriore ». . . . . ' . .	
»	»	»	***Concreditum Nobis.*** - Divisio vicariatus apostolici de Scian-si septentrionali in Sinis et erectio praefecturae apostolicae de « Tatung-fu » . . . . . . \	
»	Apr.	25	***Exigit apostolicum munus.*** - Diviso territorio vicariatus apostolici de Kivu, eriguntur vicariatus de Ruanda et de Urundi in Africa centrali	
»	Maii	2	***Penes oppidulum.*** - Sanctuarium B. M. V. in oppido Aspricollis, archidioecesis Mechlinieñsis, titulo et privilegiis basilicae minoris augetur.	
»	Iunii	18	***Quae catholico nom ini,*** - Erectio praefecturae apostolicae de Lulua et Katanga centrali in Africa . .	
»	»	27	***Quae catholico nomini.*** - Separato territorio e vicariatibus apostolicis Ugandensi et de Stanley Falls erigitur praefectura apostolica Lacus Alberti in Africa centrali	
»	Iulii	8	***Dilectus filius.*** - Restituitur perantiqua abbatia Sancti Martini de Weingarten et in eadem transfertur abbas et conventus Sancti Thomae de Erdington, Congregationis Beuronensis O. S. B.	
»	»	10	***Minime Nos.*** - Templum B. M. V. Matris Gratiarum, Utini, titulo ac dignitate basilicae minoris condecorata	
	»	»	***Tempia Dei.*** - Aedes curialis B. M. V. de Funiculo, in civitate Valenciennes, ad titulum ac dignitatem basilicae minoris evehitur	
	»	21	***Media in urbe.*** - Titulus basilicae minoris confertur in ipsa consecratione ecclesiae abbatiali Virginis	

ANNO MENSE DIE

VII. - HOMILIA

VIII. - SACRUM CONSISTORIUM

II. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

I. - SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

VII. - S. CONGREGATIO RITUUM

IV. - ACTA OFFICIORUM

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

II. - PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

III

INDICES NOMINUM

1. - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(NB. - *Omittuntur nomina actis subscripta)*

A

B

H

I-J

[1] *Male impressum,* **lackmann.**

L

.M

W

Y

Z

IL - INDEX DIOECESIUM . LOCORUM

A

C

D

E'

F

G

H

S

T

U

. T

III. - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

rr

INDEX RERUM NOTABILIUM

A

B

C

D

E

F

a

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

T

U

V

Quaedam ***corrigenda*** in vol. XIV (1922) Commentarii ***Acta Apostolicae Sedis :***

Pag. 46, lin. 22, *pro eo quod est* servandus *legatur* servandum.

Pag. 92, lin. 17, » » » » demiet. *legatur* demise.

Pag. 92, lin. 21, » » » » everytimes ... throughouth ... Unités, *legatur* everywhere ... throughout ... United.

Pag. 92, lin. 23, *subscriptio ita emendetur:* Charles Evans Hughes, *Secretary of State ofthe U. S. A.*

Pag. 331, lin. 11, *pro eo quod est* suum, *legatur* suos.

Pag. 402, lin. 16, » » » » Ind. et Rei. *legatur* Epp. et Reg.

Pag. 427, lin. 70 a calce, joro *eo quod est* Vicarium Apostolicum, *legatur* Vicarii Apostolici Coadiutorem.

Pag. 427, lin. 3 a calce, *pro eo quod est* Ludovicopolitani, *legatur* Sancti Ludovici.

Pag. 464, lin. 15, *pro eo quod est* nulla ratio, *legatur* nullam rationem.

Pag. 486, lin. 12, *pro eo quod est* Ss. Quatuor Coronatorum, *legatur* Ss. Vitalis, Gervasii et Protasii.

Pag. 557, lin. 6, *pro eo quod est* 1450, § 1, *legatur* 1450, § 2, I°.

Pag. 576, in Necrologio, *pro eo quod est,* 4 ottobre, *legatur* 4 agosto.

Pag. 651, linea 14-15, in II, *pro eo quod est* Officium cum Missa et Gommem., *legatur* C >mmemoratip in Officio et Missa.

DECIMUM QUARTUM VOLUMEN

COMMENTARII OFFICIALIS *Acta Apostolicae Sedis*

ABSOLVITUR DIE 27 DECEMBRIS 1922

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS